EXcita q̄s dn̄e potentiā tuā et veni: ut q̄ i pietate tua ꝯfidūt: ab oīi citi⁹ aduersitate liberentur. Qui vi. Lctō Esa. ꝓphe. xj

HEc dic̄ dn̄s de⁹. Egrediet virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet. Et req̄escet sup eū spūs dn̄i: spūs sapiētie et intellect⁹: spūs ꝯsilij et fortitudinis: spirit⁹ sciētie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū spūs timoris dn̄i. Nō scd̄m visionē ocloꝝ iudicabit: neqꝫ scd̄m auditū auriū arguet: sed iudicabit pauꝑes in iusticia: ⁊ arguet i eq̄tate ꝓ mā suetis terre: et ꝑcutiet terrā virga oris sui: et spū labioꝝ suoꝝ interficiet impiū. Et erit iusticia cingulū lūboꝝ eius: et fides cinctoriū renū ei⁹. Grad. Ostēde nob̄ dn̄e misc̄diā tuā: et salutare tuū da nobis. V. Benedixisti dn̄e terram tuam: auertisti captiuitatē iacob. All. t. Ex Scd̄m Lucā. j.

EXurgēs maria abijt i mōtana cū festinatiōe in ciuitatē iuda: ⁊ itrauit i domū zacharie: ⁊ salutauit elizabeth. Et factū ē ut audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit infās i utero ei⁹. Et repleta est spūsctō elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Bn̄dicta tu inter mlīeres: ⁊ bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. Et vn̄ hoc mihi: ut veniat mr̄ dn̄i mei ad me. Ecce em̄ ut facta ē vox salutatiōis tue i aurib⁹ meis: exultauit in gaudio īfās i utero meo. Et btā q̄ credidisti: q̄m ꝑficient ea q̄ dicta sūt tibi a dn̄o: ⁊ ait maria: magnificat aīa mea dn̄m: et exul. spūs me⁹ i deo sa. meo. Offer.

De⁹ tu ꝯuertēs viuificabis nos et

plebs tua letabit in te: oñde nobis dñe misc̄diam tua: et salutare tuū da nob. Secre. Munerib9 nris ptibusqz susceptis qs dñe: et celestib9 nos mūda mysterijs 7 clemēter exaudi. P. Cōio. Ecce dñs veniet: 7 oēs sctī eius cū eo: et erit in die illa lux magna. Cōplē. Tui nos dñe libatio sacramēti sācta restauret: 7 a vetustate purgatos in ministerij salutaris faciat trāsire ɔsortiū. Per

¶ Sabbato qtuor tpm Intr.

Veni et oñde nob faciē tuā dñe q sedes sup cherubin: et salui erimus. Ps. Qui regis isrl' itēde: q deducis velut ouē Ioseph. Ore. fle. ge. Le. Deus q ɔspicis qa ex nra prauitate affligimur: cōcede ppici9: ut ex tua visitatiōe ɔsolemur. Qui. Lcō Esaie ꝓphe. xix In dieb9 illis. Clamabūt filij israel ad dñm a facie tribulātis: et mittet eis saluatorē et ꝓpugnatorē qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab egypto: et cognoscēt egyptij dñm in die illa. Et colent eū in hostijs 7 muneribus: et vota vouebunt dño: et soluēt. Et pcutiet dñs egyptū plaga: et sanabit eā. Et reuertent ad dñm: 7 placabit eis: et sanabit eos dominus deus noster. Grad.

A summo celo egressio eius: et occursus eius vsqz ad summū ei9. V. Celi enarrant gloriā dei: et opa manuū eius annunciat firmamentū. Concede Ore. fle. ge. Le. qs omipotēs de9: ut q sub pctī iugo ex vetusta seruitute depmimur: expectata unigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eū. Lcō esaie Hec dicit dñs ꝓphe. xxxv de9. Letabit deserta et inuia: 7 exultabit solitudo 7 florebit qsi liliū. Germinās germinabit: et exultabit letabūda et laudās. Glia libani data ē ei: decor carmeli 7 saron. Ipsi videbūt gloriā dñi: 7 decorē dei nri Cōfortate man9 dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite: pusillanimes cōfortamini et nolite timere. Ecce deus nr vltionē adducet retributiōis: de9 ipse veniet et saluabit nos. Tūc aperient oculi cecorū: et aures surdorū patebūt. Tūc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorū: qa scisse sunt i deserto aque: 7 torrētes in solitudine: et que erat arida in stagnū: 7 sitiēs in fontes aquarū. Dicit dñs omipotēs. Grad. In sole posuit taberculū suū: 7 ipe tāquā spōsus pcedēs de thalamo suo. V. A summo celo

egressio ei⁹: ⁊ occursus eius usq̄ ad summū eius. Oremus: Flectamus

Indignos nos ge. Leua. q̄s dn̄e famulos tuos: quos actiōis ꝓpria culpa cōtristat: unigeniti filij tui aduētu letifica. Qui te. Lcō Esaie pro

Hec dicit dn̄s deus. phete. xl. Super mōtē excelsum ascēde tu q̄ euāgelizas sion. Exalta in fortitudine vocē tuā q̄ euāgelizas hierusalē. Exalta: noli timere. Dic ciuitatib⁹ iude: ecce de⁹ vr̄. Ecce dn̄s in fortitudine veniet: et brachiū eius dn̄abit̄. Ecce merces ei⁹ cū eo: ⁊ opus illi⁹ corā illo. Sicut pastor gregē suū pascet ī brachio suo: ꝯgregabit agnos. Et in sinu suo leuabit eos dn̄s de⁹ nr̄.

Domine deus virtutū ꝯuerte Grad. nos: et ostende faciē tuā nob̄ ⁊ salui erim⁹. ℣. Excita dn̄e potentiā tuā ⁊ veni: ut saluos facias nos. Ore.

Presta q̄s fle. gen. Le. omp̄s de⁹: ut filij tui vētura solēnitas: et p̄sentis nob̄ vite remedia conferat: ⁊ p̄mia eterna ꝯcedat. Per eū. Lectio

Hec dicit Esaie ꝓphe. xlv. dn̄s de⁹. Christo meo cyro cui⁹ app̄hēdi dexterā ut subijciā an̄ faciē eius gētes: ⁊ dorsa regū vertā: ⁊ aperiā corā eo ianuas: ⁊ porte nō claudent̄. Ego an̄ te ibo: et gl'iosos terre hūiliabo. Portas ereas cōterā: et vectes ferreos ꝯfringā. Et dabo tibi thesauros abscōditos: ⁊ archana secretorū reuelabo: ut scias q̄a ego dn̄s q̄ voco nomē tuū de⁹ isr̄l: ꝓpter iacob seruū meū ⁊ isr̄l electū meū. Et vocaui te noīe tuo: ⁊ assimilaui te: ⁊ nō cognouisti me. Ego dn̄s: ⁊ nō est ampli⁹: extra me nō est deus. Accinxi te ⁊ nō cognouisti me: ut sciāt hij q̄ ab ortu sol' et q̄ ab occidente: q̄m absq̄ me nō est deus. Ego dn̄s et nō est alter. Formās lucē et creās tenebras: faciēs pacem et creās malū. Ego dn̄s faciēs oīa hec Rorate celi desup: ⁊ nubes pluant iustū: apiat̄ terra et germinet saluatorē: et iusticia oriatur simul: ego dn̄s creaui eū.

Excita dn̄e potētiā tuā et Grad. veni: ut saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intēde: q̄ deducis velut ouē ioseph: qui sedes sup cherubin: appare coram effraim beniamin et manasse. Orem⁹: fle. ge. Leua.

Preces ppl'i tui q̄s dn̄e clemēter exaudi: ut q̄ iuste ꝓ pctīs nostris affligimur: pietatis tue visitatione consolemur. P. Lcō Danielis. iij

In diebus illis. Angelus dn̄i descendit cum azaria

et socijs ei⁹ in fornacē: ꝛ excussit flammā ignis de fornace: ꝛ fecit mediū fornacis q̄si ventū roris flantē. Flāma aūt diffusa est sup fornacē cubitis q̄dragintanouē. Et incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis q̄ eā incēdebant. Illos aūt omino nō tetigit ignis neq̄ ꝯtristauit: neq̄ quicq̄ molestie intulit. Tunc hij tres q̄si ex vno ore laudabant ꝛ gl'ificabāt ꝛ bn̄dicebāt deū in fornace dicētes. Hymnus Danielis ꝓphete.

Benedict⁹ es dn̄e deus patrū nostrorū. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue qđ est sanctū. Laudabile et gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis. Benedictus es sup thronū sanctū regni tui. Et lauda. Benedictus es sup sceptrū diuinitatis tue. Et lau. Benedictus es qui sedes super cherubin intuēs abyssos. Et laudabilis. Benedictus es qui ambulas super pēnas ventorū. Et lau. Bn̄dicāt te omnes angeli et sancti tui. Laudabilē. Benedicant te celi et terra mare ꝛ omnia que in eis sunt. Laudabilē. Gloria patri ꝛ filio. Laudabili et. Sicut erat. Laudabilis. Benedictus es dn̄e deus. Laudabilis.

Oro. Deus q̄ tribus pueris mitigasti flammas igniū: ꝯcede ꝓpicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Per. Ad Thessalo. ij.

Fratres: Rogam⁹ vos per aduētū dn̄i nr̄i iesu christi ꝛ nr̄e ꝯgregatiōis in idipm vt non cito moueamini a vr̄o sensu neq̄ terreamini: neq̄ ꝑ spm̄ neq̄ ꝑ sermonē neq̄ ꝑ epistolā tanq̄ ꝑ nos missā: q̄si instet dies dn̄i. Ne q̄s vos seducat vllo mō: qm̄ nisi venerit discessio p̄mū: ꝛ reuelat⁹ fuerit hō pctī fili⁹ ꝑditiōis. Qui aduersaꝛ ꝛ extolliꝛ sup omne qđ diciꝛ deus aut qđ coliꝛ. Ita vt in tēplo dei sedeat: ostendens se tanq̄ sit de⁹. Nō retinetis q̄ cū adhuc essem apđ vos hec dicebā vob: ꝛ nūc q̄d detineat scitis vt reueleꝛ i suo tpe. Nā mysteriū iā opaꝛ iniq̄tatis tm̄: vt q̄ tenet nūc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabiꝛ ille iniquus: quē dn̄s iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Tractus. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin: appare corā effraim beniamin et manasse. ℣. Excita domine potentiā tuā et veni: vt saluos nos facias.

Anno quītodecimo imperij tyberij cesaris: procurāte pōtio pilato iudeā: tetrarcha aūt galilee herode: philippo aūt fratre eius tetrarcha ituree et traconitidis regionis: et lysania abiline tetrarcha: sub principibus sacerdotū anna et caypha: factū est verbū dñi sup iohannē zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis predicans baptismū penitētie in remissionē pctōx. Sicut scriptū est in libro sermonū esaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viā dñi: rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebit: et oīs mons et collis humiliabit. Et erūt praua in directa: et aspera in vias planas Et videbit oīs caro salutare dei

Secūdm Lucā. iij.

Offer. Exulta satis filia sion: predica filia hierusalē: ecce rex tuus venit tibi sanctus et saluator. Secre. Sacrificijs p̄sentibus dñe placatus intēde: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per.

Cōio. Exultauit vt gigas ad currendam viā: a summo celo egressio eius: et occursus eius vsqz ad summū eius. Cōpleñ. Qūs dñe deus noster: vt hec sacrosancta mysteria q̄ p reparatiōis nr̄e munimine ɔtulisti: et p̄sens nobis remediū esse facias et futurum Per.

Dñica q̄rta Introit. Memēto nostri dñe in bñplacito populi tui: visita nos in salutari tuo ad videndū in bonitate electorū tuox in leticia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua. Ps. Peccauim cū patrib nostris: iniuste egim iniq̄tatē fecim.

Oro. Excita q̄sumus dñe potentiā tuā et veni: et magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gratie tue quod peccata nostra p̄pediunt: indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui.

Ad Philippenses. iiij.

Fratres: Gaudete in domino semp: iterū dico gaudete Modestia vestra nota sit oībus hominibus. Dñs eñ pe est. Nihil solliciti sitis: sed in omni orōne et obsecratione cū grāx actiōe petitiones vr̄e innotescāt apud deū. Et pax dei q̄ exupat oēm sensū: custodiat corda vestra et intelligētias vestras. In christo iesu dño nostro.

Grad. Prope est dominus omnibus inuocantibus eū: omnibus qui inuocāt eū in veritate. V. Laudē domini loquetur os meū: et benedicat omnis caro nomen sanctū eius. All'a. V. Veni dñe et noli tardare: relaxa facinora pleb tue.

IN illo tpe. Scdm ioha. j. Miserut iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohanne ut interrogarent eu. Tu qs es? Et cofessus est: et no negauit. Et confessus est: qa no sum ego christ9. Et interrogauerut eu. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. No sum. Propheta es tu? Et respodit: No. Dixerut ergo ei. Quis es ut responsum demus hijs q miserut nos? Quid dicis de teipo? Ait Ego vox clamatis in deserto: dirigite via dni: sicut dixit esaias propheta. Et q missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogauerut eu: et dixerut ei. Quid ergo baptizas si tu no es christus: neqz helias neqz propheta? Respodit eis iohanes dicens Ego baptizo i aqua: medius aut vestru stetit que vos nescitis. Ipe est q post me venturus est: q ante me factus est: cuius no sum dignus ut solua eius corrigia calciameti. Hec in bethania facta sunt trans iordane ubi erat iohanes baptizas.

Aue maria gratia plena Offer. dns tecu: bndicta tu in mulieribus et bndict9 fruct9 vetris tui. Secre.

Ecclesie tue dne dona sanctifica: et cocede ut p hec veneranda mysteria pane celesti refici mereamur. Per dnm. Coio.

Ecce virgo cocipiet et pariet filiu: et vocabit nome ei9 emanuel. Copl.

Tribue nobis dne celestis mense virtute satiatis: et desyderare q recta sunt et desyderata pcipere. ¶ In vigilia natiuitatis christi.

HOdie scietis quia veniet dns et saluabit nos et mane videbitis gloriam eius. Ps. Dni est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et uniuersi q habitat i eo.

DEus qui Oro. nos redeptiois nre annua expectatioe letificas: psta ut unigenitu tuu que redeptore nrm leti suscepim9: venientem quoqz iudice securi videamus. Dnm. Lectio esaie prophete.

HEc dicit dns De- te. lxij. us. Propter sion no tacebo: et pter hierusale no quiescam: donec egrediat ut splendor iustus ei9: et saluator ei9 ut lampas accedat. Et videbut getes iustu tuu: et cucti reges inclytu tuu. Et vocabit tibi nome nouu qd os dni noiauit. Et eris corona glorie in manu dni: et diadema regni in manu dei tui No vocaberis ultra derelicta et terra tua no vocabit amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea. Et terra tua inhabitabitur: quia compla-

tuit dño i te. Ad Romanos .j.

FRatres: Paulus seruus iesu christi: vocat⁹ apl'us segregatus in euāgeliū dei: qđ ante pmiserat p phetas suos in scp̄turis sanctis de filio suo q̄ factus est ei ex semine dauid scđm carnem: qui predestinatus est fili⁹ dei in virtute scđm spiritū sanctificatiōis ex resurrectione mortuorū iesu christi dñi nostri: p quē accepim⁹ gratiā et apostolatū ad obediendū fidei in oīnibus gētibus p nomine eius: in quib⁹ estis et vos vocati iesu christi dñi nr̄i.

Hodie scietis quia veniet Grad. dñs ꝛ saluabit nos: et mane videbitis gloriā ei⁹. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouē ioseph qui sedes sup cherubin: appare coram effraim beniamin et manasse.

Si fuerit vigilia die dñico: tūc dicit' Alla. ℣. Hodie scietis q̄a veniet dominus: ꝛ mane videbitis gloriā eius. Scđm Matheū .j.

IN illo tp̄e. Cū esset despōsata mater iesu maria ioseph: anteq̄z cōuenirēt inuēta est in vtero habens de spū̄sancto. Joseph aūt vir ei⁹ cū esset iustus: ꝛ nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam. Hec autē eo cogitante: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicēs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā cōiugē tuā. Quod eīn in ea natū est: de spiritusancto est. Pariet autē filiū: et vocabis nomen eius iesum. Ipse eīn saluū faciet populū suū a peccatis eorū. Offer. Tollite portas principes vestras: ꝛ eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.

Da nobis quesumus Secre. omp̄s deus: vt sicut adorāda filij tui natalicia p̄uenimus: sic eius munera capiam⁹ sempiterna gaudentes. Qui tecū

Reuelabitur gloria domi- Cōio. ni: et videbit omnis caro salutare dei nostri. Cōpleū. Da nobis dñe qm̄s vnigeniti tui recensita natiuitate respirare: cui⁹ celesti mysterio pascimur ꝛ potamur. p. ❡ In Gallicātu Intr.

DOminus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerūt gētes: ꝛ populi meditati sunt inania. Oro.

DEus q̄ hāc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quesumus: vt cuius lucis mysterium in terra cognouimus eius quoq̄z gaudijs in celo perfruamur. Per dominū no.

Lectio Esaie prophete .ix. ca.

HEt dicit dñs deus. Popul⁹ gētiū q̄ ambulabat in tenebris vidit lucē magnā: habitātibus in regiōe umbre mortis lux orta ē eis. Paruu lus eñ nat⁹ est nobis: ꝛ fili⁹ da tus est nobis. Et fact⁹ est ꝑnci pat⁹ sup humeꝝ ei⁹: et vocabit nomē eius admirabil': cōsilia rius: de⁹ fortis: pr̄ futuri secl'i: ꝑnceps pacis. Multiplicabit ei⁹ imperiū: et pacis nō erit fi nis. Sup soliū dauid ꝛ sup re gnū ei⁹ sedebit: ut ꝯfirmet illō ꝛ corroboret in iudicio et iusti tia amodo ꝛ usqꝫ ī sempiternū

CHarissime: Ad Titū. ij. Apparuit gr̄a dei salua toris nostri omīb⁹ hominib⁹ erudiēs nos: ut abnegātes im pietatē ꝛ secularia desyderia: so brie ꝛ iuste ꝛ pie viuam⁹ in hoc seculo: expectātes beatā spem et aduentū gl'ie magni dei ꝛ sal uatoris nostri iesu christi: q̄ de dit semetipm̄ ꝓ nobis: ut nos redimeret ab omni iniq̄tate: ꝛ mūdaret sibi ppl'm acceptabi lē insectatorē bonoꝝ opeꝝ. Hec loq̄re et exhortare in christo ie su dño nr̄o. Grad. Tecū princi piū in die virtutis tue in splēdorib⁹ sctōrū: ex utero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. All'a. ℣. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Sequentia. Grates nunc. Scdm Lucā. ij.

IN il. t. Exijt edictū a cesa re augusto: ut describeret vniuersus orbis. Hec autē de scriptio ꝑma facta est a p̄side sy rie cyrino. Et ibāt oēs ut ꝓfite rentur: singuli in suā ciuitatē Ascēdit aūt et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ci uitatē dauid que vocat̄ beth leem: eo q̄ esset de domo ꝛ fami lia dauid: ut ꝓfiteretur cū ma ria desponsata sibi uxore pre gnāte. Factū est autē cū essent ibi: impleti sunt dies ut pare ret. Et peperit filiū suū primo genitū: et pānis eū inuoluit: ꝛ reclinauit eū in p̄sepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erāt in regione ea dē vigilātes: ꝛ custodiētes vi gilias noctis super gregē suū. Et ecce angel⁹ dñi stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos: et timuerūt timore ma gno. Et dixit ill' angelus. No lite timere. Ecce eñ euāgelizo vobis gaudiū magnū qđ erit omni populo: quia nat⁹ est no bis hodie saluator qui est chri stus dñs in ciuitate dauid. Et

hoc vobis signũ. Inuenietis
infantē pānis inuolutũ: et po-
sitũ in p̄sepio. Et subito facta
est cũ angelo multitudo mili-
tie celestis laudātiũ deũ et dicē-
tiũ. Gloria i altissimis deo: ⁊ i
terra pax hoībus bone volun
tatis. Credo non dicit. Offer.
Letentur celi et exultet terra ante fa
ciē domini qm̃ venit. Secre. Ac-
cepta tibi sit dñe qm̃s hodier-
ne festiuitatis oblatio: vt tua
gr̃a largiēte p hec sacrosctā cō-
mercia: in illius inueniamur
forma in qua tecũ est nr̃a sub-
stantia: iesus christus dñs nr̃.
Qui tecũ. Prefatio. Quia p
incarnati. Cōmunicātes ⁊ no
ctē. Cōio. In splēdorib⁹ sctōꝝ ex
vtero añ luciferũ genui te. Cōplē.
Da nobis qm̃s dñe de⁹ nr̃: vt q̃
natiuitatē dñi nr̃i iesu christi
mysterijs nos frequētare gau
dem⁹: dignis cōuersatiōib⁹ ad
eius mereamur ptingere con-
sortiũ. Per. Bñdicam⁹ dño di
citur. Bñdictio nō dat. In au-
rora.



Lux ful-
gebit hodie sup
nos: q̄a nat⁹ est
nob̄ dñs: et vo-
cabit admirabil'
de⁹: pnceps pa-
cis: pater futuri secl'i: cui⁹ regni nō
erit finis. Ps. Dñs regnauit de-
corē induutus ē: induutus ē dñs forti
tudinē et p̄cinxit se virtute. Oro.
Da qm̃s omp̄s deus: vt q̃
noua icarnati verbi tui
luce pfūdimur: hoc in nr̃o re-
splēdeat ope: qd̄ p fidē fulget i
mēte.
Da nob̄ Eodē die.
qm̃s omp̄s deus vt q̄ btē
anastasie martyris tue solen-
nia colim⁹: eius apd̄ te patroci
nia sentiamus. Am̃e coll'. sub
vno p dñ. Lctō Esaie phe. lxi
Hec dicit dñs deus. Spi-
ritus dñi super me: eo q
vnxerit me. Ad annunciādũ
māsuetis misit me: vt mederer
cōtritos corde: ⁊ p̄dicarē capti-
uis indulgētiā: et clausis apti
onē: vt p̄dicarē annũ placabi-
lē dño: et diē vltionis deo nr̃o
vt ꝯsolarer oēs lugētes: vt po-
nerē fortitudinē lugētib⁹ sion
et darem eis coronā p cinere:
oleũ gaudij p luctu: palliũ lau
dis p spũ meroris. Et vocabũ
tur in ea fortes iusticie: plāta-
tio dñi ad glorificandũ. Ecce
dñs auditũ fecit i extremis ter
re. Dicite filie sion: ecce salua-
tor tu⁹ venit: ecce merces ei⁹ cũ
eo: et opus illius corā illo. Et
vocabũt eũ ppl's sanctus: redē
ptus a dño deo nr̃o. Ad Titũ iij.
Charissime: Apparu-
it benignitas ⁊ humani

tas saluatoris dei nri. Nõ ex opib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos: sed scdm suã miscdiaz saluos nos fecit p lauacrũ regeneratiõis ꝛ renouatiõis spũsscti: quẽ effudit in nos abũde p iesum christũ saluatorẽ nrm: ut iustificati gr̃a ipsius heredes sim⁹ scdm spem vite eterne. In christo iesu dño nr̃o. Grad. Bñdictus q̄ venit in noĩe dñi deus dñs et illuxit nobis. ℣. A dño factum est istud: ꝛ est mirabile in ocul' nr̃is. All'a. ℣. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinẽ ꝛ p̄cinxit se virtute. Sequen. Natus an̄ secula.

In illo tpe Scdm Lucã. ij. Pastores loquebant̃ ad inuicẽ: trãseamus usq₃ bethleẽ et videamus hoc verbũ quod factũ est: quod fecit dñs ꝛ ostẽdit nobis. Et venerũt festinãtes: ꝛ iuenerũt mariã ꝛ ioseph ꝛ infantẽ positũ in p̄sepio. Videntes aũt cognouerũt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs q̄ audierant mirati sunt: ꝛ de his q̄ dicta erãt a pastorib⁹ ad ip̄os. Maria aũt ꝯseruabat oĩa verba hec conferẽs i corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes ꝛ laudãtes deũ in om̄ibus q̄ audierãt et viderãt: sicut dictum est ad illos. Credo dicit̃. Offer. Deus eñ firmauit orbẽ terre qui non cõmouebit̃: parata sedes tua de⁹ ex tũc a seculo tu es. Secre. Munera nostra quesumus dñe natiuitatis hodierne mysterijs apta ꝑueniant: ut sicut homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substãtia conferat quod diuinũ est. Secre. Accipe qm̄s dñe munera dignanter oblata: et beate anastasie suffragãtib⁹ meritis: ad nostre salutis auxiliũ prouenire cõcede. Per. Prefatio. Quia p incarnati. Cõmunicantes et diẽ. Cõio. Exulta filia sion: lauda filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus et saluator mũdi. Complen. Huius nos dñe sacramenti semper nouitas natalis instauret: cui⁹ natiuitas singularis humanam nob̄ repulit vetustatẽ. Cõpl'. Satiasti domine familiã tuã muneribus sacris: eius quesumus semp interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per d. Ite missa est dicit̃

Ad summã missam Introit⁹.

Puer nat⁹ est nobis: et filius datus est nobis: cuius imperiũ super humeꝝ eius: ꝛ vocabit̃ nomẽ ei⁹ magni ꝯsilij angelus

Ps. Cantate dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit. Oro.

Concede quẽs omnipotens deus ut nos unigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Qui te. Lectio Esaie prophete. lij.

Hec dicit dñs Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa: quia egoipse qui loquebar ecce assum. Quã pulchri super mõtes pedes annũciãtis et pdicãtis pacẽ: annũciãtis bonũ: pdicãtis salutẽ: dicẽtis sion regnabit deus tuus. Uox speculatorũ tuorũ. Leuauerũt vocem simul laudabũt: quia oculo ad oculũ videbũt cũ conuerterit dñs sion. Gaudete et laudate simul deserta hierl'm: quia consolatus est dñs ppl'm suũ: redemit hierusalẽ. Parauit dñs brachium sanctũ suũ in oculis oĩm gentiũ: et videbunt oẽs fines terre salutare dei nostri. Ad Hebreos. j.

Fratres: Multiphariе multisqz modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis i filio suo: quẽ constituit heredẽ vniuersorũ: per quem fecit et secula. Qui cũ sit splẽdor glorie et figura substãtie eius: portãsqz oĩa verbo virtutis sue: purgationẽ peccatorũ faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tãto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomẽ hereditauit. Cui enĩ dixit aliquã do angelorũ: filius meus es tu ego hodie genui te. Et rursum Ego ero illi in patrem: et ipsẽ erit mihi in filiũ. Et cũ iterũ introducit pmogenitũ in orbẽ terre dicit. Et adorent eũ oẽs angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spũs: et ministros suos flammã ignis. Ad filiũ autẽ. Thronus tuus deus in seculũ seculi: virga eq̃tatis virga regni tui. Dilexisti iusticiã et odisti iniq̃tatẽ: pterea vnxit te deus deus tu' oleo exultationis p participib' tuis. Et tu in principio dñe terrã fundasti: et opera manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt tu autẽ pmanebis: et omnes ut vestimentũ veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos et mutabunt: tu autẽ idem ipse es: et anni tui nõ deficient

Grad. Viderũt oĩes fines terre salutare dei nostri: iubilate deo oĩs terra. V. Notum fecit dñs salutare suũ: ante conspectũ gentium reuelauit iusticiam suã. All'a. V. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite

gentes ꝛ adorate dñm: quia hodie descēdit lux magna super terrā. Seque. Grates nūc oēs. Initiū sc̄i euāge. Scd̄m Johānē. j.

In pncipio erat verbū: et verbū erat apud deū: ꝛ deꝰ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Omnia p ipm facta sunt: et sine ipo factū est nihil. Quod factū est i ipo vita erat: ꝛ vita erat lux hoim: ꝛ lux in tenebris lucet: ꝛ tenebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō missus a deo: cui nomē erat iohannes. Hic venit i testimoniū vt testimoniū phiberet de lumine: vt oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū phiberet de lumine. Erat lux vera: q illuminat oēm hominē venientē in hūc mundū. In mūdo erat: ꝛ mūdus p ipm factus est et mundus eū non cognouit. In ppria venit: et sui eū nō receperūt. Quotquot autē receperunt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri: hijs qui credunt in noīe eiꝰ. Qui nō ex sanguinibꝰ: neqꝫ ex volūtate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est: et habitabit i nobis. Et vidimꝰ gloriā eius gloriā q̄si vnigeniti a patre: plenū grā et veritate. Credo dicit. Offer.

Tui sunt celi et tua est terra: orbē terrarū et plenitudinē eius tu fundasti: iusticia et iudiciū preparatio sedis tue. Secre. Oblata dñe mūera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosqꝫ a peccatorū nostrorum maculis emūda. Per. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunicātes et diē Et sic dicit per totā octauam. Viderunt oēs fines terre Cōio. salutare dei nostri. Cōpl. Presta qs omps deus: vt natus hodie saluator mundi: sicut diuine nobis generationis est auctor: ita immortalitatis sit ipe largitor. Qui tecū. ¶ Stephani pthomartyris Introitus.

Etem sederunt principes et aduersum me loquebātur: ꝛ iniqui persecuti sunt me: adiuua me dñe deꝰ meus: quia seruus tuus exercebat in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati in via: q ambulāt in lege dñi.

Da nobꝰ qs̄ Oro. Glia. dñe imitari qd colimꝰ: vt discamꝰ et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: qui nouit etiā p persecutoribus exorare. Dñm nrm.

Lectio Actuū apostolorum. vj.

In diebꝰ illis. Stephanꝰ plenus gratia ꝛ fortitudine: faciebat signa et prodigia

magna in pp'lo. Surrexerunt aūt quidā de synagoga q̄ appellabat̄ libertinoꝝ: ⁊ cyrenensiū: et alexādrinorū: et eorū q̄ erāt a cylicia et asia disputantes cū stephano: et nō poterāt resistere sapientie et spiritui q̄ loq̄bat̄. Audiētes aūt hec dissecabant̄ cordib⁹ suis: ⁊ stridebāt dentib⁹ in eū. Cū aūt esset stephanus plenus spūsctō: intendens in celū vidit gloriā dei et iesum stantem a dextris dei et ait. Ecce video celos aptos: et filium hoīs stantē a dextris virtutis dei. Exclamātes autē voce magna: ꝯtinuerūt aures suas: et impetū fecerunt vnanimiter in eū. Et eijcientes eū extra ciuitatē lapidabāt: ⁊ testes deposuerunt vestimēta sua secus pedes adolescentis q̄ vocabat̄ saulus. Et lapidabant stephanū inuocantē ⁊ dicentem Dn̄e iesu suscipe spiritū meū. Positis aūt genib⁹: clamauit voce magna dicēs. Dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄. Et cū hoc dixisset: obdormiuit in dn̄o.

Sederūt p̄ncipes ⁊ aduer Grad. sum me loquebant̄: et iniqui psecuti sunt me. ℣. Adiuua me dn̄e deus meus: saluū me fac, ppter misrdiaꝫ tuā. Alla. ℣. Video celos aptos ⁊ iesum stātē a dextris virtutis dei.

Scd̄m Matheum. xxiij. In illo tē. Dixit iesus turbis iudeorū ⁊ p̄ncipibus sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos p̄phetas ⁊ sapientes ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis i synagogis vestris: ⁊ psequemini de ciuitate i ciuitatē: vt veniat sup vos oīs sanguis iustus q̄ effusus est super terrā: a sanguine abel iusti vsq; ad sanguinē zacharie filij barachie: quē occidistis iter tēplū ⁊ altare. Amē dico vobis: veniēt hec omnia super generationē istā. Hierusalē hierusalē que occidis p̄phetas ⁊ lapidas eos q̄ ad te missi sunt. Quotiēs volui ꝯgregare filios tuos queadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas: ⁊ noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico em̄ vobis: nō me videbitis amodo donec dicatis. Benedict⁹ qui venit in noīe dn̄i.

Elegerūt apostoli stephanū leuitam plenū fide et spiritusancto: quē lapidauerūt iudei orantē ⁊ dicentē: dn̄e iesu accipe spiritū meū. Offer.

Suscipe dn̄e munera Secre. p cōmemoratione beati prothomartyris tui stephani: vt sicut illum passio fecit gloriosum: sic nos deuotio reddat

innocuos. P. Cōio. Video celos aptos: ꝛ iesuꝫ stātē a dextris virtutis dei: dn̄e iesu accipe spm̄ meū: et ne statuas illis hoc pctm̄: q̄a nesciūt q̄d faciūt. Cōpl̄. Auxilient̄ nobis dn̄e sumpta mysteria: ꝛ intercedente btō stephano ꝓthomartyre tuo: sempiterna nos ꝓtectiōe ꝯfirmēt. Per. ¶ De sctō iohā. euāge. Intr̄.

IN medio eccl̄ie aperuit os ei⁹: et impleuit eū dn̄s spū sapiētie ꝛ intellect⁹: stola gl̄ie induit eū. Ps̄. Bonū est cōfiteri dn̄o: et psallere noī tuo altissime. Orō.

ECclesiā tuā q̄s dn̄e benign⁹ illustra: vt beati iohānis apl̄i tui et euāgeliste illumīata doctrinis: ad dona ꝑueniat sempiterna. Per. Lec. libri. Sapiētie. xv

QVi timet deū faciet bona: et q̄ cōtinēs est iusticie apprehēdet illā: et obuiabit illi q̄si mater honorificata. Cibabit illum dn̄s pane vite ꝛ intellect⁹: ꝛ aq̄ sapiētie salutaris potabit illū ꝛ firmabit̄ in illo ꝛ nō flectet̄: ꝛ ꝯtinebit illū ꝛ nō ꝯfundetur: ꝛ exaltabit illum apud ꝓximos suos. In medio eccl̄ie aperuit os eius: ꝛ impleuit eū spū sapientie ꝛ intellect⁹: ꝛ stola glorie induit eū. Iocunditatē ꝛ exultationē thesaurizabit sup̱ illū et noīe eterno hereditabit illū dn̄s deus nr̄. Grad. Exijt sermo inter fratres q̄ discipul⁹ ille nō morit̄. V. Sed sic eū volo manere donec veniā: tu me sequere. All̄a. V. Hic est discipulus ille q̄ testimoniū ꝑhibet de his: et scimus q̄a verū est testimoniū eius. Scdꝫ Johā. xxi.

IN illo tp̱e. Dixit iesus petro. Seq̄re me. Cōuersus petr⁹ vidit illū discipulū quē diligebat iesus sequentē: q̄ et recubuit ī cena supra pectus eius ꝛ dixit. Dn̄e quis est qui te tradet? Hunc ergo cū vidisset petrus: dixit iesu. Dn̄e: hic autē quid? Dicit ei iesus. Sic eū volo manere donec veniā: q̄d ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres q̄a discipulus ille nō morit̄. Et nō dixit ei iesus q̄a nō morit̄: sed sic eū volo manere donec veniā. Quid ad te? Hic est discipul⁹ ille q̄ testimoniū perhibet de hijs et scͣpsit hec. Et scimus q̄a verū est testimoniū ei⁹. Offer. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secre. Supplicationibus beati iohānis apl̄i ꝛ euangeliste q̄s dn̄e ecclesie tue cōmendet̄ oblatio: cui⁹ magnificis predicationib⁹ eruditur. P. Cōio. Exijt sermo inter

fratres q discipulus ille nõ moriť: ⁊ nõ dixit iesus nõ moriť: sed sic eũ volo manere donec veniã. Cõplen.

Refecti cibo potuqʒ celesti deus nr̃ te supplices exoram⁹: ut in cui⁹ cõmemoratione hec pcepimus: ei⁹ muniamur ⁊ precib⁹. Per. ¶ De innocẽtib⁹ Intr.

Ex ore infantiũ de⁹ ⁊ lactentiũ pfecisti laudẽ ꝓpter inimicos tuos. Ps. Domine dñs nr̃: q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Glĩa pr̃i nõ dicit: nec Glĩa i excelsis: nec Alla: nec Ite missa est. nisi in die dñica euenerit. In octa. vero oĩa dicunť. Orõ.

Deus cui⁹ hodierna die pconiũ innocẽtes martyres nõ loquẽdo sed moriẽdo ꝯfessi sunt: oĩa in nobis viciorũ mala mortifica: ut fidẽ tuã quã lingua nr̃a loquiť: etiã morib⁹ vita fateatur. Per. Lectio libri Apocal. beati Johãnis apľi. xiiij

In diebus illis. Vidi supra montẽ sion agnũ stantẽ: ⁊ cũ eo centũ quadragintaquatuor milia: habentes nomen eius et nomen patris eius scriptũ in frõtibus suis. Et audiui vocẽ de celo tanquã vocem aquarũ multarũ: ⁊ tanq̃ vocẽ tonitrui magni: ⁊ vocẽ quam audiui: sicut cytharedoꝝ cytharizãtiũ in cytharis suis. Et cãtabant quasi canticũ nouum ante sedẽ ⁊ añ quatuor animalia ⁊ seniores: et nemo poterat dicere canticũ nouum nisi illa cẽtũ quadragintaquatuor milia q̃ empti sunt de terra. Hij sunt qui cũ mulierib⁹ nõ sunt coinq̃nati: virgines eñ sunt: Hij sequũtur agnũ quocunqʒ ierit. Hij empti sunt ex oĩb⁹ primitie deo ⁊ agno: ⁊ i ore eorũ nõ est inuentũ mendaciũ. sine macula eñ sunt añ thronũ dei. Grad. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus cõtritus est: ⁊ nos liberati sumus: adiutoriũ nostrũ in noĩe dñi: qui fecit celũ et terrã. Laus tibi christe. ℣. Te martyrũ candidatus laudat exercitus dñe. Scdm Matheum. ij.

In illo tpe. Angel⁹ dñi apparuit i somnis ioseph dicẽs. Surge ⁊ accipe puerũ et matrẽ eius ⁊ fuge in egyptum: ⁊ esto ibi usqʒ dũ dicã tibi. Futurũ est eñ ut herodes querat pueꝝ ad perdendũ eũ. Qui cõsurgẽs accepit pueꝝ ⁊ matrẽ ei⁹ nocte: ⁊ secessit in egyptũ. Et erat ibi usqʒ ad obitũ herodis: ut adimpleret qd dictũ est a dño per ꝓphetã dicentẽ. Ex egypto vocaui filiũ meũ. Tunc herodes

videns qm̄ illusus esset a magis: irat⁹ est valde. Et mittēs occidit oēs pueros qui erāt in bethleē ⁊ in omnib⁹ finib⁹ eius a bimatu et infra: scdm̄ tēpus quod exq̄sierat a magis. Tūc impletū est qđ dictū est per hieremiā pphetā dicentē. Vox in rama audita est: plorat⁹ ⁊ ululatus multus: rachel plorās filios suos: ⁊ noluit ꝯsolari: q̄a non sunt. Credo non dicitur.

Offer. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū: laqueus ꝯtrit⁹ est: ⁊ nos liberati sum⁹

Secre. Adesto qm̄s dn̄e muneribus innocentū festiuitate sacrādis: ⁊ p̄sta: ut eoꝝ synceritatē possimus imitari: quorū tibi dicatā veneramur infantiā. Per. Cōio. Vox ī rama audita est ploratus ⁊ ululatus: rachel plorās filios suos: noluit ꝯsolari q̄a nō sunt. Cōpl. Votiua dn̄e dona percepim⁹: q̄ sanctoꝝ tuorū nob̄ p̄cib⁹ et p̄sentis vite qm̄s pariter eterne tribue conferre subsidiū. Per. ¶ De sancto Thoma Intr. Letabitur iustus

Orō. Deus p cuius ecclesia gl'iosus martyr ⁊ pōtifex thomas gladijs impioꝝ occubuit: p̄sta qm̄s: ut oēs qui eius implorāt auxiliū: petitionis sue salutarē ꝯsequant effectū. Per. Epl'a. Oīs pōtifex. Grad. Dn̄e p̄uenisti. All'a. Surrexit pastor bonus. Euāge. Ego sum pastor bonus. Offer. Gloria et honore. Secre. Munera tibi dn̄e dicata sanctifica: et intercedēte beato thoma martyre tuo atq; pontifice: per eadē nos placatus intende. Per. Cōio. Posuisti dn̄e. Cōpl. Adiuvet nos qm̄s omp̄s et misericors deus p hec sancta q̄ sumpsimus beati Thome martyris tui atq; pontificis intercessio venerāda: qui p tui nominis honore: glorioso meruit coronari martyrio. P. ¶ Siluestri ꝯfesso. Intr. Sacerdotes tui.

Orō. Presta quesumus omp̄s deus: ut beati siluestri ꝯfessoris tui atq; pōtificis venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nob̄ augeat et salutē Per. Epl'a. Ecce sacer. mag. Grad. Ecce sacer. magn⁹. All'a. Iurauit dn̄s. Euāge. Uigilate ergo quia. Offer. Inueni dauid

Secre. Sanctorū tuoꝝ nobis dn̄e pia nō desit oratio: que et munera nostra cōciliet: et tuā nobis indulgentiā semp obtineat. Per. Cōio. Beat⁹ seruus

Cōplē. Quesum⁹ omp̄s deus ut hodierne mun⁹ solēnitatis acceptū: intercedēte btō silue-

stro confessore tuo: et corporibus nostris salutem prestet et mentibus. Per.

Dñica infra octa. Introitus

Dum medium silentium tenerent omnia: et nox in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus dñe de celis a regalibus sedibus venit. Ps. Dñs regnauit decorem indutus est: indutus est dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Ad Galathas. iiij.

Fratres: Quanto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dñs omnium: sed sub tutoribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi huius eramus seruientes. At ubi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Itaque iam non est seruus sed filius. Quod si filius et heres per deum. Grad. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. V. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alla. V. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Scdm Lucam. ij.

In illo tempore. Erat ioseph et maria mater iesu mirantes super his que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in israel: et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Diuisio. Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser: hec processerat in diebus multis: et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua erat usque ad annos octogintaquatuor: que non discedebat de templo ieiunijs et obsecrationibus seruiens deo nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniens: confitebatur domino: et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem israel. Et ut perfecerunt omnia scdm legem dñi: reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam nazareth. Puer autem iesus crescebat et confortabatur plenus sapientia: et gratia dei erat

cũ illo. Offer. Deus em̃ firma-
uit orbẽ terre q̃ nõ cõmouebit: pa-
rata sedes tua de⁹ extũc a seclo tu es
Concede q̃ms dñe: ut Secre.
oculis tue maiestatis mun⁹ ob
latũ: et gr̃aʒ nob̃ pie deuotiõis
obtineat: ⁊ effectũ beate ꝑhẽni-
tatis acq̇rat. Cõio. Tolle puer̃
et matrẽ eius: ⁊ vade in terrã iuda:
defuncti sunt em̃ q̇ querebãt animã
pueri. Cõpl'. Per hui⁹ dñe opa
tionẽ mysterij: ⁊ vitia nr̃a pur
gent: ⁊ iusta desyderia cõplean
tur. Per. In Circũcisiõe dñi.
Puer natus. ꝑ totũ i cãtu. Oro
Deus q̇ salutis eterne bea
te marie virginitate fe-
cũda humano generi p̃mia p̃-
stitisti: tribue q̃ms: ut ipsam ꝓ
nobis intercedere sentiam⁹: ꝑ
quam meruimus auctorẽ vite
suscipere. Dñm. Ep̃la. Appa-
ruit gratia dei saluatoris no-
stri. Grad. Viderũt oẽs fines ter
re. Alla. Dies sanctificatus. Se
quẽ. Letabundus exultet. Scdm
In illo t. Postq̃ʒ Lucã. ij.
cõsummati sunt dies octo
ut circũcideretur puer: vocatũ
est nomẽ eius iesus. Qđ voca
tũ est ab angelo priusq̃ʒ in ute
ro ꝯciperet. Offer. Tui sunt celi
Muneribus nostris q̃ Secre.
sumus dñe p̃cibusq̃ʒ susceptis
et intercedente ꝓ nob̃ beata dei
genitrice semꝑq̃ʒ virgine ma-
ria: celestibus nos mũda my-
sterijs ⁊ clemẽter exaudi. Per
Prefatio. Quia ꝑ incarnati.
Cõmunicãtes nõ dicit. Cõio.
Viderunt oẽs fines terre salutare
dei nr̃i. Cõplẽ. Hec nos cõmu-
nio dñe purget a crimine: ⁊ in
tercedẽte ꝓ nob̃ gloriosa sem-
ꝑq̃ʒ virgine dei genitrice ma-
ria: celestis remedij faciat esse
consortes. Per. ¶ In vigilia
epiphanie. Lux fulgebit. ꝑ totũ
Corda nr̃a in cãtu. Oro
q̃ms dñe venture festiui-
tatis splẽdor illustret: quo mũ
di hui⁹ tenebris carere valea-
mus: et perueniamus ad patri
am claritatis eterne. P. Epi-
stola. Apparuit benignitas et
humanitas. Scdm Matheũ
In illo tpe. Defuncto ij.
herode: ecce angelus do-
mini apparuit in somnis io-
seph in egypto dicens. Sur-
ge et accipe puerũ ⁊ matrẽ ei⁹:
et vade in terrã israel. Defun-
cti sunt em̃ qui querebant ani-
mã pueri. Qui consurgens:
accepit puerũ et matrẽ eius: et
venit in terrã israel. Audiens
autẽ ꝙ archelaus regnaret in
iudea pro herode patre suo: ti
muit illo ire. Et admonit⁹ in
somnis: secessit ĩ ꝑtes galilee.

Et veniẽs habitauit in ciuita-
te q̄ vocat̄ nazareth: ut adim-
pleret̄ qđ dictũ est p̄ ꝓphetā di-
centē: q̄m nazareꝰ vocabit̄. In
hac missa Glĩa i excelsis et Cre-
do et prefatio de natiuitate di
cunt̄. Secre. Tribue q̄s dn̄e
ut eũ p̄sentibꝰ immolemꝰ sacri
ficiis ⁊ sumamꝰ: quē vẽture so
lẽnitatis pia munera p̄loquũ
tur. Per. Cōio. Tolle puerũ et
matrē eius ⁊ vade i terrā iuda: defũ
cti sunt em̄ q̄ querebāt aīam pueri.
Illumina q̄s dn̄e po Cōpl'.
pulũ tuũ: ⁊ splēdore grē tue cor
eius semp̄ accēde: ut saluatorē
suũ ⁊ incessanter agnoscat ⁊ ve
raciter apprehēdat. Qui tecũ.

¶ In die sctō Epi. Introitus.

Ecce aduenit dn̄a-
tor dn̄s: ⁊ regnũ in
manu eius ⁊ pote-
stas ⁊ iperiũ. Ps.
Deus iudiciũ tuũ
regi da. et iusticiā tuam filio regis.

Deus q̄ hodierna Orō.
die unigenitũ tuũ gēti-
bus stella duce reuelasti: ꝯcede
ꝓpicius: ut q̄ iā te ex fide cogno
uimus: usq3 ad ꝯtēplandā spe
ciem tue celsitudinis perduca
mur. Per eũ. Lectio Esaie p-
Surge illumina phete. lx
re hierl'm: q̄a venit lumē
tuũ: ⁊ gloria dn̄i sup̄ te orta est

Quia ecce tenebre operiēt terrā
⁊ caligo pp̄los: sup̄ te aũt orie-
tur dn̄s: ⁊ gloria eiꝰ i te videbi
tur. Et ambulabũt gētes in lu
mine tuo: ⁊ reges i splēdore or
tus tui. Leua i circuitu oculos
tuos ⁊ vide: oēs isti ꝯgregati
sunt: venerũt tibi. Filij tui de
lōge veniēt: ⁊ filie tue de latere
re surgēt. Tũc videb ⁊ affiues ⁊
mirabit̄ ⁊ dilatabitur cor tuũ
q̄n ꝯuersa fuerit ad te multitu
do maris: fortitudo gētiũ vene
rit tibi. Inundatio camelorũ
opiet te: dromedarij madian ⁊
effa. Oēs de saba veniēt auꝝ et
thus deferētes: ⁊ laudē dn̄o an
nũciātes. Grad. Oēs de saba
veniēt auꝝ ⁊ thus deferētes ⁊ laudē
dn̄o annũciātes. ℣. Surge illumi
re hierl'z: q̄a glĩa dn̄i sup̄ te orta est.
Alla. ℣. Uidimus stellā eiꝰ i oriē-
te: ⁊ venimus cũ muneribꝰ adorare
dn̄m. Seq̄n. Festa christi. Scd̄m

In illo t. Cũ na Mathe. ij
tus esset iesus i bethleē iude
in diebꝰ herodis regis: ecce ma
gi ab oriēte venerũt hierosoly
mā dicētes. Ubi est q̄ natus est
rex iudeorũ? Uidimus em̄ stel
lā eius in oriente: et venimus
adorare eũ. Audiens aũt hero
des rex turbatus est: ⁊ omnis
hierosolyma cũ illo. Et cōgre-
gans oēs principes sacerdotũ

et scribas ppl'i: sciscitabat ab eis vbi christ⁹ nasceret. At illi dixerūt ei. In bethleē iude. Sic em̄ scriptū est p ꝓphetam. Et tu bethleē terra iuda: nequaq̄ꝫ minima es ī p̄ncipib⁹ iuda. Ex te em̄ exiet dux q̄ regat ppl'm meum israel. Tūc herodes clā vocatis magis: diligēter didicit ab eis tēpus stelle q̄ apparuit eis: ⁊ mittēs eos ī bethleē dixit. Ite ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cū īueneritis renūciate mihi: vt et ego veniēs adorē eū. Qui cū audissent regē abierūt. Et ecce stella quā viderant in oriēte antecedebat eos: vsqꝫ dū veniēs staret supra vbi erat puer. Uidētes aūt stellā: gauisi sunt gaudio magno valde: ⁊ intrātes domū: inueneꝛ̄t puerū cū maria mr̄e ei⁹: ⁊ ꝓcidētes adorauerūt eū: et apertis thesauris suis: obtulerūt ei munera auꝝ: thus ⁊ myrrhā. Et responso accepto ī somnis ne redirēt ad herodē: per aliā viā reuersi sunt in regionē suā. Offer. Reges tharsis ⁊ insule munera offerēt reges arabū et saba dona adducēt et adorabunt eū omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secre. Ecclesie tue q̄s dn̄e dona ꝓpicius intuere: quibus iā nō aurum thus ⁊ myrrha ꝓfert: sed quod eisdē munerib⁹ declarat immolat et su mit: iesus christus dn̄s nr̄. Qui te. Prefatio Quia cū vnigenit⁹ tu⁹. Cōmunicātes ⁊ diē sacratissi. Cōio. Uidim⁹ stellā ei⁹ in oriēte ⁊ venim⁹ cū munerib⁹ adorare dn̄m. Cōpl'. Presta q̄s omp̄s deus: vt q̄ solēni celebram⁹ officio: puritate mētis intelligētia ꝯseq̄mur. Per. Infra octa. Feria q̄rta. Lectio Esaie ꝓphete. lx.

Omne pecus cedar cōgregabitur tibi: arietes nabaioth ministrabūt tibi. Offerent sup placabili altari tuo: ⁊ domū maiestatis mee glorificabo. Qui sunt isti qui vt nubes volāt: ⁊ quasi colūbe ad fenestras suas. Me em̄ insule expectabūt ⁊ naues maris in p̄ncipio: vt adducā filios tuos de longe. Argentū eoꝝ ⁊ auꝝ eorum cū eis nomini dn̄i dei tui ⁊ sc̄tō israel: q̄a glr̄ificauit te. Et edificabūt filij peregrinorum muros tuos: ⁊ reges eoꝝ ministrabūt tibi. In indignatiōe mea ꝑcussi te: et ī recōciliatiōe mea misert⁹ sum tui. Et aperiētur porte tue iugiter: die ac nocte nō claudētur: vt auferat a te fortitudo gentiū: ⁊ reges earum adducātur. Gens em̄ ⁊ regnū quod nō seruierit tibi pe-

ribit: et gētes solitudine vastabunt. Glōria libani ad te veniet: abies et buxus et pin⁹ simul ad ornādū locū sctificationis mee: et locū pedū meorū glorificabo. Et venient ad te curui filij eorū q̄ humiliauerūt te: et adorabūt vestigia pedū tuorū oēs q̄ detrahebāt tibi: et vocabūt te ciuitatē dñi sion scti israel. Scdm Iohā. j.

In illo tpe. Vidit iohannes iesum venientē ad se et ait. Ecce agn⁹ dei: ecce q̄ tollit pctā mūdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir q̄ añ me factus est: q̄a prior me erat: et ego nesciebā eū. Sed ut manifestaret in israel: ppterea veni ego in aqua baptizās. Et testimoniū phibuit iohannes dicēs. Quia vidi spm̄ descendentē q̄si columbā de celo: et mā sit sup eū: et ego nesciebā eū. Sed q̄ misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Sup quē videris spiritū descēdentē et manētem sup eū: hic est qui baptizat in spūsancto. Et ego vidi et testimoniū phibui: q̄a hic est filius dei. Feria sexta. Ad Colossenses. j.

Fratres. Audistis dispēsationē dei que data est mihi i vobis vt impleam verbū dei: mysteriū qđ abscōditū fuit a seculis et generationib⁹: nūc aūt manifestatū est sanctis ei⁹ q̄bus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramēti hui⁹ i gētib⁹ qđ est christus in vobis spes glorie: quē nos annūciamus corripiētes oēm hoiem et docētes in oīni sapiētia: ut exhibeam⁹ omnē hominē perfectū. In christo iesu dño nr̄o. Scdm Matheū. iiij.

In illo t. Cū audisset iesus q̄ tradit⁹ esset iohānes: secessit in galileā. Et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit capharnaū maritima i finibus zabulō et neptalim: ut adimpleret qđ dictū est p esaiā pphetā dicētē. Terra zabulon et terra neptalim via maris trans iordanē galilee gentiū: populus q̄ ambulabat i tenebris vidit lucē magnā: et sedētib⁹ i regione vmbre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus p̄dicare et dicere: penitētiā agite appropinq̄bit eñ regnū celorū. Dñica infra octa. Epipha.

In excelso thro Introit⁹ no vidi sedere virū: quem adorat multitudo angelorū psallētes i vnū: ecce cui⁹ iperij nomē est i eternū. Ps. Jubilate deo ois terra seruite dño i leticia. Oro

Vota q̄s dñe supplicātis ppl'i celesti pietate pse-

quere: ut et q̃ agẽda sunt videãt et adimplẽda q̃ viderint cõualescãt. Per dñ. Ad Roma. xij

Fres: Obsecro vos p misericordiã dei: ut exhibeatis corpa vr̃a hostiã viuentẽ: sanctã: deo placentẽ: rõnabile obsequiũ vr̃m. Et nolite ꝯformari huic seculo: sed reformamini i nouitate sensus vr̃i: ut pbetis q̃ sit volũtas dei bona et bñplacens et pfecta. Dico eñi p grã; q̃ data est mihi oĩbus q̃ sunt inter vos: nõ plꝰ sape q̃; oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Et unicuiq; sicut deꝰ diuisit mensurã fidei. Sicut eñi in uno corpe multa mẽbra habemus: oĩa aũt mẽbra nõ eũdem actũ habẽt. Ita multi unũ corpus sumꝰ i christo: singuli aũt alter alteriꝰ mẽbra i chr̃o iesu dño nr̃o. Grad. Bñdictꝰ dñs deus isr̃l q̃ facis mirabilia magna solus a seclo. ℣. Suscipiãt mõtes pacẽ pp̃lo tuo et colles iusticiã. Alla. ℣. Jubilate deo om̃is terra seruite dño in leticia. Scdm Lucam. ij.

In illo t. Cũ factus esset iesus annoꝝ duodecim: ascẽdentibꝰ illis hierosolymã scd; ꝯsuetudinẽ diei festi. Consummatisq; diebꝰ cũ redirẽt: remãsit puer iesus in hierl̃m: et non cognouerũt parẽtes eiꝰ. Existimãtes aũt illũ esse i comitatu: venerũt iter diei: et reqrebãt eũ inter cognatos et notos. Et nõ inueniẽtes regressi sunt in hierl̃m reqrẽtes eũ. Et factũ est post triduũ: iuenerũt eũ sedentẽ i templo i medio doctoꝝ audientem illos et interrogantẽ. Stupebant aũt oẽs q̃ eũ audiebãt sup prudentia et responsis eiꝰ. Et videntes admirati sunt. Et dixit mr̃ eiꝰ ad illũ. Fili q̃d fecisti nob sic? Ecce pr̃ tuꝰ et ego dolẽtes q̃rebamꝰ te. Et ait ad illos. Quid est q̃ me q̃rebatis Nesciebatis q̃a i his q̃ patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi nõ intellexerũt verbũ q̃d locutus est ad eos. Et descendit cũ eis et venit nazareth: et erat subditꝰ illis. Et mr̃ eiꝰ cõseruabat oĩa verba hec i corde suo. Et iesus pficiebat sapiẽtia et etate et grã apud deũ et hoĩes. Offer. Iubilate deo om̃is terra: iubilate deo oĩs terra: seruite dño in leticia intrate in cõspectu eius i exultatiõe q̃a dñs ipse est deus. Secre. Oblatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet nos semp et muniat. Cõio Fili q̃d fecisti nob sic: ego et pater tuus dolẽtes querebamus te: et quid est q̃ me querebatis: nesciebatis q̃a in his que pr̃is mei sunt oportet me esse. Cõplẽ. Supplices te roga

mus omp̄s deus: ut quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignāter deseruire ꝯcedas. Per. In octa. epipha. Ecce aduenit. ꝑ totū in

Deus cuius cantu. Oro. unigenit⁹ in substantia nostre carnis apparuit: p̄sta q̄s: ut ꝑ eū quē similē nobis foris agnouim⁹: int⁹ reformari mereamur. Qui te. Lectio

Domine Esa. phe. xxvi de⁹ me⁹ honorificabo te: laudē tribuā noi tuo q̄ facis mirabiles res. Cōsiliū tuū antiquū verū fiat. Dn̄e excelsum est brachiū tuū de⁹ sabaoth: corona spei q̄ ornata est gl'ia. Exultet desertū ⁊ exultēt solitudines iordanis: ⁊ ppl's meus videbit altitudinē dn̄i ⁊ maiestatē dei. Et erit cōgregatus et redemptus per deū: et veniet in sion cum exultatione ⁊ leticia sempiterna: sup caput ei⁹ laus et exultatio. Et aperiā in mōtibus flumina: in medijs cāpis fontes dirumpā: ⁊ terrā sitientē sine aqua cōfundam. Ecce puer meus exaltabit̄ ⁊ eleuabitur: ⁊ sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris: et dicetis i illa die. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē ei⁹: cātate dn̄o q̄a mirabilia fecit: annūciate hoc in uniuersa terra. Dicit dn̄s om̄ipotēs. Scd̄m Matheū. iij

In illo t. Venit iesus a galilea in iordanē ad iohānē: ut baptizaretur ab eo. Johānes aūt phibebat eū dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Respōdēs aūt iesus dixit ei. Sine modo. Sic em̄ decet nos implere oēʒ iusticiā. Tūc dimisit eū. Baptizatus aūt iesus cōfestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritū dei descendentē sicut columbā: et venientē super se. Et ecce vox de celo dicens. Hic est filius meus dilect⁹: in quo mihi bene complacui. Secre.

Hostias tibi dn̄e pro nati filij tui apparitiōe deferimus: suppliciter exorātes: ut sic ip̄e est auctor munerū: ita sit misericors ⁊ susceptor iesus christ⁹ dn̄s nr̄. Qui te. Cōpleū. Celesti lumine q̄s dn̄e semp hic ⁊ ubiq; p̄ueni: ut mysteriū cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu: et digno percipiam⁹ effectu. Per.

¶ Dn̄ica secūda Introitus.

Omnis terra adoret te de⁹ ⁊ psallat tibi: psalmū dicat noi tuo altissime. Ps. Jubilate deo ois terra: psalmū dicite

nomini eius date gloriã laudi eius.
Omnipotens sempiterne Oro. deus: q̃ celestia simul et terrena moderaris: supplicatiões ppl'i tui clemẽter exaudi: et pacẽ tuã nr̃is ɔcede tẽpibus. Per
Fratres: Ad Roma. xij. Habẽtes donatiões scd̃z grãm q̃ data est nobis differẽtes. Siue ꝓphetiã scd̃z rationẽ fidei. Siue ministeriũ in ministrãdo. Siue q̃ docet i doctrina. Qui exhortat̃ in exhortãdo: q̃ tribuit i simplicitate: q̃ ꝑest in sollicitudine: q̃ miseret̃ in hilaritate: dilectio sine simulatiõe Odientes malũ: adherẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes: honore inuicẽ ꝑueniẽtes. Sollicitudine nõ pigri: spũ feruẽtes: dño seruiẽtes. Spe gaudẽtes: in tribulatiõe patiẽtes: oratiõi instãtes. Necessitatibus scõꝝ cõmunicãtes: hospitalitatẽ sectantes. Bñdicite ꝑsequẽtib⁹ vos. Benedicite et nolite maledicere. Gaudere cũ gaudẽtibus: flere cũ flẽtibus. Idipm̃ inuicẽ sentientes. Nõ alta sapiẽtes: sed humilibus ɔsentiẽtes. Grad.
Misit dñs vbũ suũ et sanauit eos et eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cõfiteant̃ dño mis̃cdie eius: et mirabilia eius filijs hoim̃. Alla. ℣. Laudate dñm oẽs angeli eius: laudate eũ om̃es virtutes eius. Scd̃m Johannẽ. ij.
In illo tẽpore. Nuptie facte sunt i chana galilee: et erat mr̃ iesu ibi. Vocatus est autẽ iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino dicit mater iesu ad eũ. Vinũ non habent. Dicit ei iesus. Quid mihi et tibi est mulier? Nõdũ venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Qd̃cũq3 dixerit vobis facite. Erant autẽ ibi lapidee hydrie sex posite scd̃m purificationẽ iudeorũ: capiẽtes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vsq3 ad sũmũ. Et dicit illis iesus. Haurite nũc et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autẽ gustauit architriclinus aquã vinũ factũ: et nõ sciebat vnde esset: ministri autẽ sciebant qui hauserãt aquã: vocat spõsum architriclinus: et dicit ei. Om̃is homo primũ bonũ vinũ ponit: et cũ inebriati fuerint: tũc id quod deterius est. Tu autẽ seruasti bonũ vinũ vsq3 adhuc. Hoc fecit initiũ signorũ iesus i chana galilee: et manifestauit gloriã suam: et crediderunt in eũ discipuli eius. Offer. Iubilate

deo uniuersa terra: iubilate deo uniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite ⁊ audite: ⁊ narrabo vobis oẽs qui timetis deũ: quãta fecit dñs anime mee all'a. Secre. Ut tibi dñe grata sint munera populi tui supplicãtis: ab omni quesumus eũ contagione peruersitatis emũda. Per. Cõio. Dicit dñs: implete hydrias aqua: ⁊ ferte architriclino: dũ gustasset architriclinus aquã viñ factã: dicit sponso: seruasti bonũ vinũ vsq; adhuc: hoc signũ fecit iesus primũ coram discipulis suis. Cõplẽ. Augeatur in nobis qs dñe tue virtutis operatio: ut diuinis vegetati sacramentis: ad eorũ ꝓmissa capienda tuo munere ꝑparemur. Per. Feria quarta. Ad Corinthios. j.

Fratres: Uidete vocationẽ vestrã. Quia nõ multi sapientes scdm carnẽ: nõ multi potentes: nõ multi nobiles: sed que stulta sunt mũdi: elegit deus ut confundat sapiẽtes. Et infirma mundi elegit deus ut cõfundat fortia: et ignobilia mundi et cõtemptibilia elegit deus: et ea que non sunt: ut ea que sunt destrueret: ut nõ glorietur oñis caro in conspectu eius. Ex ipso autẽ vos estis in christo iesu: qui factus est nobis sapiẽtia ⁊ iustitia ⁊ sctificatio ⁊ redẽptio: ut queadmodũ scriptũ est. Qui gloriaṫ i dño glorietur. Scdm Lucam. iiij.

In illo tpe. Regressus est iesus in virtute spũs i galileã: ⁊ fama exijt ꝑ uniuersam regionẽ de illo. Et ip̃e docebat in synagogis eoꝝ et magnificabaṫ ab oĩb⁹. Et venit nazareth ubi erat nutritus: ⁊ intrauit scdm ꝯsuetudinẽ suam die sabbati i synagogã: et surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie ꝓphete. Et ut reuoluit librũ: inuenit locũ ubi scriptũ erat. Spũs dñi sup me: ꝓpter qđ unxit me: euãgelizare pauperibus misit me: sanare cõtritos corde: p̃dicare captiuis remissionẽ et cecis visum: dimittere ꝯfractos i remissionẽ: p̃dicare annũ dñi acceptũ: ⁊ diem retributionis. Et cũ plicuisset librũ: reddidit ministro et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eũ. Cepit autẽ dicere ad eos: quia hodie impleta est hec scp̃tura in aurib⁹ vestris. Et omnes testimoniũ illi dabant: et mirabantur in verbis gratie que ꝓcedebant de ore ipsius. Feria sexta. Ad Romanos. j.

Fratres: Grãs ago deo

meo p iesum christū p omib⁹ vob: q̄a fides vr̄a annūciat in vniuerso mūdo. Testis eñ mihi est de⁹ cui seruio in spū meo in euāgelio filij ei⁹: q̄ sine intermissiōe memoriā vr̄i facio sp i orōnib⁹ meis. Obsecrās si quō tandē aliqñ psperū iter habeā in volūtate dei veniēdi ad vos. Desydero eñ videre vos: vt aliq̄d impartiar vobis grē spūalis ad ɔfirmādos vos: id est simul ɔsolari in vob p eā q̄ inuicē est fidē vestrā atq3 meā In christo iesu dño nr̄o. Scdz

In illo t. Uenit Marcū. j. ad iesum leprosus depcās eū: et genuflexo dixit. Si vis potes me mundare. Jesus aūt misert⁹ eius: extēdit manū suā et tāgēs eū ait illi. Uolo. Mūdare. Et cū dixisset: statim discessit ab eo lepra: ⁊ mundatus est. Et comminatus est ei: statimq3 eiecit illū: ⁊ dicit ei. Uide nemini dixeris: sed vade osten de te pncipi sacerdotū: et offer p emūdatione tua que p̄cepit moyses in testimoniū illis. Et egressus cepit p̄dicare et diffamare sermonē: ita vt iam non posset manifeste introire i ciuitatē: sed in desertis locis esse: ⁊ conueniebāt ad eum vndiq3.

¶ Dñica tertia Introitus.

Adorate deū om̄es angeli eius: audiuit et leta ta est Sion: ⁊ exultauerūt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letent insule multe. Gl'a. Orō.

Omnipotens sempiterne de⁹: infirmitatē nostrā ppicius respice: atq3 ad ptegendū nos dexterā tue maiestatis extēde. Per. Ad Romanos. xij.

Fratres: Nolite esse prudētes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes Prouidentes bona nō tantū coram deo: sed etiā corā omnibus hominib⁹. Si fieri potest qđ ex vobis est: cū om̄ibus hominib⁹ pacē habētes. Nō vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locū ire. Scriptū est eñ. Mihi vindictā: ⁊ ego retribuam dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illū si sitit: potū da illi. Hec eñ faciēs: carbones ignis ɔgeres super caput ei⁹. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

Timebunt gentes nomē Grad. tuū dñe: et om̄es reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dñs sion: ⁊ videbit i maiestate sua. All'a. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letent insule multe. Scdm

In illo t. Cū Matheū. viij descēdisset iesus de mōte:

secute sunt eũ turbe multe: ⁊ ecce
leprosus veniẽs adorabat eũ
dicẽs. Dñe: si vis potes me mũ
dare. Et extendẽs manũ iesus
tetigit eũ dicẽs. Volo. Mũda-
re. Et cõfestim mundata est le-
pra eius. Et ait illi iesus. Vide
nemini dixeris: sed vade ostẽde
te sacerdoti: ⁊ offer munus tuũ
qđ p̃cepit moyses ĩ testimoniũ
illis. Divisio. Cũ aũt introis-
set iesus capharnaum: accessit
ad eũ centurio rogans eũ ⁊ di-
cẽs. Dñe puer meus iacet ĩ do-
mo paraliticꝰ: ⁊ male torquet
Et ait illi iesus. Ego veniã et
curabo eũ. Et respondẽs cẽtu-
rio ait. Dñe: non sum dignus
vt intres sub tectũ meũ: sed tñ
dic verbo: ⁊ sanabit puer meꝰ.
Nã et ego hõ sum sub potesta-
te cõstitutus habẽs sub me mi
lites. Et dico huic: vade et va-
dit: et alio veni et venit: et ser-
vo meo: fac hoc et facit. Audi-
ens aũt iesus miratus est: et se-
quentibꝰ se dixit. Amẽ dico vo
bis: nõ inveni tantã fidẽ ĩ isrł
Dico autẽ vobis: ꝙ multi ab
oriente ⁊ occidẽte venient: ⁊ re
cumbẽt cũ abraã et isaac et ia-
cob in regno celorũ: filij autẽ
regni eijciẽtur ĩ tenebras exte-
riores. Ibi erit fletus et stridor
dentiũ. Et dixit iesus cẽturio-
ni. Vade: ⁊ sicut credidisti fiat
tibi. Et sanatꝰ est puer ex illa
hora. Offer. Dextera dñi fecit
virtutem: dextera dñi exaltavit me
nõ moriar sed vivã: et narrabo ope-
ra dñi. Secre. Hec hostia qs̃
dñe emundet nostra delicta: ⁊
ad sacrificiũ celebrãdũ subdi-
torũ tibi corpora mẽtesqꝫ san-
ctificet. Cõio. Mirabãtur oẽs
de hijs que procedebant de ore dei.
Quos tãtis dñe largi- Cõplẽ.
ris vti mysterijs: qs̃ vt effecti
bus eoꝝ nos veraciter aptare
digneris. Per. Feria quarta

Charissi- Ad Timoth. j.
me: Fidelis sermo et omĩ
acceptiõe dignus: ꝗa christus
iesus venit in hũc mundũ pec-
catores saluos facere: quorũ
primus ego sum. Sed ideo mi
sericordiã ꝯsecutus sum: vt in
me p̃mo ostẽderet christꝰ iesus
oẽm patiẽtiã: ad informatio-
nẽ eoꝝ ꝗ credituri sunt illi ĩ vi
tam eternã. Regi aũt seculoꝝ
immortali invisibili soli deo
honor et gloria in secula secu-
loꝝ amẽ. Scđm Johanẽ. iiij.

In illo tpe. Egressus iesus
venit in galileã. Ipse aũt
iesus p̃hibebat testimoniũ: ꝗa
p̲pheta in sua patria honorẽ
nõ haberet. Cũ aũt venisset in
galileã: exceperũt eũ galilei: cũ

omnia vidissent que fecerat hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerãt ad dié festũ. Inde iterũ venit i chana galilee: ubi vertit aquam in vinũ. Feria sexta. Ad Romanos. ij.

Fratres: Nõ est acceptio psonarũ apud deũ. Quicũqz enim sine lege peccauerũt sine lege peribũt: et quicũqz in lege peccauerunt: p legé iudicabũtur. Nõ enim auditores legis iusti sunt apud deũ: sed factores legis iustificabũtur. Cũ enim gẽtes que legẽ nõ habent: naturaliter ea que legis sunt faciunt: eiusmodi legem nõ habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis: testimoniũ reddente illis cõsciẽtia ipsorũ: et inter se inuicẽ cogitationũ accusantium aut etiã defendentiũ: in die cũ iudicabit dñs occulta hominũ scdm euãgeliũ meũ. Per christum dominũ nostrũ. Scdm Matheũ. iiij.

In illo tpe: Circuibat iesus totã galileã: docẽs in synagogis eorũ et predicãs euãgeliũ regni: et sanans omnẽ languorẽ et omnẽ infirmitatẽ i populo. Et abijt opinio eius in totã syriã: et obtulerũt ei oẽs male habẽtes varijs languoribus et tormẽtis cõprehẽsos: et qui demonia habebant: et lunaticos et paraliticos: et curauit eos: et secuti sunt eũ turbe multe. ¶ Dñica quarta. Adorate deũ oẽs angeli eius. p totũ in cãtu. Oro

Deus q̃ nos in tantis periculis cõstitutos p humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutẽ mẽtis et corporis: ut ea que p peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. P. Ad Romanos. xiij.

Fratres: Nemini quicq̃z debeatis nisi ut inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximũ legem impleuit. Nã non adulterabis: nõ occides: nõ furaberis: nõ falsum testimoniũ dices: nõ cõcupisces rẽ pximi tui: et si quod est aliud mandatũ: in hoc verbo instauratur: diliges pximũ tuũ sicut teipsum. Dilectio pximi malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Scdm Matheum. viij

In illo tpe: Ascendẽte iesu in nauiculam: secuti sunt eũ discipuli eius: et ecce motus magnus factus est i mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eũ discipuli eius et suscitauerũt eũ dicẽtes: Dñe salua nos perimus. Et dicit eis

iesus. Quid timidi estis modi ce fidei? Tūc surgēs imperauit vētis ꝛ mari: ꝛ facta est trāquillitas magna. Porro hoīes mirati sunt dicētes. Qualꝭ est hic: quia venti ꝛ mare obediunt ei. Cōcede qs̄ omps̄ de᷒: Secre. ut hui᷒ sacrificij mun᷒ oblatū fragilitatē nostrā ab oīni malo purget semꝑ ꝛ muniat. P. Munera tua de᷒ nos a Cōpl. delectatiōibus terrenis expediant: et celestib᷒ semꝑ instruant alimētis. Per. Feria q̄rta Ad Fratres: Romanos. v. Sicut ꝑ unius delictū oēs hoīes in condemnationē mortis: sic ꝑ unius iusticiā oēs homines ī iustificationē vite. Sicut em̄ ꝑ inobedientiā uni᷒ hominis pctōres constituti sunt multi: ita ꝛ per unius obedientiā iusti ꝯstituētur multi. Lex em̄ subintrauit vt abūdaret delictū. Ubi autē abūdauit delictum: superabūdauit ꝛ gratia: ut sicut regnauit peccatum in mortē: ita ꝛ gr̄a regnet per iusticiā in vitā eternam. Per iesum christū dn̄m nr̄m. Scd̄m In illo tp̄e: Fa Lucā. ix. ctū est eū tib᷒ discipulis in via: dixit q̄dā ad iesum. Seq̄r te quocunqꝫ ieris. Et ait illi iesus. Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius aūt hoīs nō habet ubi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Seq̄re me. Ille aūt dixit. Dn̄e: ꝑmitte me primū ire: et sepelire patrem meum. Dicit ei iesus. Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos: tu autē vade ꝛ annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dn̄e: sed primū ꝑmitte me renunciare his qui domi sunt. Ait ad illū iesus. Nemo mittens manū suā ad aratrū: et aspiciēs retro: apt᷒ est regno dei. Feria sexta. Ad Romanos. v. Fratres. Si unius delicto multi mortui sunt: multo magis gr̄a dei ꝛ donū: in gr̄a uni᷒ hoīs iesu christi in plures abūdauit. Et nō sicut ꝑ unū peccatū: ita ꝛ donū. Nam iudiciū ex uno in condēnationē: gratia aūt ex multis delictis in iustificationem. Si em̄ in unius delicto mors regnauit per unū: multo magis abūdantiā gratie: ꝛ donatiōis ꝛ iusticie accipiētes in vita regnabūt ꝑ unū iesum christum dominū nostrū. Scd̄m In illo tp̄e: Di Lucā. xiiij cebat iesus cuidā principi phariseorū. Cū facis prandiū aut cenā: noli vocare amicos tuos et fratres tuos: neqꝫ

cognatos: neqꝫ vicinos neqꝫ diuites: ne forte ꝛ ipsi te reinuitẽt: et fiat tibi retributio. Sed cũ facis ꝯuiuiũ: voca paupes: debiles: cecos: claudos: et beat⁹ eris: q̃a nõ habent retribuere tibi. Retribuet̃ eñ tibi in retributiõe iustorũ. Hec autẽ cũ audisset quidã de simul discumbentibus: dixit illi. Beat⁹ qui mãducabit panẽ in regno dei.

¶ Dñica vacans. Adorate de- um.

Orõ. Familiã tuam quesum⁹ dñe ꝯtinua pietate custodi: ut que in sola spe gratie celestis innitit̃: tua semper ꝓtectione muniat̃. Per.

Ad Colossenses. iij. Fratres: Induite vos sicut electi dei sancti ꝛ dilecti viscera misericordie: benignitatẽ: humilitatẽ: modestiã: patiẽtiã: supportãtes inuicẽ ꝛ donãtes vobismetipsis: si q̃s aduersus aliquẽ habet q̃relã: sicut et dñs donauit vobis: ita et vos. Sup oĩa aũt hec charitatẽ habentes: quod est vinculũ pfectionis. Et pax christi exultet in cordib⁹ vestris: in qua ꝛ vocati estis in uno corpore: ꝛ grati estote. Verbũ christi habitet in vobis abundãter in omni sapiẽtia: docẽtes ꝛ cõmonẽtes vosmetipsos in psalmis: hymnis ꝛ cãticis spiritalib⁹ in gratia cantãtes in cordib⁹ vestris dño. Omne q̃dcũqꝫ facitis in verbo aut in ope: oĩa in noĩe dñi nr̃i iesu christi facite grãs agẽtes deo ꝛ patri. Per iesum christũ dñm nr̃m.

Scdm Matheũ. xj. In illo tpe: Respõdens iesus dixit. Cõfiteor tibi pater dñe celi ꝛ terre: quia abscõdisti hec a sapientibus ꝛ prudẽtibus: ꝛ reuelasti ea paruulis. Ita pater: q̃m sic placitũ fuit ante te. Oĩa mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiũ nisi pater: neqꝫ patrẽ quis nouit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oĩes qui laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiã vos Tollite iugum meũ super vos et discite a me q̃a mitis sum et humilis corde: ꝛ inuenietis requiem aĩabus vr̃is. Iugũ eñ meũ suaue est: ꝛ on⁹ meũ leue.

Secre. Hostias tibi dñe placatiõis offerimus: ut ꝛ delicta nostra miseratus absoluas: et nutantia corda tu dirigas. Per.

Cõpleñ. Quesumus omnipotens deus: ut illi⁹ salutaris capiamus effectũ: cui⁹ ꝑ hec mysteria pign⁹ accepimus. Per.

Feria q̃rta Epistola. Fratres Sicut ꝑ unius delictũ omnes

homines. ut supra. Scdm

In illo tpe: Matheũ. xxi. Dixit iesus discipul' suis parabolã hãc. Hõ quidã habe bat duos filios: ꝛ accedens ad primũ dixit. Fili vade hodie operari in vineã meã. Ille autẽ respondẽs ait. Nolo. Postea autẽ penitẽtia motus abijt. Accedẽs aũt ad alterũ: dixit similiter. At ille respondens ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis ex duob' fecit volũtatẽ pr̃is? Dicunt ei. Prim'. Dicit illis iesus. Amẽ dico vobis: q̃a publicani ꝛ meretrices p̃cedent vos in regno dei. Venit aũt ad vos iohãnes ĩ via iusticie: ꝛ nõ credidistis ei. Publicani autẽ et meretrices crediderũt ei. Feria

sexta. Ad Ephesios. j.

Fratres. Cũ audiuissetis verbũ veritatis euãgeliũ salutis vestre: in quo ꝛ credentes signati estis spũ ꝓmissiõis sctõ: qui est pign' hereditatis nr̃e: in redemptionẽ acq̃sitionis in laudẽ gl'ie ipsi'. Propterea ꝛ ego audiẽs fidẽ vestrã q̃ est in christo iesu: ꝛ dilectionẽ in oẽs sanctos: nõ cesso gr̃as agẽs ꝓ vobis: memoriã vestri faciẽs in orõnibus meis: ut deus dñi nr̃i iesu christi pater glorie det vobis spiritũ sapiẽtie ꝛ reuelationis in agnitionẽ ei' illuminatos ocl'os cordis vr̃i: ut sciatis q̃ sit spes vocatiõis eius: ꝛ q̃ diuitie glorie hereditatis ei' in sanctis: ꝛ q̃ sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus scdm opationem potẽtie virtutis eius quã operat' est. In christo iesu dño

nostro. Scdm Marcũ. ij.

In illo tpe: Egressus est iesus ad mare: oĩsq3 turba veniebat ad eũ: et docebat eos. Et cũ preteriret: vidit leui alphei sedentẽ ad theloneũ: ꝛ ait illi. Sequere me. Et surgẽs secutus est eũ. Et factũ est dũ accumberet ĩ domo illius: multi publicani ꝛ peccatores simul discumbebãt cũ iesu ꝛ discipulis eius. Erant eñ multi: qui et sequebantur eũ. Et scribe et pharisei videntes: quia mãducaret cũ publicanis et peccatoribus: dicebãt discipulis eius Quare cũ publicanis et peccatoribus mãducat ꝛ bibit magister vester? Hoc audito iesus ait ill'. Nõ necesse habent sani medico: sed qui male habent. Non eñ veni vocare iustos: sed peccatores. ¶ Si dñice fuerint plures. Adorate deum. per

totũ in cantu. Oratio.

Conserua populũ tuum

omps deus: et nomini tuo fac deuotũ: ut diuinis subiectũ officiis: ⁊ tpalia pariter et eterna dona pcipiãt. Per. Secr. Hec nos oblatio dñe qs semper mũdet ⁊ renouet: gubernet ⁊ ptegat. Per. Cõpl. Celestib⁹ dñe pasti delicijs: qs ut semp easdẽ p qs ueraciter viuim⁹ deuotius appetam⁹. Per. Epl'a et euãgeliũ accipiat de dñica pcedẽti. ¶ Dñica i Septuagesi ma Intr. Circũdederũt me gemitus mortis: dolores inferni circũdederunt me: ⁊ in tribulatione mea inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meã. Ps. Diligã te dñe virtus mea: dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meũ. Ab hinc usqz ad vigiliã pasche: nõ dicit Glia i excelsis. nec Alleluia. nec Sequẽ. nec Ite missa est: sed Bñdicam⁹ Oro. Preces populi tui qs dñe clemẽter exaudi: ut q iuste p peccatis nris affligimur: p tui nois gloria misericorditer liberemur. P. Fres: Ad Corinth. ix. ⁊ x Nescitis q hij qui in stadio currũt: oẽs quidẽ currunt sed vnus accipit brauium. Sic currite ut cõprehẽdatis. Ois eñ qui in agone cõtendit: ab omibus se abstinet. Et illi qdẽ ut corruptibilẽ coronã accipiant: nos aũt incorruptã. Ego igitur sic curro nõ quasi in incertũ: sic pugno nõ quasi aerẽ verberãs. Sed castigo corpus meũ et in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs pdicauerim: ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: qm patres nostri oẽs sub nube fuerunt: ⁊ oẽs mare transierũt: et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ escam spiritalẽ manducauerunt: et oẽs eundẽ potũ spiritalẽ biberũt. Bibebãt autẽ de spiritali consequẽte eos petra. Petra autem erat christus. Grad. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione: sperẽt in te qui nouerunt te: quoniã nõ derelinquis querẽtes te dñe. V. Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperũ nõ peribit in eternũ: exurge dñe nõ pualeat hõ. Tractus. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽm meam. V. Fiant aures tue intendẽtes in orationẽ serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine: domine qs sustinebit. V. Quia apud te propiciatio est: et propter legẽ tuã sustinui te domine. Scdm Matheũ. xx. In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis pa-

rabolã hanc: Simile est regnũ celorũ homini patrifamilias: q̃ exijt p̃mo mane cõducere op̃rarios in vineã suã. Conuentione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suã. Et egressus circa horam tertiã: vidit alios stantes i foro ociosos: et dixit illis Ite et vos in vineã meam: et quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam et nonã horã: et fecit similiter. Circa vndecimã vero horã exijt: et inuenit alios stantes. Et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dixit illis. Ite ꝛ vos in vineã meã. Cum sero aũt factum esset: dicit dñs vinee procuratori suo. Uoca operarios: et redde illis mercedẽ: incipiẽs a nouissimis vsq₃ ad primos. Cũ ergo venissent qui circa vndecimã horã venerant: acceperũt singulos denarios. Uenientes aũt ꝛ primi: arbitrati sunt q̃ plus essent accepturi: acceperũt autẽ et ipsi singulos denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduersus patrẽ familias dicẽtes. Hij nouissimi vna hora fecerũt: ꝛ pares illos nobis fecisti: q̃ portauim⁹ põdus diei ꝛ est⁹. At ille respõdens vni eoꝝ dixit. Amice nõ facio tibi iniuriã. Nõne ex denario conuenisti mecũ? Tolle q̃d tuũ est ꝛ vade. Uolo autẽ et huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut nõ licet mihi q̃d volo facere? An oculus tuus nequã est: q̃a ego bon⁹ sum. Sic erũt nouissimi p̃mi: ꝛ p̃mi nouissimi. Multi eñ sunt vocati: pauci vero electi. Offer. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Secre. Concede nobis misericors deus: et digne tuis semp̃ seruire altaribus: ꝛ eorũ perpetua participatione saluari. Per. Prefatio generalis: et dicit̃ singulis diebus dominicis: vsq₃ ad dñicam Judica. Illumina faciem tuam su Cõio. per seruũ tuum: et saluũ me fac in misericordia tua dñe: nõ cõfundar quoniã inuocaui te. Cõplẽ. Fideles tui deus p̃ tua dona firmẽtur: vt eadẽ et p̃cipiẽdo requirẽt: ꝛ querẽdo sine fine p̃cipiãt Per. Feria q̃rta. Ad Hebre. Fratres: Festine os. iiij. mus ingredi in illam requiẽ: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplũ. Uiuus est eñ sermo dei et efficax: ꝛ penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingẽs vsq₃

ad diuisionē aīe ac spūs: cōpagum quoqȝ ⁊ medullarū: ⁊ discretor cogitationū et intētionū cordis. Et nō est ulla creatura inuisibilis in cōspectu eius Oīa autē nuda ⁊ aperta sunt oculis eius: ad quē nobis sermo. Habemus autē pontificē magnū qui penetrauit celos iesum filiū dei: teneamꝰ spei nostre confessionē. Non enī habemus pontificē qui nō possit cōpati infirmitatibus nr̄is: temptatū autē ꝑ omnia, ꝓ similitudine absqȝ peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronum gratie eius ut misericordiā cōsequamur: et gratiā inueniamus in auxilio opportuno.

In illo Scdm Marcū. ix. tpe: Egressus iesus ibat ꝑ galileā: nec volebat quēquā scire. Docebat aūt discipulos suos: ⁊ dicebat illis. Quoniā filius hoīs tradetur in manus hominū: ⁊ occident eum: et occisus tertia die resurget. At illi ignorabāt verbū: et timebant interrogare eū. Et venerūt capharnaū. Qui cū domi essent: interrogabat eos. Quid tractabatis in via? At illi tacebāt Siquidē in via inter se disputauerāt: quis eoꝝ esset maior. Et residēs vocauit duodecim et ait illis. Si q̄s vult primus esse: erit omniū nouissimus et omniū minister. Et accipiens puerū: statuit eū ī medio eoꝝ: quem cū complexus esset: ait illis. Quisquis unū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit: ⁊ quicunqȝ me susceperit: non me suscipit sed eum qui misit me. Qui habet aures audiēdi audiat. Feria sexta. Ad Corinthios. iii.

Fratres: Dn̄s spiritꝰ est: Ubi autē spiritus dn̄i: ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriā dn̄i speculantes: in eandē imaginē trāsformamur a claritate in claritatē: tanqȝ a dn̄i spiritu. Ideo habentes hanc ministrationē iuxta quod misericordiā cōsecuti sumus: nō deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris: nō ambulātes in astutia: neqȝ adulterātes verbū dei: sed in manifestatiōe veritatis: cōmēdātes nosmetipsos ad oēm cōscientiā hominū corā deo. In christo iesu dn̄o nostro. Scdm Lucā. ix.

In illo tpe: Factum est dū complerentur dies assumptionis iesu: ⁊ ipse faciem suā firmauit ut iret in hierusalem: et misit nuncios ante conspectū suū. Et euntes

intrauerũt in ciuitatẽ samaritanorũ vt pararẽt illi cibos: et nõ receperũt eũ: q̃a facies eius erat eũtis in hierl'm. Cũ aũt vidissent discipuli ei⁹ iacob⁹ ꝛ iohãnes dixerũt. Dñe: vis dicimus vt ignis descẽdat de celo ꝛ consumat illos. Et ꝯuersus increpauit illos dicẽs. Nescitis. cuius spũs estis. Fili⁹ hoĩs nõ venit aĩas pdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellũ.

¶ Dñica i Sexagesima Intr.

Exurge quare obdormis dñe: exurge ꝛ ne repellas i finẽ: quare faciẽ tuã auertis: obliuisceris tribulatiõis nr̃e: adhesit i terra vẽter nr̃: exurge dñe adiuua nos: et libera nos. Ps. De⁹ aurib⁹ nostris audiuimus: patres nostri annũciauerũt nob. Gloria.

Deus q̃ cõspicis q̃a Orõ. ex nulla nr̃a actione ꝯfidim⁹: ꝯcede ꝓpicius: vt ꝯtra aduersa oĩa doctoris gẽtiũ protectione muniamur. Per dominũ. ij. ad Corinthios. xj.

Fratres: Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis eñ si q̃s vos i seruitutẽ redigit: si q̃s deuorat: si q̃s accipit: si q̃s extollit: si q̃s i faciẽ vos cedit. Scđꝫ ignobilitatẽ dico: q̃si nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo q̃s audet: in insipiẽtia dico audeo ꝛ ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sunt: ꝛ ego. Semẽ abrae su ut: ꝛ ego. Ministri christi sunt: et ego. Vt min⁹ sapiẽs dico: pl⁹ ego. In laborib⁹ plurimis: i carcerib⁹ abũdãti⁹ in plagis supra modũ: i mortibus freq̃uẽter. A iudeis quinquies q̃dragenas vna min⁹ accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidat⁹ sum: ter naufragiũ feci. Nocte ꝛ die in ꝓfundo maris fui. In itinerib⁹ sepe: periculꝭ fluminũ: periculꝭ latronũ periculis ex genere: periculis ex gẽtibus: periculis i ciuitate: periculꝭ i solitudine: periculꝭ i mari: periculis in falsis fratribus. In labore et erũna: in vigilijs multis: i fame et siti: i ieiunijs multis. In frigore et nuditate: p̃ter illa q̃ extrinsecus sunt: instãtia mea quotidiana: sollicitudo oĩm ecclesiaꝝ. Quis infirmatur: et ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur: ꝛ ego non vror? Si gl'iari oportet: q̃ infirmitatis mee sunt gl'iabor. De⁹ et pater dñi nr̃i iesu christi scit qui est bñdictus i secula q̃ nõ mẽtior. Diuisio. Damasci ꝓposit⁹ gẽtis arethe regis custodiebat ciuitatẽ damascenorũ vt me cõprehẽderet: et per fene-

strā in sporta dimissus sum p
muꝝ: et sic effugi manꝰ eiꝰ. Si
gloriari oportet: nō expedit q̄-
dem. Veniā aūt ad visiones et
reuelatiōes dn̄i. Scio hoiem
in christo ante annos q̄tuorde
cim: siue i corpe siue extra cor-
pus nescio deꝰ scit: raptū huius
modi usq3 ad tertium celū. Et
scio huiusmodi hoiem siue in
corpore siue extra corpꝰ nescio
deus scit: qm̄ raptꝰ est i paradi-
sum: ꝛ audiuit archana verba
que nō licet homini loq̄. Pro
huiusmodi gl'iabor: p me autē
nihil nisi i infirmitatibꝰ meis
Nā ꝛ si voluero gl'iari: nō ero
insipiēs. Veritatē em̄ dicam.
Parco aūt: ne quis me existi-
met supra id qđ videt i me: aut
audit aliquid ex me. Et ne ma
gnitudo reuelationū extollat
me: datꝰ est mihi stimulus car-
nis mee: angelꝰ sathane q̄ me
colaphizet. Propter qđ ter do
minū rogaui ut discederet a me
ꝛ dixit mihi. Sufficit tibi grā
mea. Nā virtus in infirmita-
te pficit. Libēter ergo gl'iabor
in infirmitatibꝰ meis: ut inha
bitet in me virtꝰ christi. Grad.
Sciāt gētes qm̄ nomē tibi deus: tu
solus altissimꝰ sup omnē terrā. V.
Deus meus pone illos ut rotā: ꝛ si-
cut stipulā an̄ faciē vēti. Tractus.
Commouisti dn̄e terrā et cōturbasti
eā. V. Sana ꝯtritiōes eius q̄a mo
ta est. V. Ut fugiāt a facie arcꝰ: ut
liberent dilecti tui. Scd̄m Lucā
In illo tpe: Cū turba viij.
plurima cōueniret: ꝛ de ci-
uitatibus pperarent ad iesum:
dixit p similitudinē. Exijt q̄ se
minat seminare semē suū. Et
dū seminat: aliud cecidit secus
viā: ꝛ cōculcatū est: ꝛ volucres
celi comederūt illud. Et aliud
cecidit supra petrā: et natum
aruit: q̄a nō habebat humorē.
Et aliud cecidit inter spinas:
ꝛ simul exorte spine suffocaue
runt illud. Et aliud cecidit in
terrā bonā: et ortū fecit fructū
centuplum. Hec dicēs clama-
bat. Qui habet aures audien-
di audiat. Interrogabāt aūt
eū discipuli eius: que esset hec
parabola. Quibus ipse dixit.
Uobis datū est nosse mysteri-
um regni dei: ceteris aūt in pa
rabolis: ut videntes nō vide-
ant: ꝛ audientes nō intelligāt
Est autē hec parabola. Semē
est verbum dei. Qui autē secus
viam: hij sunt qui audiunt: de-
inde venit diabolus: et tollit
verbū de corde eorū: ne creden
tes salui fiant. Nā q̄ supra pe-
tram: qui cū audierint: cū gau
dio suscipiūt verbū. Et hij ra-

dices nõ habẽt: quia ad tẽpus credũt: et in tpe temptatiõis recedũt. Quod aũt inter spinas cecidit: hij sunt qui audierũt: et a sollicitudinibus et diuitijs et voluptatibus vite eũtes suffocant: et nõ referũt fructum. Quod aũt in bonã terram: hij sunt q̃ in corde bono et optimo audientes verbũ retinẽt: et fructũ afferũt in patiẽtia. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis: ut nõ moueant vestigia mea: inclina aurẽ tuã et exaudi verba mea mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperãtes in te. Secre. Intende quesum⁹ dñe hostias familie tue: et quã sacri muneris facis esse participẽ: tribue ad ei⁹ plenitudinẽ puenire. Per. Introibo ad altare dei ad Cõio. deũ qui letificat iuuentutẽ meam. Supplices te roga- Cõpleñ. mus oñipotẽs deus: ut quos tuis reficis sacramentis: tibi etiã placitis morib⁹ dignãter deseruire concede. Per. Feria quarta. Ad Hebreos. xij

Fratres: Recogitate dominũ nr̃m iesum christũ: qualẽ sustinuit a peccatorib⁹ aduersus semetipm contradictionẽ ut ne fatigemini animis vr̃is deficiẽtes. Nondũ eñi usq3 ad sanguinẽ restitistis aduersus pctã repugnãtes: et obliti estis cõsolationis que vob tanq̃3 filijs loquit dicẽs. Fili mi noli negligere disciplinã dñi: neq3 fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ eñi diligit dñs castigat: flagellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit. In disciplina pseuerate: q̃a tanq̃3 filijs vobis offert se deus. Quis eñi filius quẽ nõ corripit pater? Qđ si extra disciplinã estis: cui⁹ pticipes facti sunt oẽs: ergo adulteri: et nõ filij estis. Deinde pr̃es quidẽ carnis nr̃e eruditores habuim⁹: et reuerebamur eos. Nõ multo magis obtẽperabimus pr̃i spirituũ et viuem⁹. Scđm Ma

In illo tpe: Di theũ. xviij xit iesus phariseis. Qui nõ est mecũ cõtra me est: et qui nõ congregat mecum spargit. Ideo dico vobis: oñe peccatũ et blasphemia remittet hominibus: spũs autẽ blasphemie nõ remittetur. Et quicũq3 dixerit verbũ contra filiũ hominis: remittetur ei: qui aũt dixerit contra spiritũ sanctũ: nõ remittetur ei: neq3 in hoc seculo neq3 in futuro. Aut facite arborẽ bonã et fructũ eius bonũ: aut facite arborem malã et fructum eius malũ. Siquidẽ ex fructu arbor agnoscitur. Progenies

viperarū: quomō potestis bo-
na loq̄ cū sitis mali? Ex abun
dantia eñ cordis os loquitur
Bonus homo de bono thesau
ro ꝓfert bona: et malus homo
de malo thesauro ꝓfert mala.
Dico aūt vobis: quoniā oē
verbū ociosum qđ locuti fue-
rint hoīes: reddent rationē de
eo in die iudicij. Ex verbis eñ
tuis iustificaberis: et ex verbis
tuis condemnaberis. Feria
sexta. Ad Philippenses. ij.
Fratres: In absentia mea cū
metu et tremore vestram
salutē operamini. Deus est eñ
qui operatur in vobis et velle
et proficere pro bona volūtate
Oīa aūt facite sine murmura-
tionib⁹ et hesitatiōib⁹: ut sitis
sine q̄rela ⁊ simplices filij dei si-
ne rephēsione: i medio natio-
nis praue ⁊ puerse: inter quos
lucetis sicut luminaria in mū-
do: verbū vite cōtinētes ad glo
riā meā in die christi: quia nō
in vacuū cucurri: neq̄ȝ in vacu
um laboraui. Sed et si emulor
supra sacrificiū et obsequiū fi-
dei vestre: gaudeo ⁊ ꝯgratulor
oībus vobis. Idipm autē et
vos gaudete ⁊ cōgratulamini
mihi. In christo iesu dño no-
stro. Scdm Marcum. vj.
In illo tpe. Venit iesus in
patriā suā: et sequebant eū di-
scipuli sui. Et sabbato cepit in
synagoga docere. Et multi au-
dientes: admirabant in doctri
na eius dicētes. Unde huic hec
oīa? Et que est sapiētia que
data est illi: et virtutes tales q̄
p man⁹ eius efficiunt? Nōne
hic est faber filius marie: frater
iacobi et ioseph et iude et simo-
nis? Nōne ⁊ sorores ei⁹ hic no-
biscū sunt? Et scandalizaban-
tur in illo. Et dicebat illis ie-
sus: q̄a nō est ꝓpheta sine hono
re nisi in patria sua. Et nō po-
terat ibi virtutē ullam facere:
nisi paucos infirmos imposi-
tis manib⁹ curauit: ⁊ mirabat
propter incredulitatē eorum.

Dñica in Quinquagesima

Esto mihi in deū Intr.
ptectorē: et in locū refugij
ut saluū me facias: qm̄ fir
mamentū meū ⁊ refugiū meū es tu
⁊ propter nomen tuū dux mihi eris
et enutries me. Ps. In te domi-
ne speraui nō confundar in eternū:
in iusticia tua libera me. Oratio.
Preces nostras qs dñe
clemēter exaudi: atq̄ȝ a
peccatoꝝ nostroꝝ vinculis ab
solutos: ab omni aduersitate
nos custodi. Per. Ad Corin
Fratres: Si thios. xiij.
linguis hominū loquar

et angelorũ: charitatẽ autẽ nõ
habeã: factus sum velut es so-
nãs aut cymbalũ tinniẽs. Et
si habuero ꝓpheciã: ⁊ nouerim
oĩa mysteria et omnẽ scientiã:
⁊ habuero oẽm fidẽ ita vt mõ-
tes transferã: charitatẽ aũt nõ
habuero: nihil sum. Et si di-
stribuero in cibos pauperũ oẽs
facultates meas: et si tradidero
corpus meũ ita vt ardeã: cha-
ritatẽ autẽ nõ habuero: nihil
mihi prodest. Charitas patiẽs
est: benigna est. Charitas non
emulatur: nõ agit perperã: nõ
inflat: nõ est ambitiosa: non
querit q̃ sua sunt. Nõ irritat:
nõ cogitat malũ: nõ gaudet su
per iniquitate: cõgaudet aũt ve
ritati. Oĩa suffert: oĩa credit
oĩa sperat: oĩa sustinet. Cha-
ritas nunq̃ʒ excidit. Siue ꝓphe
tie euacuabuntur: siue lingue
cessabũt: siue sciẽtia destruetur
Ex parte eñ cognoscim⁹: et ex
parte ꝓphetamus. Cũ autẽ ve-
nerit quod perfectũ est: euacua
bitur quod ex parte est. Cum
essem paruulus: loquebar vt
paruulus: sapiebã vt paruu-
lus: cogitabam vt paruulus.
Quãdo aũt fact⁹ sum vir: eua-
cuaui que erãt paruuli. Vide-
mus nũc p speculũ in enigma-
te: tunc autẽ facie ad faciem.
Nunc cognosco ex parte: tunc
autẽ cognoscam sicut ⁊ cogni-
tus sum. Nũc aũt manẽt fides
spes: charitas: tria hec. Maior
autẽ horũ est charitas. Grad.

Tu es deus q̃ facis mirabilia solus
notã fecisti in gentibus virtutẽ tuã.
℣. Liberasti in brachio tuo popu-
lum tuum: filios israel et ioseph.

Iubilate deo oĩs ter Tractus.
ra: seruite dño in leticia. ℣. Intra-
te in conspectu eius in exultatione:
scitote qm̃ domin⁹ ipse est deus. ℣.
Ipse fecit nos et non ipsi nos: nos
autẽ ppl's eius et oues pascue eius.

In illo Scd̃m Lucã. xviij
tpe. Assumpsit iesus duo
decim discipulos suos: ⁊ ait il
lis. Ecce ascẽdimus hierosoly-
mã: et cõsummabũtur oĩa q̃
scripta sunt p ꝓphetas de filio
hominis. Tradet eñ gẽtibus
et illudet: ⁊ flagellabit: et con-
spuet: ⁊ postq̃ʒ flagellauerint:
occident eũ: et tertia die resur-
get. Et ipsi nihil horum intel
lexerũt. Erat autem verbum
istud absconditũ ab eis: et nõ
intelligebãt que dicebant. Fa
ctũ est autẽ cũ appropinqua-
ret hiericho: cecus quidã sede-
bat secus viã mendicãs. Et cũ
audiret turbã pretereuntẽ: in
terrogabat quid hoc esset. Di-
xerunt autẽ ei: q͛ iesus nazare-

nus trāsiret: ꝛ clamauit dicēs
Jesu fili dauid miserere mei.
Et q̄ p̄ibāt increpabāt eū vt ta
ceret. Ipse vero multo magis
clamabat: fili dauid miserere
mei. Stās aūt iesus iussit illū
adduci ad se. Et cū appropin-
quasset: iterrogauit illū dicēs
Quid tibi vis faciā? At ille di
xit. Domine vt videā. Et iesus
dixit illi. Respice. Fides tua te
saluū fecit. Et ꝯfestim vidit: et
seq̄bat̄ illū magnificās deū. Et
oīs plebs vt vidit dedit laudē
deo. Offer. Bn̄dictus es dn̄e doce
me iustificatiōes tuas: bn̄dictus es
dn̄e: doce me iustificatiōes tuas: i la
bijs meis ꝓnūciaui oīa iudicia oris
tui. Secre. Hec hostia q̄s dn̄e
emūdet nr̄a delicta: ꝛ ad sacrifi-
cium celebrādū subditoꝝ tibi
corꝑa mētesq; sctificett. Per.
Manducauerūt ꝛ saturati Cōio.
sunt nimis: et desyderiū eorū attulit
eis dn̄s: nō sunt fraudati a desyde-
rio suo. Cōpl. Repleti dn̄e do-
norū celestiū ꝑticipatiōe: p̄sta
q̄s: vt eadē ꝛ sumam⁹ iugiter
ꝛ incessabiliter ambiam⁹. P.

¶ In capite ieiunij bn̄dictio
cineꝝ. Adiutoriū nr̄m i noīe dn̄i.
Qui fecit celū ꝛ terrā. Oremus.

Omnip̄s sempiterne deus:
parce metuētib⁹: ꝓpitia-
re supplicib⁹ tuis: ꝛ mittere di-
gneris sanctū angelū tuū de ce
lis: q̄ bene ✠ dicat ꝛ sancti ✠
ficet cineres istos: vt sint reme
diū salutare oīm nomē tuū im
plorātib⁹: ac semetip̄os ꝓ ꝯsci
entia delictoꝝ suoꝝ accusanti-
bus: atq; ante cōspectū diuine
maiestatis tue facinora sua de-
plorantibus: vel serenissimā
pietatē tuam suppliciter obni
xeq; flagitātibus: p̄sta q̄s: vt
ꝑ inuocationē sancti nominis
tui: quicūq; eos suꝑ se asperse
rint ꝓ redemptiōe aīarū suaꝝ:
corporis sanitatē ꝛ aīe medelā
percipiāt. Per christū do. no.

Domine deus Oremus
omp̄s bn̄ ✠ dicere ꝛ san
cti ✠ ficare digneris hos cine
res quos in noīe tuo ꝛ tui dile
cti filij bene ✠ dicim⁹: vt sint
oīb⁹ fidelib⁹ purgatio delictoꝝ
vnde suppliciter tuā dep̄camur
clemētiā: vt mittere digneris
spm̄ tuū bonū suꝑ hos cineres
vt armati celestis defensionis
virtute quicunq; eos super se
asperserint: sint sanctificati in
aīa ꝛ in corꝑe: ꝛ ne illis a mali
gnis spiritib⁹ aliq̄d mali suc-
cedat: sed fiāt liberi atq; defen-
si i virtute dn̄i nr̄i iesu christi.

Deus q̄ Orem⁹. Qui vē.
humiliatiōe flecteris: pe
nitētia placaris: p̄ces nostras

quũs dñe ꝓpicius respice: ⁊ capi
tibus seruoꝝ tuorũ hoꝝ cineꝝ
aſpſione attactis effunde ꝓpici⁹
gratiã tue bñdictiõis: ut eos ⁊
spũ cõpũctionis repleas: ⁊ q̃ iu
ste postulauerint veraciter tri-
buas: ⁊ ꝯcessa perpetua stabili
tate intacta manere decernas
Per. Et Bñdictio dei patris.
Deinde aspergant aqua bñdi-
cta. Deinde canit hec añ. Im-
mutemur habitu. Alia añ. Iu-
xta vestibulũ. Et distribuunt ci
neres. Et cũ sacerdos sup capi
ta cineres ponit: dicat. Memẽ-
to hõ q̃a cinis es ⁊ in cinerẽ re-
uerteris. Post datos cineres:
sacerdos aspergẽdo pplm cãtet
Exaudi nos dñe. ℣. Saluum me
fac. sine Gloria pri. Collecta si-
ne versiculo: sed dicit: Orem⁹

Concede flectam⁹ genua.
qũs dñe p̃sidia militie
christiane sanctis inchoare ie-
iunijs: ut cõtra spiritales neq̃-
tias pugnaturi: cõtinẽtie mu-
niamur auxilio. Leuate. P.
Ad pcessionẽ. Emẽdemus in me
lius. ℟. Peccauim⁹ dñe. sine Glo
ria patri. Immediate sequit le
tania Kyrie eleyson. In redi-
tu añ. Media vita. ℟. Peccaui-
mus cũ patribus. Oratio.

Exaudi dñe p̃ces nostras
et confitentiũ tibi: parce pecca-
tis: ut quos cõsciẽtie reatus ac
cusat: indulgẽtia tue ꝓpiciatio
nis acceleret. Per. Tali ordi-
ne i ferijs pcessio p totã q̃dra-
gesimã est seruãda cũ letania.

Ad missam Intr.

Misereris oim dñe: ⁊ nihil
odisti eoꝝ que fecisti dissi
mulãs pctã hoim ꝓpter penitentiã:
⁊ parcẽs illis: q̃a tu es dñs deus no
ster. Ps. Miserere mei de⁹ mise-
rere mei: qm̃ in te confidit aĩa mea.
Post Kyrie eleyson dicitur.
Orem⁹ flectam⁹ genua Leua-

Presta qũs omĩ te. Oro
ptẽs deus pplo christia
no: ut ieiunioꝝ venerãda solẽ
nia: ⁊ ꝯgrua pietate suscipiat:
⁊ secura deuotiõe pcurrat. P.
Et sic p totã q̃dragesimã in fe
rijs sp dicit ad collectã de feria
Flecta. ge. Leua. Lctõ Johel

Et dicit dñs de ꝓphete. ij.
Hus. Conuertimini ad me
in toto corde vr̃o: in ieiunio et
fletu ⁊ plãctu: ⁊ scindite corda
vr̃a: ⁊ nõ vestimẽta vr̃a. Et cõ
uertimini ad dñm deũ vestrũ:
q̃a benignus ⁊ misericors est:
patiens ⁊ multe misericordie:
⁊ p̃stabilis sup malitia. Quis
scit si cõuertat ⁊ ignoscat deus
⁊ relinquat post se bñdictionẽ:
Sacrificiũ ⁊ libamen dño deo
nr̃o. Canite tuba in sion: sanc-

ctificate ieiuniũ: vocate cetum congregate populũ: sanctifica te ecclesiã: coadunate senes: cõgregate paruulos et sugentes vbera. Egrediat̃ sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulũ et altare plorabunt sacerdotes ministri dñi ꝛ dicent. Parce dñe parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobriũ: ut dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorũ. Zelatus est dñs terram suã: ꝛ pepercit populo suo. Et respondens dñs dixit populo. Ecce ego mittã vobis frumentum et vinũ et oleũ: et replebimini in eis: et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Dicit dñs omĩpotens.

Miserere mei deus mise- **Grad.** rere mei: qñ in te confidit aĩa mea. ℣. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobriũ conculcantes me.

Domine nõ scdm pec **Tractus.** cata nostra facias nob: neqꝫ scdm iniqtates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos misericordie tue: quia paupes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ ꝑpter gloriã nominis tui dñe libera nos: ꝛ ꝑpicius esto peccatis nostris ꝑpter nomẽ tuũ. Iste tract⁹ ꝑ totã q̃dragesimã feria scdã q̃rta et sexta dicit̃: cũ missa tenet̃ de feria: vsqꝫ ad magnã feriã q̃rtam inclusiue. Scdm Mathe- um. vj.

In illo tpe: Dixit iesus discipul⁹ suis: Cũ ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminãt eñ facies suas: vt appareãt hoĩbus ieiunãtes. Amen dico vobis: quia receperunt mercedẽ suã. Tu autẽ cũ ieiunas: vnge caput tuũ: ꝛ faciẽ tuã laua: ne videaris hominib⁹ ieiunãs: sed patri tuo qui est in abscõdito: ꝛ pater tuus qui videt in abscõdito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo et tinea demolit̃ et vbi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autẽ vobis thesauros in celo: vbi nec erugo nec tinea demolit̃: ꝛ vbi fures nõ effodiunt nec furãtur. Vbi eñ est thesaur⁹ tuus: ibi est et cor tuũ. **Offer.** Exaltabo te dñe qñ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: dñe clamaui ad te ꝛ sanasti me. **Secreta.**

Fac nos quesumus dñe his muneribus offerendis conuenienter aptari: quibus ipsi⁹ venerabilis sacramenti venturꝫ celebramus exordium. Per.

Ab hinc usqz ad dñicã Judica singulis dieb⁹ ferialib⁹ dicit̃ p̃fatio. Qui corporali ieiunio.

Qui meditabit̃ in lege dñi Cõio. die ac nocte: dabit fructũ suũ in tp̃e suo. Cõpl'. Percepta nob̃ dñe sacramẽta p̃beãt subsidiũ: ut ⁊ tibi grata sint nostra ieiunia: ⁊ nobis p̃ficiãt ad medelã. P.

Inclinantes se Sup populũ. dñe maiestati tue p̃piciat⁹ intẽde: ut q̃ diuino munere sunt refecti: celestib⁹ semp̃ muniãtur auxilijs. Per. ¶ Feria q̃nta

Dum clamarẽ ad Intr̃. dñm: exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt mihi: ⁊ humiliauit eos q̃ est añ secula et manet ineternũ: iacta cogitatum tuũ in dño: et ipse te enutriet. Ps̃. Exaudi deus orationẽ meã: et ne despexeris deprecationẽ meã.

Deus qui culpa of Orõ. fenderis: penitẽtia placaris: p̃ces populi tui supplicãtis p̃picius respice: et flagella tue iracundie q̃ p̃ peccatis nr̃is meremur clemẽter auerte. P.

Lectio Esaie p̃phe. xxxviij

In diebus ill'. Egrotauit ezechias usqz ad mortem: ⁊ intrauit ad eũ esaias p̃pheta filius amos: et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: quia morieris tu ⁊ nõ viues. Et cõuertit ezechias faciẽ suã ad parietẽ: ⁊ orauit ad dñm et dixit. Obsecro dñe: memento queso quomõ ambulauerim corã te in veritate ⁊ corde p̃fecto: et q̃d bonũ est in oculis tuis fecerim Et fleuit ezechias fletu magno Factũqz est verbũ dñi ad esaiam dicens. Uade et dic ezechie. Hec dicit dñs de⁹ dauid p̃ris tui. Audiui orationẽ tuã: ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciã sup̃ dies tuos q̃ndecim annos: et de manu regis assyrior̃ eruã te ⁊ ciuitatẽ istã: ⁊ p̃tegã eã. Dicit dñs om̃ipotẽs.

Iacta cogitatũ tuũ i dño: Grad'. et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt mihi. Euãgel'. Cũ aũt introisset iesus capharnaum. Require Dñica tertia post epiphanie in medio euãgelij. Offer. Ad te domine leuaui animã meã: deus meus in te cõfido nõ erubescã: neqz irrideant me inimici mei: etenĩ uniuersi qui te expectant nõ confundentur. Secre.

Sacrificijs p̃sentib⁹ quẽs dñe intẽde placatus: ut ⁊ deuotioni nostre p̃ficiãt ⁊ saluti. Per.

Acceptabis sacrificiũ iusti Cõio. cie oblatiões ⁊ holocausta sup̃ altare tuũ dñe. Cõpl'. Celestis dni b̃ndictiõe p̃cepta: supplices te

deus omps deprecamur: ut hoc
idē nobis et sacramenti causa
sit ꝛ salutis. Per. Sup ppl'm.
P arce dñe parce populo tuo:
ut dignis flagellationibus ca
stigatus: in tua miseratiōe re-
spiret. Per do. ¶ Feria sexta
A Udiuit dñs Introitus.
et misertus est mihi: dñs
factus est adiutor meus.
Ps. Exaltabo te dñe qm̄ suscepi-
sti me: nec delectasti inimicos me-
os super me. Gloria pa. Oratio.
I Nchoata ieiunia qs̄ do-
mine benigno fauore ꝓse
quere: ut obseruantiā quā cor
poraliter exhibemus: mētibus
etiā syncerꝭ exercere valeam⁹
Per. Lcō Esaie ꝓphete. lviij.
H Ec dicit dñs. Clama ne
cesses: quasi tuba exalta
vocem tuā: et annuncia popu
lo meo scelera eorū: et domui
iacob peccata eorū. Me etenim
de die in diem querunt: ꝛ scire
vias meas volunt: quasi gens
que iusticiā fecerit: et que iudi
ciū dei sui nō dereliquerit. Ro
gant me iudicia iusticie: et ap-
propinquare deo volūt. Qua
re ieiunauim⁹ et nō aspexisti?
humiliauimus aīas nostras ꝛ
nescisti. Ecce in die ieiunij vr̄i
inuenit̄ volūtas vestra: ꝛ oēs
debitores vr̄os repetitis. Ecce
ad lites ꝛ ꝯtētiones ieiunatis
ꝛ ꝑcutitis pugno impie. Noli
te ieiunare sicut vsqꝫ ad hanc
diē: ut audiat̄ i excelso clamor
vester. Nunquid tale est ieiu-
niū quod elegi: per diē afflige-
re hominē animā suā? Nun-
quid cōtorquere quasi circulū
caput suū: ꝛ saccū et cinerē ster-
nere? Nūquid istud vocaui ie
iuniū: et diē acceptabilē dño?
Nonne hoc est maius ieiuni-
um quod elegi? Dissolue colli
gationes impietatis: solue fa-
sciculos deprimētes. Dimitte
eos qui cōfracti sunt liberos: ꝛ
oñe onus dirūpe. Frāge esuri
enti panem tuū: et egenos va-
gosqꝫ induc in domū tuā. Cū
videris nudū operi eum: ꝛ car
nem tuā ne despexeris. Tunc
erūpet quasi mane lumen tuū:
et sanitas tua citius oriet̄. Et
anteibit faciē tuā iusticia tua:
et gloria dñi colliget te. Tunc
inuocabis: ꝛ dñs exaudiet: cla
mabis: et dicet ecce assum: q̊a
misericors sum dñs de⁹ tuus.
V nā petij a domino hāc Grad.
requirā: ut inhabitē in domo dñi.
R. Ut videā voluntatē dñi: et ꝓte-
gar a tēplo sancto ei⁹. Scdm Ma
I N illo tpe: Di theum. v.
xit iesus discipul' suis. Au
distis quia dictū est antiquis.

Diliges proximũ tuũ: et odio habebis inimicũ tuũ. Ego aũt dico vobis: diligite inimicos vr̃os: bñfacite his qui oderunt vos: ⁊ orate ꝑ persequẽtibus et calumniãtibus vos: ut sitis filij patris vestri qui in celis est. Qui solẽ suũ oriri facit sup bonos et malos: ⁊ pluit super iustos et iniustos. Si eñ diligitis eos q̃ vos diligũt: quã mercedẽ habebitis? Nõne ⁊ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantũ: quid ampli⁹ facitis? Nõne et ethnici hoc faciũt? Estote ergo ⁊ vos ꝑfecti: sicut pater vr̃ celestis ꝑfectus est. Attẽdite ne iusticiã vestrã faciatis corã hominibus ut videamini ab eis: alioq̃n mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ vestrũ qui in celis est. Cũ ergo facis elemosynã: noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciũt in synagogis ⁊ in vicis: ut videant̃ ab hominibus. Amẽ dico vobis: receperunt mercedẽ suã. Te aũt faciente elemosynam: nesciat sinistra tua q̃d faciat dextera tua: ut sĩt elemosyna tua in abscõdito: ⁊ pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Offer. Dñe viuifica me scdm eloquiũ tuũ ut sciam testimonia tua. Secre.

Sacrificium dñe obseruantie quadragesimalis offerim⁹: p̃sta q̃s: ut tibi ⁊ mentes nr̃as reddat acceptas: et continẽtie promptioris nobis tribuat facultatẽ. Per. Cõio. Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cũ tremore: apprehẽdite disciplinã ne pereatis de via iusta. Cõpl̃. Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: ut quos pane celesti satiasti: tua facias pietate cõcordes. Per. Sup ppl̃m. Tuere dñe ppl̃m tuũ: et ab oĩb⁹ peccatis clemẽter emũda: q̃a nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominet̃ iniquitas. Per.

¶ Sabbato. Audiuit dñs et misertus. per totũ. Oratio.

Adesto dñe supplicatiõibus nostris: ⁊ cõcede ut hoc solenne ieiuniũ q̃d animab⁹ corporibusq; curandis salubriter est institutum: deuoto celebremus officio. Per dñm. Lctõ

Esaie ꝑphe. lviij

Hec dicit dñs. Si abstuleris de medio tui cathenã: et desieris extendere digitũ tuũ: ⁊ loqui q̃d nõ prodest. Cum effuderis esurienti animã tuã: ⁊ animã afflictã repleueris: orieт̃ in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiẽ tibi dabit dñs deus tuus semp: et

implebit splendoribus animã
tuam: et ossa tua liberabit. Et
eris quasi hortus irriguꝰ: ⁊ si=
cut fons aquarũ: cuius nõ de=
ficient aque. Et edificabũtur
in te deserta seculorũ: funda=
menta generationis ⁊ genera=
tionis suscitabis. Et vocabe=
ris edificator sepiũ: auertens
semitas iniquitatũ. Si auerte
ris a sabbato pedem tuũ face=
re voluntatẽ tuam in die san=
cto meo: et vocaberis sabbatũ
delicatũ et sanctũ domini glo
riosum: et glorificaueris eum
dum nõ facis vias tuas: et nõ
inuenitur voluntas tua vt lo=
quaris sermonẽ: tunc delecta=
beris super dño: et sustollã te
sup altitudines terre: et cibabo
te hereditate iacob patris tui.
Os enim domini locutum est.

In illo Scdm Marcũ. vj.
tpe: Cum sero factũ esset:
erat nauis in medio mari: ⁊ ie
sus solus in terra. Et videns
eos laborantes in remigãdo:
erat eñ ventus cõtrarius eis.
Et circa quartam vigiliã no=
ctis: venit ad eos ambulãs su=
pra mare: et volebat preterire
eos. At illi vt viderunt eũ su=
pra mare ambulantẽ: putaue
runt phãtasma esse: ⁊ exclama
uerunt. Omnes eñ viderunt
eũ: ⁊ cõturbati sunt. Et statim
locutus est cũ eis: et dixit eis.
Confidite. Ego sum: nolite ti=
mere. Et ascẽdit ad illos in na
uim: et cessauit vẽtus. Et plus
magis intra se stupebant. Nõ
eñ intellexerunt de panibus.
Erat eñ cor eorum obcecatũ.
Et cũ transfretassent: peruene
runt in terrã genezareth: ⁊ ap=
plicuerũt. Cũqꝫ egressi essent
de naui: cõtinuo cognouerũt
eũ: ⁊ percurrẽtes vniuersam re
gionẽ illã: ceperũt in grabatis
eos q̃ se male habebãt circũfer=
re: vbi audiebant eum esse. Et
quocũqꝫ introibat ĩ vicos: vel
in villas aut ciuitates: in pla=
teis ponebant infirmos: ⁊ de=
precabãtur eũ: vt vel fimbriã
vestimẽti eius tãgerẽt: ⁊ quot=
quot tãgebãt eũ: salui fiebãt.

Prepara nos quesu= Secre.
mus dñe huiꝰ abstinẽtie festi=
uis officijs: vt hec sacrificia ve
neranda: sobrijs semp celebre
mus mẽtibꝰ. Per. Cõpl. Tri
bue nobis omps deꝰ: vt dona
celestia que debito frequenta=
mus obsequio: salutaria no=
bis iugiter sentiamus. Per.

Adesto dñe Super populũ.
supplicatiõibus nrĩs: ⁊ in tua
misericordia ɔfidẽtes: ab omi
nos aduersitate custodi. Per.

Dñica pma in Quadragesima Intr.

Invocavit me et ego exaudiã eũ: eripiam eũ: et glorificabo eũ: lõgitudine dierũ adimplebo eum. Ps. Qui habitat i adiutorio altissimi: in ptectiõe dei celi cõmorabit. Gloria.

Oro. Deus q ecclesiã tuã annua quadragesimali obseruatiõe purificas: p̄sta familie tue: ut qđ a te obtinere abstinẽdo nitit: hoc bonis operibus exequat. Per.

Ad Corinthios .vj. Fratres: Hortamur vos ne inuacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enĩ. Tẽpore accepto exaudiui te: et i die salutis adiuui te. Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dãtes ullã offensionẽ: ut nõ vituperet ministeriũ nostrũ. Sed in oĩbus exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patiẽtia: in tribulatiõibus: in necessitatib⁹: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditiõibus: in laborib⁹: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in sciẽtia: in lõganimitate: in suauitate: in spũsancto. In charitate nõ ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gloriã et ignobilitatem: per infamiã et bonam famã. Ut seductores et veraces: sicut q ignoti et cogniti. Quasi morientes et ecce viuim⁹: ut castigati et nõ mortificati. Quasi tristes: semp aũt gaudentes: sicut egentes: multos autẽ locupletantes: tanq̃ nihil habẽtes et oĩa possidentes. Grad.

Angelis suis deus mandauit de te: ut custodiãt te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cõmorabitur. ℣. Dicet domino susceptor meus es tu et refugium meũ: deus meus sperabo in eum. ℣. Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantiũ et a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pẽnis eius sperabis. ℣. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem: a negocio pambulãte in tenebris: a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadẽt a latere tuo mille: et decẽ milia a dextris tuis: tibi aũt nõ appropinquabit. ℣. Quoniam angelis suis mãdauit de te: ut custodiãt te in omnibus vijs tuis. ℣. In manib⁹ portabunt te ne unquã offendas ad lapidem pedem tuũ. ℣. Sup aspidẽ et basiliscũ ambulabis: et concultabis

bes pater? Mihi quoqꝫ obse-
cro ut benedicas. Cũqꝫ eiula-
tu magno fleret: motus ysaac
dixit ad eum. In pinguedine
terre et in rore celi desuper erit
benedictio tua. Grad. Bonum
est confiteri domino: et psallere no
mini tuo altissime. ℣. Ad annun
ciandum mane misericordiam tu-
am: ⁊ veritatem tuam per noctem.

In illo Scdm Lucã. xv.
tempore: Dixit iesus di-
scipulis suis parabolam hãc.
Homo quidã habuit duos fi-
lios: et dixit adolescentior ex
illis patri. Pater: da mihi por
tionẽ substantie que me con-
tingit. Et diuisit illis substan-
tiam. Et nõ post multos dies
congregatis omnibus adole-
scentior filius peregre profe-
ctus est in regionẽ longinquã
⁊ ibi dissipauit substantiã suã
viuendo luxuriose. Et postq̃ꝫ
omnia cõsummasset: facta est
fames valida in regione illa:
et ipse cepit egere. Et abijt et
adhesit uni ciuiũ regionis il-
lius: et misit illum in villam
suã ut pasceret porcos. Et cu-
piebat implere ventrẽ suũ de

siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat. In se aũt reversus dixit. Quãti mercẽnarij in domo pr̃is mei abũdant panibus: ego autẽ hic fame pereo. Surgã et ibo ad patrẽ meũ: ⁊ dicã ei. Pater: peccaui in celũ et corã te: iã nõ sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercennarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrẽ suum. Cum autẽ adhuc longe esset: vidit illũ pater ipsius: et misericordia mot⁹ est: ⁊ accurrens cecidit super collũ eius: ⁊ osculatus est eũ. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celũ et coram te: iã nõ sum dignus vocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos. Cito ꝓferte stolam primã: et induite illũ: et date anulũ in manu eius: ⁊ calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatũ et occidite: ⁊ manducemus ⁊ epulemur: q̃a hic filius meus mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autẽ filius eius senior in agro. Et cũ veniret et appropinquaret domui: audiuit symphoniã et chorum: et vocauit vnũ de seruis: et interrogauit que hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulũ saginatũ: q̃a saluũ illũ recepit. Indignat⁹ est aũt: ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illũ. At ille respõdens dixit pr̃i suo. Ecce tot annis seruio tibi: ⁊ nunq̃; mãdatum tuũ p̃teriui: ⁊ nunq̃; dedisti mihi hedũ: vt cum amicis meis epularer. Sed postq̃; filius tuus hic q̃ deuorauit substãtiam suã cum meretricibus venit: occidisti illi vitulũ saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecũ es: et omnia mea tua sunt. Epulari aũt ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuẽtus est. Offer. Illumina oculos meos ne vnquã obdormiã in morte: ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eũ. Secre. His sacrificijs dñe cõcede placatus: vt qui proprijs oram⁹ absolui delictis nõ grauemur alienis. Per. Cõio. Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est. Cõplen. Sacramenti tui dñe libatio sctã penetralia nr̃i cordis infundat: ⁊ sui nos participes potenter efficiat. Per. Sup populũ. Familiã tuã q̃s dñe cõtinua pietate custodi: vt que

in sola spe celestis gratie inniti tur: etiã celesti ꝓtectiõe muniatur. Per. ¶ Dñica tertia Intr.

Oculi mei semper ad dñm: quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice i me et miserere mei: qm̃ unic⁹ et paup sum ego. Ps. Ad te dñe leuaui animã meã: de⁹ me⁹ in te ꝯfido nõ erubescã.

Quesum⁹ omĩps de Oro. us: vota humiliũ respice: atq; ad defensionẽ nostrã dexterã tue maiestatis extẽde. Per. Ad Ephesios. v.

Fratres: Estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione sicut ꝛ christus dilexit nos: ꝛ tradidit semetipm̃ ꝓ nobis oblationẽ ꝛ hostiã deo in odorẽ suauitatis. Fornicatio aũt ꝛ oĩs immũdicia aut auaritia nec nominetur in vobis: sicut decet sctõs: aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas: q̃ ad rẽ nõ pertinet: sed magis grãrũ actio. Hoc eñ scitote intelligẽtes: q omnis fornicator aut immũdus aut auarus: qd̃ est idolorum seruitus: non habet hereditatẽ in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: ꝓpter hec eñ venit ira dei in filios diffidẽtie. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis eñ aliquãdo tenebre: nũc aũt lux in dño: ut filij lucis ambulate Fruct⁹ eñ lucis est in oĩ bonitate ꝛ iusticia ꝛ veritate. Grad.

Exurge dñe nõ preualeat homo: iudicentur gentes in cõspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicũ meũ retrorsum: infirmabũtur ꝛ peribũt a facie tua. Tractus. Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorũ suorũ. ℣. Et sicut oculi ancille ĩ manibus dñe sue. ℣. Ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrũ: donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis.

In illo tẽ Scdm Lucã. xj. pore: Erat iesus eijciẽs demoniũ: et illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demoniũ: locutus est mutus. Et admirate sunt turbe. Quidã autẽ ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et alij temptantes: signũ de celo querebant ab eo. Ipse autẽ ut vidit cogitationes eorũ: dixit eis. Omne regnũ in seipm̃ diuisum desolabitur: et domus supra domũ cadet. Si autẽ et sathanas ĩ seipm̃ diuisus est: quomodo stabit regnũ eius: quia dicitis in beelzebub eijcere me demonia? Si aũt ego in beelzebub eijcio demonia: filij

vestri in quo eiiciūt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto puenit in vos regnū dei. Cū fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt omnia que possidet. Si autē fortior illo superueniēs vicerit eū vniuersa arma eius auferet in quibus cōfidebat: et spolia eius distribuet. Qui non est mecū: aduersum me est: et qui nō colligit mecū dispergit. Cū immūdus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa: querens requiē: et non inueniens dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eā scopis mundatam et ornatā: et tunc vadit et assumit septē alios spiritus secum neqores se: et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factū est autem cum hec diceret. Extollēs vocē quedā mulier de turba: dixit illi. Beatus vēter q̄ te portauit: et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Iusticie domini recte leti- Offer. ficantes corda: et dulciora sup mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea. Secre. Suscipe quesumus dn̄e deuotorū munera famulorum: et tua diuinis purifica seruientes pietate mysterijs quibus etiam iustificas delinquentes. Per dominū. Cōio. Passer inuenit sibi domū et turtur nidū: vbi reponat pullos suos: altaria tua domine virtutū: rex meus et deus meus: beati qui habitāt in domo tua: in seculum seculi laudabunt te. Cōplen. A cunctis nos quesumus domine reatibus et periculis ppiciatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per do.

Feria secunda Introitus.

In deo laudabo verbum: in domino laudabo sermonem: in deo speraui: non timebo quid faciat mihi hō. Ps. Miserere mei deus quoniā conculcauit me hō: tota die bellās tribula- uit me. Oro.

Cordib' nostris qs dn̄e gratiam tuam benignus infunde: ut sicut ab escis carnalibus abstinem': ita quoqz sensus nr̄os a noxijs retraham' excessib'. Per do. Lectio libri Regū. v.

In diebus illis. Naaman princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dominū suū et honoratus. Per illum eñ dedit dominus salutem syrie. Erat aūt vir fortis et

diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: ⁊ captiuā duxerāt de terra israel puellā paruulā: que erat ī obsequio vxoris naaman. Que ait ad dominā suā. Utinā fuisset dn̄s meus ad prophetā q̄ est in samaria: profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus est itaqꝫ naaman ad dominū suū: ⁊ nunciauit ei dicens. Sic ⁊ sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Uade: ⁊ mittā litteras ad regē israel. Qui cū profectus esset: et tulisset secū decē talenta argenti: et sex milia aureos et decē mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba. Cū acceperis epistolā hanc: scito q̄ miserim ad te naaman seruū meū: vt cures eū a lepra sua. Cūqꝫ legisset rex israel litteras: scidit vestimenta sua ⁊ ait. Nūquid deus ego sum: vt occidere possim et viuificare? quia iste misit ad me vt curē eū a lepra sua Animaduertite et videte q̄ occasiones querat aduersum me Quod cum audisset heliseus vir dei: scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eum dicens. Quare scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me: ⁊ sciat esse prophetam in israel. Uenit ergo naaman cū equis et curribus: et stetit ad ostium domus helisei. Misitqꝫ ad eū heliseus nunciū dicens. Uade et lauare septies in iordane: ⁊ recipiet sanitatē caro tua atqꝫ mūdaberis. Iratus naaman recedebat dicens. Putabā q̄ egrederetur ad me: ⁊ stans inuocaret nomen dei sui: et tangeret manu sua locum lepre: ⁊ curaret me. Nunquid non meliores sunt abana et pharfar fluuij damasci oībus aquis israel: vt lauer in eis et mūder? Cum ergo vertisset se et abiret indignans: accesserunt ad eū serui sui: et locuti sunt ei. Pater: et si rem grādē dixisset tibi ꝓpheta: certe facere debueras: Quanto magis quia nunc dixit tibi: lauare ⁊ mundaberis. Descendit itaqꝫ et lauit in iordane septies iuxta sermonē viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: ⁊ mūdatus est. Reuersusqꝫ ad virū dei cū vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo: et ait. Uere scio q̄ non sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantum deus israel. Grad. Deus vitā meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. ℣.

Miserere mei domine quoniã conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Scdm Lucã. iiij.

In illo tempore. Dixerũt pharisei ad iesum. Quãta audiuimus facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autẽ iesus. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helie in israel quãdo clausum est celũ annis tribus et mensibus sex: cum facta esset fames magna in oĩni terra: et ad nullã illarum missus est helias nisi in sarepta sydonie ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: et nemo eorũ mundatus est nisi naaman syrus. Et repleti sunt oĩes in synagoga ira hec audientes. Et surrexerũt: et eiecerunt illũ extra ciuitatẽ: et duxerunt illum usque ad superciliũ montis: super quẽ ciuitas illorũ erat edificata: ut precipitarent eum. Ipse autẽ transiens per medium illorũ ibat. Offer. Exaudi deus orationẽ meam: et ne despexeris deprecationẽ meã: intende in me et exaudi me. Secreta. Munus domine quod tibi nostre seruitutis offerimus: tu salutare in nobis perfice sacramentũ Per. Cõio. Quis dabit ex sion salutare israel: cum auerterit dominus captiuitatẽ plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Cõpl. Presta quesumus omnipotẽs et misericors deus: ut que ore contingimus: pura mente capiamus. Per. Sup populũ. Conserua domine familiam tuã bonis semper operibus eruditã: et sic presentibus consolari subsidijs: ut ad superna perducas dona propicius. Per dñm.

¶ Feria tertia Intro.

Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam: et exaudi verba mea: custodi me domine ut pupillam oculi: sub umbra alarũ tuarum protege me. Ps. Exaudi domine iusticiam meã: intende deprecationẽ meã.

Exaudi Oro. nos oĩipotẽs et misericors deus: et continẽtie salutaris propicius nobis dona cõcede. Per. Lectio libri Regũ. iiij.

In diebus illis. Mulier quedam clamabat ad heliseũ prophetã dicẽs. Seruus tuus vir meus mortuus est. Et tu nosti quia seruus tuus fuit timẽs deũ. Et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad seruiẽdũ sibi. Cui dixit heliseus. Quid

vis ut faciã tibi? Dic mihi qd habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicq̃z in domo mea nisi parũ olei quo ungar. Cui ait. Vade pete mutuo ab omĩbus vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere: et claude ostiũ tuũ cũ intrinsecus fueris tu ꝛ filij tui: ꝛ mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaqz mulier: et clausit ostiũ super se et super filios suos. Illi offerebãt vasa: ꝛ illa infundebat. Cũqz plena fuissent vasa: dixit ad filiũ suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitqz oleũ. Venit autẽ illa et indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit vende oleũ: et redde creditori tuo: tu autẽ ꝛ filij tui viuite de reliquo. Grad.

Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Scd̃z Matheũ. xviij.

In illo tempore: Respiciens iesus in discipulos suos: dixit simoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eũ inter te et ipsum solũ. Si te audierit: lucratus eris fratrẽ tuum. Si autẽ non te audierit: adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: ut in ore duorũ vel triũ testiũ stet omñe verbũ. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicꝰ ꝛ publicanus Amen dico vobis: quecũqz alligaueritis super terrã: erũt ligata et in celo: et quecunqz solueritis super terrã: erunt soluta et in celo. Iterũ dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terrã: de omñi re quãcunqz petierint: fiet illis a patre meo qui i celis est. Ubi eñi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorũ. Tunc accedẽs petrus ad eũ dixit. Domine quotiẽs peccabit in me frater meus ꝛ dimittã ei. Usqz septies? Dicit illi iesus. Non dico tibi vsqz septies: sed vsqz septuagies septies. Offer. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam: et narrabo opera domini. Secreta.

Per hec quesumus domine sacramenta perueniat nostre deuotionis affectus: qui nos ab humanis retrahat semper excessibꝰ: ꝛ ad salutaria dona perducat. Per. Cõio. Domine qs habitabit in tabernaculo tuo: aut

quis requiescet in mõte sancto tuo:
qui ingreditur sine macula: et ope=
ratur iusticiã. Cõpl'. Sacris my
sterijs dñe expiati: ⁊ veniã que
sumus ꝯsequamur ⁊ grãz. P.
Concede mise= Suꝑ populũ.
ricors deus: deuotus tibi po=
pulus semper existat: et de tua
clemẽtia quod ei prosit indesi=
nẽter obtineat. Per. ¶ Feria
Ego aũt quarta Intro.
in dño speraui: exultabo ⁊
letabor ĩ tua misericordia
q̃a respexisti humilitatẽ meã. Ps.
In te dñe speraui nõ confundar in
eternũ: ĩ iusticia tua libera me. Glo
Presta nobis Orõ. ria.
quesum⁹ dñe ut salutari
bus ieiunijs eruditi: a noxijs
quoqz vicijs abstinentes: pro
piciationẽ tuã facilius impe=
tremus. Per. Lectõ libri Exo=
Et dicit dñs deus di. xx.
Honora patrem tuũ et
matrẽ tuã: ut sis longeuus su=
per terram quã dñs deus tuus
dabit tibi. Nõ occides: nõ me=
chaberis: non furtum facies:
nõ loqueris contra proximũ
tuum falsum testimoniũ: non
cõcupisces domũ proximi tui
nec desyderabis uxorẽ eius:
non seruũ: non ancillã: nõ bo=
uem: nõ asinũ: nec omnia que
illius sunt. Cunctus autẽ po=
pulus audiebat voces et lam=
pades et sonitũ buccine: mon=
temqz fumantẽ: et perterriti ac
pauore concussi: steterũt pro=
cul dicẽtes moysi. Loquere tu
nobis ⁊ audiemus. Nõ loqua
tur nobis dñs: ne forte moria
mur. Et ait moyses ad populũ
Nolite timere. Ut enĩ ꝓbaret
vos venit deus: ⁊ ut terror illi=
us esset in vobis: et nõ peccare=
tis. Stetitqz populus de lõge:
moyses autẽ accessit ad caligi=
nem in qua erat deus. Dixitqz
preterea dñs ad moysen. Hec
dices filijs isrl'. Vos vidistis
q̃ de celo locutus sum vobis.
Nõ facietis deos argenteos:
nec deos aureos facietis vobis
Altare de terra facietis mihi: ⁊
offeretis super eo holocausta ⁊
pacifica vrã: oues vestras ⁊ bo
ues: in omni loco in quo memo
ria fuerit nois mei. Grad. Mi
serere mihi dñe qm infirm⁹ sum: sa=
na me dñe. V. Cõturbata sunt oĩa
ossa mea: et anima mea turbata est
valde. Scdm Matheũ. xv.
In illo tp̃e: Accesserunt ad
iesum ab hierosolymis scribe
et pharisei dicẽtes. Quare di=
scipuli tui trãsgrediunt tradi=
tiones seniorũ: Nõ enĩ lauant
manus suas cũ panẽ mandu=
cant. Ipse autẽ respondẽs ait

illis. Quare ꝛ vos transgredimini mandatū dei ꝓpter traditionē vestrā? Nā deus dixit. Honora patrē tuū ꝛ matrē tuam: et qui maledixerit prī vel matri morte moriat̄. Uos aūt dicitis. Quicūqz dixerit patri vel matri: munus quodcunqz est ex me tibi ꝓderit: ꝛ nō honorificabit patrē suū aut matrē suā: et irritū fecistis mandatū dei ꝓpter traditionē vestrā. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis esaias dicēs. Populus hic labijs me honorat: cor aūt eorū lōge est a me. Sine causa autē colūt me: docentes doctrinas ꝛ mādata hoim. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Nō quod intrat in os coinquinat hominē: sed quod procedit ex ore: hoc coinquinat hominē. Tūc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis ꝙa pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt? At ille respondēs ait. Ois plantatio quā nō plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt et duces cecorū. Cecus autē si ceco ducatū prestet: ambo in foueā cadūt. Respondens aūt petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolā istā. At ille dixit. Adhuc ꝛ vos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrē vadit: ꝛ in secessum emittit? Que aūt ꝓcedūt de ore: de corde exeunt: ꝛ ea coinquinant hominē. De corde eñ exeunt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominē. Nō lotis autē manibus mādu care nō coinquinat hominē. Offer.

Domine fac mecum misericordiā tuā ꝓpter nomē tuū: quia suauis est misericordia tua. Secr. Suscipe qs dñe ꝓces populi tui cū oblationibus hostiarū: ꝛ tua mysteria celebrātes: ab oīb⁹ defende nos periculis. P. Cōio.

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo dñe.

Sanctificet nos qs Cōplē. dñe qua pasti sumus mēsa celestis: ꝛ a cunctis erroribus expiatos: supernis ꝓmissiōibus reddat acceptos. Per. Super populū.

Concede qs omps deus: ut qui ꝓtectiōis tue gratiā querimus: liberati a malis oīb⁹ secura tibi mēte seruiamus. P. ¶ Feria quinta Introitus

Salus populi ego sum dicit dñs: de quacūqz tribulatione clamauerint

ad me: exaudiā eos: ꝛ ero illorū do-
minus in perpetuū. Ps. Attendi
te popule meus legē meā: inclinate
aurem vestram in verba oris mei.
Oro. Da quesumus do-
mine rex eterne cuncto-
rum: ut sacro nos purificante
ieiunio: synceris quoqꝫ menti
bus ad tua sancta ventura fa-
cias peruenire. Per dominū.

Lectio Hieremie ꝑphete. vij.

In diebus illis: Factū est
verbū dñi ad me dicens.
Sta ī porta domus dñi: ꝛ pre-
dica ibi verbū istud et dic. Au-
dite verbū domini oēs iuda:
q̄ ingredimini per portas has:
ut adoretis dominū. Hec di-
cit dñs exercituū deus israel.
Bonas facite vias vr̄as et stu
dia vestra: et habitabo vobiscū
in loco isto. Nolite confidere
in verbis mendacijs: dicentes:
templū dñi: templū dñi: tem-
plum dñi est. Quoniā si bene-
dixeritis vias vestras ꝛ studia
vestra: si feceritis iudicium in
ter virū ꝛ proximū eius: adue
ne et pupillo et vidue nō fece-
ritis calumniā: nec sanguinē
innocentē effuderitis in loco
hoc: et post deos alienos non
ambulaueritis ī malū vobis-
metipsis: habitabo vobiscum
in loco isto ī terra quā dedi pa-
tribus vestris a seculo et usqꝫ
in seculū. Dicit dominus omi-
potens. Grad. Oculi omnium
in te sperant domine: et tu das il-
lis escam in tempore opportuno.
℣. Aperis tu manum tuā: et im-
ples omne animal benedictione.

Euangel'. Sc̄d'm Lucam. xj.

In illo tempore: Surgēs
iesus de synagoga: intro-
iuit ī domū simonis. Socrus
autē simonis tenebatur ma-
gnis febribus: et rogauerunt
illū pro ea. Et stans super il-
lam: imperauit febri: et dimi-
sit illā: et continuo surgēs mi-
nistrauit illis. Cū sol autē oc-
cidisset: oēs qui habebāt in-
firmos varijs lāguoribus: du
cebant illos ad eū. At ille sin-
gulis manus imponens: cura
bat eos. Exiebant autē demo-
nia a multis clamantia ꝛ dicē
tia: quia tu es filius dei. Et in
crepans nō sinebat ea loqui:
quia sciebant ipsum esse chri-
stum. Facta autē die egressus
ibat in desertū locū: ꝛ turbe re-
quirebant eū: et venerūt usqꝫ
ad ipsum: ꝛ detinebant illum
ne discederet ab eis. Quibus il
le ait. Quia ꝛ alijs ciuitatibus
oportet me euāgelizare regnū
dei. Offer. Si ambulauero ī me-
dio tribulatiōis viuificabis me do-

mine: et super iram inimicorũ meorum extendes manũ tuam: et saluũ me fecit dextera tua. Secr. Deus de cuius gratie rore descendit ut ad mysteria tua purgatis mentibus accedamus: presta quesumus: ut in eoꝝ traditione solẽniter immolanda: tibi cõpetens deferamus obsequiũ. Per. Cõio. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis: utinã dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Cõplen. Sacramenti tui domine venerãda perceptio: et mystica nos emũdet effectu: et perpetua virtute defendat. Per. Super populũ. Subiectum tibi populũ quesumus dñe ꝓpiciatio celestis amplificet: et tuis faciat semꝑ inherere mãdatis. Per dñm.

¶ Feria sexta Introitus.

Fac mecum domine signum in bono: ut videant qui me oderunt et cõfundãtur: quoniam tu domine adiuuisti me: ⁊ cõsolatus es me. Ps. Inclina domine aurem tuam ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper sum ego. Oratio. Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere: ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a viciis ieiunemus in mente. Per dn.

Lectio libri Numeri. xx.

In diebus illis: Conuenerũt filii israel aduersum moysen et aaron: ⁊ versi in seditionẽ dixerũt. Date nobis aquã ut bibamꝰ. Ingressusq; moyses et aaron: dimissa multitudine ante tabernaculũ federis corruerunt proni in terram: clamaueruntq; ad dominum atq; dixerunt. Domine deus exaudi clamorẽ populi huius et aperi eis thesaurũ tuũ fontem aque viue: ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq; est dominꝰ ad moysen dicens. Tolle virgam: et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis: ⁊ illa dabit aq̃s. Cũq; eduxeris aquã de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igitur moyses virgã que erat in cõspectu domini: sicut preceperat ei. Et congregata multitudine ante petrã: dixit eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac vobis poterimus aquam eiicere? Cũq; eleuasset moyses manum: percutiens virga bis silicẽ: egresse sunt aque largissime: ita ut populus biberet et iumenta.

Dixitq; dñs ad moysen et aa-
ron. Quia nõ credidistis mihi
ut sanctificaretis me coram fi-
lijs isrł: nõ introducetis hos
populos in terrã quã dabo eis
Hec est aqua contradictionis:
ubi iurgati sunt filij israel cõ-
tra dominũ: ⁊ sanctificatus est
in eis. Grad. In deo sꝑauit cor
meum et adiutus sum: et refloruit
caro mea: et ex voluntate mea cõfi-
tebor illi. ℣. Ad te domine clama-
ui deus me⁹: ne sileas a me: ne disce
das a me. Scdm Johannẽ. iiij.

In illo tpe: Reliquit iesus
iudeã: et abijt in galileã.
Oportebat autẽ eũ trãsire per
samariã. Venit ergo in ciuita
tẽ samarie que dicit̃ sychar: iu-
xta prediũ quod dedit iacob io
seph filio suo. Erat autem ibi
fons iacob. Jesus autem fati-
gatus ex itinere: sedebat sic su
pra fontẽ. Hora autẽ erat qua
si sexta. Venit mulier de sama-
ria haurire aquã. Dicit ei ie-
sus. Da mihi bibere. Discipu-
li eñ eius abierãt in ciuitatẽ:
ut cibos emerent. Dicit ergo ei
mulier illa samaritana. Quo
modo tu iudeus cũ sis bibere
a me poscis: que sum mulier sa
maritana? Nõ eñ coutunt̃ iu
dei samaritanis. Respõdit ie-
sus ⁊ dixit ei. Si scires donũ dei
et quis est q̃ dicit tibi: da mihi
bibere: tu forsitan petisses ab eo
et dedisset tibi aquã uiuã. Di-
cit ei mulier. Dñe: neq; ĩ quo
haurias habes: ⁊ puteus altus
est. Unde ergo habes aquã ui-
uam? nũquid tu maior es pa
tre nostro iacob: qui dedit no
bis puteũ: et ipse ex eo bibit: et
filij eius: ⁊ pecora eius? Respõ
dit iesus et dixit ei. Oĩs q̃ bi-
bit ex aq̃ hac: sitiet iterũ. Qui
autẽ biberit ex aqua quã ego
dabo ei: nõ sitiet ĩ eternũ. Sed
aqua quam ego da bo ei: fiet
in eo fons aque salientis in vi
tam eternã. Dicit ad eũ muli-
er. Dñe: da mihi hanc aquã:
ut non sitiã: neq; veniam huc
haurire. Dixit ei iesus. Vade
voca virũ tuũ: et veni huc. Re
spondit mulier: et dixit ei. Nõ
habeo virũ. Dixit ei iesus. Be
ne dixisti quia non habeo vi-
rum. Quinq; eñ viros habui
sti: et nunc quẽ habes nõ est tu
us vir. Hoc vere dixisti. Dicit
ei mulier. Dñe: video quia ꝓ-
pheta es tu. Patres nostri in
monte hoc adorauerũt: ⁊ vos
dicitis q̃a hierosolymis est lo-
cus ubi adorare oportet. Di-
xit ei iesus. Mulier: crede mihi
quia veniet hora quando neq;
in monte hoc neq; in hieroso-

lymis adorabitis patrē. Uos
adoratis qđ nescitis: nos ado-
ramus qđ scimus: q̄a salus ex
iudeis est. Sed venit hora et
nūc est: quādo veri adoratores
adorabūt patrē in spiritu ꝛ ve-
ritate. Nā ꝛ pater tales querit
qui adorēt eū. Spiritꝰ est deus
ꝛ eos qui adorant eū: in spiritu
ꝛ veritate oportet adorare. Di-
cit ei mulier. Scio q̄a messias
venit q̄ dicit̄ christus. Cū ergo
venerit: ille nobis annūciabit
oīa. Dicit ei iesus. Ego sum
qui loquor tecum. Et cōtinuo
venerūt discipuli eius: et mira
bant̄ quia cū muliere loq̄bat̄.
Nemo tamē dixit: q̄d q̄ris aut
quid loqueris cū ea. Reliq̄t er
go hydriā suā mulier: et abijt
in ciuitatē: et dixit illis homi-
nibus. Uenite ꝛ videte hoiē q̄
dixit mihi oīa quecūq̄ feci.
Nūquid ipe est christus? Exie
runt de ciuitate ꝛ veniebāt ad
eum. Interea rogabant eū di-
scipuli dicentes. Rabbi man-
duca. Ille autē dixit eis. Ego
cibū habeo manducare quem
vos nescitis. Dicebāt ergo di-
scipuli adinuicē. Nūquid ali-
quis attulit ei mādūcare? Di-
cit eis iesus. Meus cibꝰ est: ut
faciā voluntatē eius qui misit
me: ut ꝑficiā opus eius. Nō-
ne vos dicitis: q̄ adhuc quatu
or mēses sunt et messis venit?
Ecce dico vobis: leuate oculos
vestros et videte regiones: q̄a
albe sunt iā ad messem. Et qui
metit: mercedē accipit: et con-
gregat fructū in vitā eternam
ut et qui seminat simul gaude-
at: et qui metit. In hoc eñ est
verbū verū: quia alius est qui
seminat: et alius est qui metit.
Ego misi vos metere: qđ vos
nō laborastis. Alij laboraue-
runt: et vos in labores eoꝝ in-
troistis. Ex ciuitate autem illa
multi crediderunt in eum sa-
maritanorū: propter verbum
mulieris testimoniū perhiben
tis: quia dixit mihi oīa que-
cunq̄ feci. Cū venissent ergo
ad illum samaritani: rogaue-
runt eum ut ibi maneret. Et
mansit ibi duos dies. Et mul-
to plures crediderunt in eum
propter sermonē eius. Et mu-
lieri dicebant: quia iā nō pro-
pter tuam loquelā credimus.
Ipsi eñ audiuimus ꝛ scimus:
quia hic est vere saluator mū-
di. Offer. Intende voci oratio-
nis mee rex meus ꝛ deus meꝰ: quo-
niam ad te orabo domine. Secre.
Respice domine ꝓpicius ad
munera que sacramus: ut ꝛ ti-
bi grata sint ꝛ nobis salutaria

semper existāt. Per dominū.
Qui biberit aquam quam Cōio.
ego dabo ei dicit dominus: fiet ī eo
fons aque salientis in vitā eternā.
Huius domine per- Cōpleñ.
ceptio sacramēti nos mundet
a crimine: et ad celestia regna
perducat. Per. Sup populū.
Presta quesumus omīpotēs
deus: ut qui in tua protectio-
ne confidimus: cuncta nobis
aduersantia te adiuuante vin
camus. Per dñm. ¶ Sabba-
Verba mea to Introit⁹.
auribus percipe domine:
intellige clamorem meū:
intende voci orationis mee. Ps.
Rex meus et deus meus. Oro.
Presta quesumus omīpo
tēs deus: ut dignitas cō
ditionis humane per immode
rantiā sauciata: medicinalis
parsimonie studio reformet.
Per. Lectio Danielis pphe.
In diebus illis. Erat xiij.
vir in babylone: ꝛ nomen
eius ioachim: et accepit vxorē
nomine susannā filiā helchie
pulchrā nimis et timentē deū.
Parentes eñ illius cū essent
iusti: erudierūt filiā suā scdm
legē moysi. Erat aūt ioachim
diues valde: et erat ei pomeriū
vicinū domui sue: ꝛ ad ipsum
confluebāt iudei: eo ꝙ esset ho
norabilior omniū. Et consti-
tuti sunt duo senes iudices in
illo anno: de quibus locutus
est dñs: ꝙa egressa est iniqtas
de babylone a senioribus iu-
dicibus: ꝙ videbant regere po-
pulū. Isti frequentabāt domū
ioachim: et veniebant ad eos
omēs qui habebāt iudicia. Cū
aūt populus reuertisset post me
ridiē: ingrediebat susanna et
deambulabat in pomerio viri
sui. Et videbant eā senes quo-
tidie ingredientē ꝛ deambulā
tem: et exarserunt in concupi-
scentiā ei⁹: ꝛ euerterūt sensum
suū: ꝛ declinauerūt oculos su-
os ne viderent celum: neqꝫ re-
cordarentur iudiciorū iusto-
rum. Factū est autem cū obser
uarent diē aptū: quando eam
possent inuenire solam. In-
gressa est aliquando sicut heri
ꝛ nudiustertius cū duabus so
lis puellis: voluitqꝫ lauari in
pomerio. Estus quippe erat: ꝛ
nō erat ibi quisꝙ preter duos
senes absconditos et contem-
plātes eā. Dixit ergo puellis.
Afferte mihi oleū et smigma-
ta: et ostia pomerij claudite vt
lauer. Cū aūt essent egresse pu
elle: surrexerūt duo senes: ꝛ ac
currerūt ad eā et dixerūt. Ecce
ostia pomerij clausa sunt: et

nemo nos videt: et in cõcupiscē
tiā tui sumus. Quāobrē assen
tire nobis et cōmiscere nobiscū
Quod si nolueris: dicem⁹ cō-
tra te testimoniū: q fuerit tecū
iuuenis: et ob hāc causam emi-
seris puellas a te. Ingemuit
susanna: et ait. Angustie mihi
sunt vndiqz. Si eñ hoc egero
mors mihi est: si aūt nō egero
nō effugiā manus vr̃as. Sed
melius est mihi absqz opere in-
cidere in manus vestras: q̄z pec
care in conspectu dñi. Et excla-
mauit voce magna susanna:
exclamauerūt autē et senes ad-
uersus eā. Et cucurrit vnus: et
aperuit ostia pomerij. Cū ergo
audissent clamorē in pomerio
famuli domus: irruerunt p po
sticā vt viderent quidnā esset.
Postq̄z aūt senes locuti sunt:
erubuerunt serui vehemēter:
quia nunq̄z dict⁹ fuerat sermo
huiuscemodi de susanna. Et fa
cta est dies crastina. Cūqz ve-
nisset populus ad virū eius ioa
chim: venerunt et duo p̄sbyteri
pleni iniqua cogitatiōe aduer
sus susannā vt interficerēt eā.
Et dixerūt corā populo. Mitti
te ad susannā filiā helchie vxo
rem ioachim. Et statim mise-
runt. Et venit cū parentibus
et filijs et vniuersis cognatis
suis. Flebant igit̃ sui: et oēs
qui nouerant eā. Consurgen-
tes autē duo presbyteri in me-
dio populi: posuerunt manus
suas sup caput eius. Que flēs
suspexit in celū. Erat enim cor
eius fiduciā habens in domi-
no. Et dixerūt presbyteri. Cū
deambularemus in pomerio
soli: ingressa est hec cū duabus
puellis: et clausit ostia pomerij
et dimisit a se puellas. Venitqz
ad eā adolescens qui erat ab-
sconditus: et concubuit cū ea.
Porro nos cū essemus in an-
gulo pomerij: videntes iniqui
tatē cucurrimus ad eos: et vi-
dimus eos pariter cōmisceri.
Et illū quidē non quiuimus
comprehēdere: quia fortior no
bis erat: et aperto ostio exiliuit
Hanc autē cū apprehendisse-
mus: interrogauimus quisnā
esset adolescens: et noluit indi
care nobis. Huius rei testes su
mus. Credidit eis multitudo
quasi senibus et iudicib⁹ popu-
li: et cōdemnauerūt eā ad mor-
tem. Exclamauit aūt voce ma
gna susanna et dixit. De⁹ eter-
ne q̄ absconditoꝝ es cognitor
qui nosti oīa anteq̄z fiāt: tu
scis qm̄ falsum testimoniū tu-
lerunt cōtra me: et ecce morior
cū nihil horū fecerim: que isti

malicioſi cõpoſuerunt aduer-
ſum me. Exaudiuit autẽ dñs
vocẽ ei⁹. Cũqȝ duceref ad mor
tẽ: ſuſcitauit dñs ſpiritũ pueri
iunioris cuius nomẽ daniel.
Et exclamauit voce magna.
Mũdus ego ſum a ſanguine
huius. Et conuerſus om̄is po-
pulus ad eũ dixit. Quis eſt iſte
ſermo quẽ tu locutus es? Qui
cũ ſtaret in medio eoꝝ ait. Sic
fatui filij iſrael: nõ iudicãtes:
neqȝ quod verũ eſt cognoſcen-
tes: cõdẽnaſtis filiã iſrael. Re
vertimini ad iudiciũ: quia fal
ſum teſtimoniũ locuti ſunt ad
uerſus eã. Reuerſus eſt ergo
populus cũ feſtinatione. Et di
xit ad eos daniel. Separate il-
los ab inuicẽ pcul: ꝛ diiudica-
bo eos. Cũ ergo diuiſi eſſent al
ter ab altero: vocauit vnum de
eis: et dixit ad eũ. Inueterate
dierũ malorũ: nunc venerunt
peccata tua que operabaris pri
us: iudicans iudicia iniuſta:
innocentes opprimẽs ꝛ dimit
tens noxios: dicente dño. In
nocentẽ et iuſtũ nõ interficies
Nũc ergo ſi vidiſti eã: dic ſub
qua arbore videris eos collo-
quentes ſibi. Qui ait. Sub ty-
no. Dixit autẽ daniel. Recte
mẽtitus es in caput tuũ. Ecce
eñ angelus dñi accepta ſentẽ-
tia ab eo: ſcindet te mediũ. Et
amoto eo: iuſſit venire aliũ: et
dixit ei. Semen chanaan ꝛ nõ
iuda: ſpecies decepit te: et con-
cupiſcentia ſubuertit cor tuũ.
Sic faciebatis filiabus iſrael:
ꝛ ille timentes loquebãtur vo
bis: ſed nõ filia iuda ſuſtinuit
iniquitatẽ veſtrã. Nunc ergo
dic mihi: ſub qua arbore com-
prehenderis eos loquẽtes ſibi.
Qui ait. Sub prino. Dixit au
tem ei daniel. Recte mentitus
es et tu in caput tuum. Manet
eñ angelus dei gladiũ habẽs
vt ſecet te mediũ: et interficiat
vos. Exclamauit itaqȝ om̄is
cetus voce magna: et benedi-
xerunt deũ: qui ſaluat ſperan-
tes in ſe. Et conſurrexerũt ad-
uerſus duos preſbyteros. Cõ
uicerat enim eos daniel ex ore
ſuo: falſum dixiſſe teſtimoniũ
Feceruntqȝ eis ſicut qui male
egerant aduerſus proximũ: ꝛ
interfecerũt eos. Et ſaluatus
eſt ſanguis innoxi⁹ in die illa.

Si ambulẽ in medio vm- Grad.
bre mortis: nõ timebo mala: quo-
niam tu mecũ es domine. ℣. Uir-
ga tua et baculus tuus: ipſa me cõ-
ſolata ſunt.

Scdm Johannẽ.

In illo tẽpore: Per- viij.
rexit ieſus in montẽ oli-
ueti: et diluculo iterũ venit in

templũ: et omnis populus venit ad eũ: et sedens docebat eos. Adducunt autẽ scribe et pharisei mulierẽ deprehẽsam in adulterio: et statuerũt eã i medio: et dixerũt ei. Magister: hec mulier modo dephẽsa est in adulterio In lege aũt moyses mãdauit nob huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebant tẽptãtes eũ: ut possent accusare eũ. Jesus aũt inclinãs se deorsuz: digito scribebat i terra. Cũ ergo perseuerarent interrogantes eũ: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum: primus in illã lapidem mittat. Et iterũ se inclinãs scribebat in terra. Audientes autem hec: vnus post vnũ exibãt incipientes a senioribus: et remansit iesus solus et mulier in medio stans. Erigẽs autẽ se iesus: dixit ei. Mulier: ubi sunt qui te accusabãt? Nemo te cõdemnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit aũt iesus. Nec ego te condemnabo. Vade et iam amplius noli peccare. Offer. Gressus meos dirige dñe scdm eloquiũ tuũ: ut nõ dominetur mei omnis iniusticia. Secre. Concede quesumus omnipotens deus: ut huius sacrificij munus oblatũ: fragilitatẽ nostrã ab omni malo purget semper et muniat. Per. Cõio. Nemo te condẽnauit mulier: nemo domine: nec ego te condemnabo: vade iam amplius noli peccare. Cõplen. Quesumus omnipotẽs deus: ut inter eius membra connumeremur: cuius corpori cõmunicauimus et sanguini. Qui tecũ. Pretende dñe fi Sup populũ. delib⁹ tuis dexterã celestis auxilij: ut te toto corde perquirãt et que digne postulãt consequi mereantur. Per dñm. ¶ Dominica quarta Intro.

Letare hierusalẽ et conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum leticia qui in tristicia fuistis: ut exultetis et satiemini ab uberibus consolationis eius. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: i domũ domini ibi

Concede que Oro. mus. sum⁹ omnipotẽs deus: ut qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. Per dominũ no. Ad Galathas. iiij.

Fratres: Scriptũ est quoniam abraam duos filios habuit: unum de ancilla: et unũ de libera. Sed qui de ancilla: scdm carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem. Que sunt per alle-

goriã dicta. Hec enĩ sunt duo
testamẽta. Unũ quidẽ in mõ-
te syna in seruitutẽ generãs: q̃
est agar. Syna enĩ mõs est in
arabia: q̃ cõiunctus est ei que
nũc est hierusalẽ: ⁊ seruit cũ fi-
lijs suis. Illa aũt q̃ sursum est
hierusalẽ libera est: q̃ est mater
nostra. Scriptũ est enĩ. Leta-
re sterilis que nõ paris: erũpe ⁊
clama que non parturis: quia
multi filij deserte: magis q̃z ei⁹
que habet virũ. Nos autẽ fra-
tres scd̃m ysaac ꝓmissiõis filij
sumus. Sed quomodo tũc is
qui scd̃m carnẽ natus fuerat:
persequebaṭ eũ qui scd̃m spiri-
tũ: ita ⁊ nũc. Sed q̃d dicit scri-
ptura? Eijce ancillã ⁊ filiũ ei⁹.
Nõ enĩ heres erit fili⁹ ancille
cũ filio libere. Itaqz frẽs non
sumus ancille filij sed libere.
Qua libertate christus nos li-
berauit. Grad. Letat⁹ sum in
his que dicta sunt mihi: in domum
dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute
tua: et abũdantia in turribus tuis.
Qui cõfidũt in dño si- Tractus.
cut mõs sion nõ cõmouebiṭ in eter
nũ: q̃ habitat in hierl'm. ℣. Mõtes
in circuitu eius ⁊ dñs in circuitu po
puli sui: ex hoc nũc ⁊ vsqz in seculũ.
In illo Scd̃m Johãnẽ. vj
tpe. Abijt iesus trãs mare
galilee quod est tyberiadis. Et
sequebatur eũ multitudo ma
gna: quia videbant signa q̃ fa
ciebat super hijs qui infirma-
banṭ. Subijt ergo ĩ montẽ ie-
sus: ⁊ ibi sedebat cum discipu-
lis suis. Erat autem proximũ
pascha: dies festus iudeorũ.
Diuisio. Cũ subleuasset ergo
oculos iesus: ⁊ vidisset q̃a mul
titudo maxima venit ad eũ: di
xit ad philippũ. Unde emem⁹
panes vt mnaducẽt hij? Hoc
aũt dicebat tẽptãs eũ. Ipse enĩ
sciebat q̃d esseṭ factur⁹. Respõ-
dit ei philippus. Ducẽtoꝝ de-
narioꝝ panes nõ sufficiũt eis
vt vnusquisqz modicũ q̃d acci
piat. Dicit ei vnus ex discipu-
lis eius andreas frater simo-
nis petri. Est puer vnus hic: q̃
habet quinqz panes ordeace-
os et duos pisces. Sed hec q̃d
sunt inter tãtos? Dixit ergo ie
sus. Facite homines discũbere
Erat aũt fenũ multũ in loco.
Discubuerũt ergo viri nume-
ro quasi q̃nqz milia. Accepit er
go iesus panes: et cũ gratias
egisset: distribuit discumbenti
bus. Similiter et ex piscibus
quantũ volebant. Ut autẽ im
pleti sunt: dixit discipulis suis
Colligite q̃ supauerũt fragmẽ
ta ne pereãt. Collegerũt ergo ⁊
impleuerũt duodecim cophi-

nos fragmētorū ex quinqꝫ panibus ordeaceis: q̄ supfuerunt hijs qui mādu cauerāt. Illi ergo hoīes cū vidissent qđ iesus fecerat signum dicebāt. Quia hic est vere ꝓpheta q̄ vētur⁹ est in mūdū. Offer. Laudate dn̄m q̄a benign⁹ est: psallite nomini eius qm̄ suaue est: oīa quecūqꝫ voluit fecit in celo ꝛ in terra. Secre. Sacrificijs p̄sentib⁹ dn̄e qs̄ intēde placatus: vt et deuotiōi nostre ꝓficiāt ꝛ saluti. P. Cōio. Hierusalē que edificat̄ vt ciuitas: cuius participatio eius in idipm̄: illuc em̄ ascēderūt tribus tribus dn̄i ad cōfitēdū nomini tuo dn̄e. Cōpl. Da nobis misericors deus: vt sctā tua quibus incessanter explemur: synceris tractemus obsequijs: ꝛ fideli mēte semꝑ sumamus. P. ¶ Feria scđa Intr.

Deus in noīe tuo saluū me fac: ꝛ in virtute tua iudica me: de⁹ exaudi orōnē meā. Ps. Qm̄ alieni insurrexerunt aduersum me: ꝛ fortes quesierūt aīāꝫ. Oro. Presta qs̄ omp̄s de⁹: vt obseruationes sacras annua deuotione recolētes: ꝛ corpore tibi placeamus ꝛ mēte. P. Lcō lib Reg. iij. ca. iij. In dieb⁹ ill'. Ue nerūt due mulieres meretrices ad regē salomonē: steterūtqꝫ corā eo. Quaꝝ vna ait. Obsecro mi dn̄e: ego et m̄lier hec habitabam⁹ in domo vna: ꝛ ꝑperi apud eā i cubic̄lo. Tertia aūt die postq̄ꝫ ego ꝑperi: ꝑperit ꝛ hec. Et eram⁹ simul: nullusqꝫ alius nobiscū i domo: exceptis nob̄ duabus. Mortuus est aūt filius mulieris hui⁹ nocte. Dormiēs q̄ppe oppssit eū. Et ꝯsurgēs in tēpeste noctis silentio: tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormientis: et collocauit in sinu suo: suū aūt filiū q̄ erat mortu⁹ posuit i sinu meo. Cūqꝫ surrexissēꝫ mane vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quē diligēti⁹ intuens clara luce: dephēdi nō esse meū quē genuerā. Respōditqꝫ altera mulier. Non est ita: sed filius tuus mortu⁹ est: meus aūt viuit. Econtrario illa dicebat. Mētiris. Filius q̄ppe meus viuit: ꝛ fili⁹ tuus mortu⁹ est. Atqꝫ in hūc modū contēdebāt corā rege. Tūc rex ait. Hec dicit: filius meus viuit: ꝛ fili⁹ tuus mortuus est. Et ista respondit: nō: sed filius tu⁹ mortuus est: ꝛ fili⁹ me⁹ viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cūqꝫ attulissent gladiū coram rege ait. Diuidite infantē viuū in duas partes: ꝛ date dimidiam

partē uni: et dimidiā partē alteri. Dixit aūt mulier cuius filius erat viuus ad regē. Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro domine. Date illi infantem viuū: et nolite interficere eū. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex et ait. Date huic infantem viuū: et non occidat. Hec est eīm mr̄ eius. Audiuit itaq3 omnis israel iudiciū quod iudicasset rex: et timuerunt regē: videntes sapientiā dei esse ī eo ad faciendū iudicium. Grad. Esto mihi in deū protectorē et in locum refugij vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui dn̄e: nō cōfundar ī eternū. Scdm Johānē. ij.

In illo tpe: Prope erat pascha iudeorū: et ascēdit iesus hierosolymā: et inuenit in templo vendentes oues et boues et columbas: et nūmularios sedētes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis: omēs eiecit de templo. Oues quoq3 et boues: et nūmulariorū effudit es: et mensas subuertit. Et his qui colūbas vendebāt dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domū patris mei domū negociatiōis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scptū est. Zelus domus tue comedit me. Responderūt ergo iudei et dixerūt ei. Qd̄ signū ostendis nobis: q̄a hec facis? Respōdit iesus et dixit eis. Soluite tēplū hoc: et ī tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatū est hoc templū: et tu in tribus dieb⁹ excitabis illud? Ille aūt dicebat de templo corporis sui Cum ergo surrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat de templo corporis sui: et crediderunt scripture et sermoni quem dixit iesus. Cū autē esset hierosolymis ī pascha ī die festo: multi crediderūt in nomine eius: vidētes signa q̄ faciebat. Ipse autē iesus nō credebat semetipsum eis: eo q͛ ipse nosset oēs et q̄a opus ei nō erat: vt quis testimoniū perhiberet de homine. Ipse eīm sciebat quid esset in homine. Offer. Iubilate deo omnis terra: iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia: intrate in conspectu eius in exultatione: quia dominus ipse est deus. Oblatum sacrificiū Secreta. quesum⁹ domine viuificet nos semper et muniat. Per dn̄m. Ab occultis meis mūda me Cōio dn̄e: et ab alienis parce seruo tuo.

Sumptis dñe salutari Cōpl. bus sacramētis: ad redemptionis eterne qs̄ ꝓficiam⁹ augmentū. Per. Super populū.
D eprecationē nostram qs̄ dñe benign⁹ exaudi: et quibus supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū. Per.

¶ Feria tertia Intro.
E Xaudi deus orōnē meā: ⁊ ne despexeris dep̄cationē meā: intēde i me ⁊ exaudi me. Ps. Cōtristatus suz i exercitatiōe mea: ⁊ cōturbatus sum a voce inimici et a tribulatiōe peccatoris. Oratio.
S Acre nobis qs̄ dñe obseruatiōis ieiunia: et pie ꝯuersationis augmentū: ⁊ tue ꝓpiciatiōis ꝯtinuū prestēt auxiliū. Per. Lctō libri Exodi.
I N dieb⁹ illis: Locu xxxij. tus est dñs ad moysen dicens. Descēde de mōte: q̄a peccauit ppl's tuus quē eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via quam ostendisti eis. Fecerūtqz sibi vitulū ꝯflatilē ⁊ adorauerūt: atqz imolātes ei hostias dixerūt. Isti sunt dij tui isrl' qui te eduxerūt de terra egypti Rursumqz ait dñs ad moysen Cerno ꝙ ppl's iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt irascat̄ furor me⁹ cōtra eos ⁊ deleā eos faciāqz te i gētē magnā. Moyses autē orabat dñm deū suū dicēs. Cur dñe irascitur furor tuus ꝯtra populū tuū quē eduxisti de terra egypti i fortitudine magna et i manu robusta: Ne queso dicāt egyptij: callide eduxit eos: vt interficeret i mōtib⁹: ⁊ deleret e terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis super neq̄tia populi tui. Recordare abraam: ysaac ⁊ israel seruoꝝ tuorū: quibus iurasti p temetipsum dicēs. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi: et vniuersam terrā hāc de qua locutus sum: dabo semini vr̄o: ⁊ possidebitis eā semper. Placatusqz est dñs: ne faceret malū qd̄ locut⁹ fuerat. Et misert⁹ est pplo suo dñs deus nr̄. Grad.
E xurge dñe fer opē nobis: et libera nos ꝓpter nomen tuū. V. Deus auribus nostris audiuim⁹: patres nostri annunciauerūt nobis: opus quod operatus es in diebus eorū ⁊ in diebus antiquis. Scdm Johā
I N illo tpe: Iā nem. vij. die festo mediāte: ascendit iesus in templū et docebat. Et mirabant̄ iudei dicētes. Quomodo hic litteras scit cū nō didicerit: Respōdit eis iesus ⁊ dixit. Mea doctrina non est mea sed eius q̄ misit me. Si q̄s voluerit volūtatē eius facere: co-

gnoscet de doctrina: utrũ ex deo sit: an ego a meipso loq̃r. Qui a semetipso loquit̃: gloriã propriã querit. Qui autẽ querit gloriã eius q̃ misit eũ: hic verax est: ⁊ iniusticia in illo non est. Nõne moyses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legẽ. Quid me queritis interficere? Respõdit turba et dixit. Demoniũ habes. Quis te querit interficere? Respõdit iesus et dixit eis. Unũ opus feci: et omnes miramini. Propterea moyses dedit vobis circumcisionẽ: nõ quia ex moyse est: sed ex patribus. Et in sabbato circũciditis hominẽ. Si circũcisionẽ accipit hõ in sabbato ut nõ soluatur lex moysi mihi indignamini quia totũ hoiẽ sanũ feci i sabbato. Nolite iudicare scd̃m faciẽ: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidã ex hierosolymis. Nõne hic est quẽ querũt interficere? Ecce palã loquit̃: ⁊ nihil ei dicũt. Nũquid vere cognouerũt p̃ncipes quia hic est christus? Sed hunc scim᷒ unde sit: christus aũt cũ venerit: nemo scit unde sit. Clamabat ergo iesus in tẽplo docẽs ⁊ dicẽs Et me scitis: ⁊ unde sim scitis: ⁊ a meip̃o nõ veni: sed est verus qui misit me: quẽ vos nescitis Ego scio eũ: et si dixero q̃a nescio eũ: ero simil' vobis mẽdax Sed scio eũ: quia ab ipso sum ⁊ ip̃e me misit. Querebãt ergo eũ apprehẽdere: et nemo misit in illũ manus: quia nondum venerat hora ei᷒. De turba autem multi crediderunt in eũ.

Expectans expectaui do Offer. minũ: et respexit me: et exaudiuit deprecationẽ meã: et immisit in os meũ canticũ nouũ hymnũ deo nostro. Secr. Hec hostia dñe que sumus emundet nostra delicta: et ad sacrificiũ celebrandũ subditoꝝ tibi corpora mẽtesq; sanctificet. Per. Cõio. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine dei nostri magnificabimur. Cõpl. Tui nos domine perceptio sacramenti mũdet a crimine: et ad celestia regna p̲ducat. P. Miserere que- Super populũ. sumus dñe populo tuo: et continuis tribulationibus laborantẽ propicius respirare concede. Per. ¶ Feria q̃rta Intr.

Dum sanctificat᷒ fuero i vobis: cõgregabo vos de uniuersis terris: ⁊ effundã sup̲ vos aquã mundã: et mũdabimini ab omnibus inq̃namẽtis vestris: ⁊ dabo vobis spiritum nouũ. Ps. Benedicã dñm in oĩ tp̲e: semper

laus eius in ore meo. Orem⁹ flectamus genua. Leua.

Omnipotēs ...

Omnipotēs sempiterne deus: q̄ et iustis p̄mia meritoꝝ: ꝛ peccatoribus p ieiuniū veniā pbes: miserere supplicibus tuis: ut reatus nostri confessio: indulgentiā valeat pcipere delictoꝝ. P.

Lectio Ezechiel' p̄phete. xxxvj.

Hec dicit dñs deus. Sāctificabo nomen meū magnū: ut sciāt gentes quia ego dñs: cū sanctificat⁹ fuero in vobis corā eis. Tollā q̄ppe vos de gētibus: ꝛ cōgregabo vos de uniuersis terris: ꝛ adducā vos in terrā vestrā. Et effundā super vos aquā mundā: ꝛ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: ꝛ ab uniuersis idolis vestris mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouū: ꝛ spiritū nouū ponā i medio vestri Et auferā cor lapideū de carne vestra: ꝛ dabo vobis cor carneū: ꝛ spiritū meū ponā in medio vestri. Et faciā ut in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis ꝛ operemini: et habitabitis in terra quā dedi patribus vestris: et eritis mihi in populū: et ego ero vobis in deū. Dicit dñs omnipotens. Grad. Venite filij audite me: timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū ꝛ illuminamini: et facies vestre nō confundentur. Oro.

Presta q̄s oḿipotēs deus: ut quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoqꝫ deuotio sancta letificet: ut terrenis affectibus mitigati: facilius celestia capiamus. Per. Lectio Esaie p̄phete. j.

Hec dicit dñs deus: Lauamini et mūdi estote. Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis: quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciū: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vestra ut coccinū: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs omp̄s. Grad.

Beata gēs cuius est dñs deus eoꝝ populus quē elegit dñs in hereditatē sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorū. Scdm Johannē. ix.

In illo tp̄e: Preteriens iesus vidit hoīem cecū a natiuitate. Et interrogauerūt eū discipuli eius. Rabbi: q̄s peccauit: hic aut parētes ei⁹ ut cecus nasceref? Respōdit iesus.

Neqꝫ hic peccauit neqꝫ paren-
tes eiꝰ: sed vt manifestent̃ ope
ra dei in illo. Me oportet opera
ri opera eius qui misit me do-
nec dies est. Venit nox quādo
nemo potest operari. Quādiu
sum in mundo: lux sum mun-
di. Hoc cū dixisset: expuit in
terrā: et fecit lutū ex sputo: ꝛ li
niuit lutū super oculos eius: ꝛ
dixit ei. Vade laua in natato-
ria syloe: quod interpretatur
missus. Abijt ergo ꝛ lauit: ꝛ ve
nit vidēs. Itaqꝫ vicini et q̄ vi-
derant eū prius quia mēdicus
erat dicebāt. Nonne hic est q̄
sedebat ꝛ mēdicabat. Alij dice-
bant quia hic est: alij autē ne-
quaq̄ꝫ: sed similis est eiꝰ. Ille
vero dicebat: q̄a ego sum. Di-
cebant ergo ei. Quomō aperti
sunt tibi oculi? Respōdit. Ille
hō qui dicitur iesus: lutū fecit
et vnxit oculos meos: et dixit
mihi. Vade ad natatoriā syloe
et laua. Et abij: et laui: ꝛ video
Et dixerūt ei. Vbi est ille? Ait
Nescio. Adducunt eū ad pha-
riseos q̄ cecus fuerat. Erat aūt
sabbatū quādo lutū fecit iesus
et aperuit oculos eius. Iterū
ergo interrogabant eū phari-
sei quomodo vidisset. Ille aūt
dixit eis. Lutum mihi posuit
super oculos: et laui et video.

Dicebāt ergo ex phariseis qui
dam. Non est hic homo a deo:
qui sabbatū nō custodit. Alij
autem dicebant. Quomō po-
test homo peccator hec signa fa
cere? Et scisma erat inter eos.
Dicūt ergo ceco iterū. Tu q̄d
dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille aūt dixit: quia pro-
pheta est. Nō crediderūt ergo
iudei de illo quia cecus fuisset ꝛ
vidisset: donec vocauerūt parē
tes eius qui viderat: ꝛ interro-
gauerūt eos dicētes. Hic est fi
lius vester quē vos dicitis q̄a
cecus natus est. Quomodo er-
go nūc videt? Responderūt eis
parentes eius ꝛ dixerunt. Sci
mus quia hic est filiꝰ noster: et
quia cecus natus est. Quomō
aūt nūc videat nescimꝰ: aut q̄s
eius aperuit oculos nos nesci-
mus. Ipm interrogate. Eta-
tē habet: ipse de se loquat̃. Hec
dixerunt parentes eius: quia
timebant iudeos. Iam eīn cō-
spirauerant iudei: vt si quis eū
confiteretur esse christū: extra
synagogā fieret. Propterea
parentes eius dixerunt: quia
etatē habet: ipsum interrogate
Vocauerunt ergo rursum ho-
minē qui fuerat cecus: et dixe-
runt ei. Da gloriā deo. Nos
scimus quia hic homo pecca-

tor est. Dixit ergo ille. Si pecca
tor est nescio: vnū scio: quia ce
cus cū essem: modo video. Di-
xerunt ergo illi. Quid fecit ti-
bi? Quomodo aperuit tibi ocu
los? Respōdit eis. Dixi vobis
iā: ꝛ audistis. Quid iterū vul
tis audire? Nūquid ꝛ vos vul
tis discipuli eius fieri? Male-
dixerūt ergo ei ꝛ dixerunt. Tu
discipulus illius sis: nos autē
moysi discipuli sumꝰ. Nos sci
mus qꝛ moysi locutꝰ est deus:
hunc autē nescimus vnde sit.
Respōdit ille homo ꝛ dixit eis
In hoc enī mirabile est: quia
vos nescitis vnde sit: et aperuit
meos oculos. Scimus aūt qꝛ
peccatores deus nō audit: sed si
quis dei cultor est: ꝛ volunta-
tē eius facit: hūc exaudit. A se-
culo non est auditū: quia quis
aperuit oculos ceci nati. Nisi
esset hic a deo: nō poterat face-
re quicqꝫ. Responderūt et dixe-
runt ei. In peccatis natꝰ es to-
tus: et tu doces nos. Et eiece-
runt eū foras. Audiuit iesus
quia eiecerunt eum foras: ꝛ cū
inuenisset eum dixit ei. Tu cre
dis in filiū dei? Respōdit ille
et dixit. Quis est dñe vt credā
in eum? Et dixit ei iesus. Et vi
disti eum: et qui loquitur tecū
ipse est. At ille ait. Credo dñe.
Et procidens adorauit eum.

Offer. Benedicite gentes domi-
num deum nostrū: ꝛ obaudite voci
laudis eius: qui posuit animā meā
ad vitā: ꝛ nō dedit cōmoueri pedes
meos: benedictus dñs qui nō amo
uit deprecationē meā et misericor-
diā suā a me. Secre. Supplices
te rogamus omīpotēs deus: vt
hijs sacrificijs peccata nr̄a mū-
dent: quia tunc verā nobis tri
buis mentis a corporis sanitatē
Per. Cōio. Lutū fecit ex sputo
dñs: ꝛ liniuit oculos meos: ꝛ abij et
laui: ꝛ vidi ꝛ credidi deo. Cōplen.
Sacramenta que sumpsimus
dñe deus noster: ꝛ spiritalibus
nos repleāt alimētis: ꝛ corpa-
libus tueātur auxilijs. Per.
Super populū. Da plebi tue
quesumꝰ dñe pie semꝑ deuotio
nis affectū: vt que praua sunt
respuens sancta cōuersatione
firmetur: et a peccatis libera:
nullis aduersitatibꝰ atterat.
Per. ¶ Feria quinta Intro.

Letetur cor querentiū do-
minū: querite dominū ꝛ cō
firmamini: querite faciem
eius semꝑ. Ps. Confitemini dño
et inuocate nomē eius: annunciate
inter gentes opera eius. Oratio.
Presta quesumus omīpo
tens deus: vt qꝛ in tua ꝓ
tectione cōfidimꝰ: cūcta nobis

aduersantia te adiuuante vincamus. Per. Lectio lib. Regū iiij. ca. iiij.

In diebus illis: Venit mulier sunamitis ad heliseū in montē carmeli: et apprehendit pedes eius: et accessit giezi vt amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte illam. Anima enim eius in amaritudine est: et dn̄s celauit a me: et non indicauit mihi. Que dixit illi. Nunquid petiui filium a dn̄o meo? Nūquid nō dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi Accinge lūbos tuos: et tolle baculū meū in manu tua et vade. Si occurrerit tibi hō: nō salutes eū: et si salutauerit te q̄spiā nō respōdeas illi. Et pones baculum meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dn̄s et viuit aīa tua. Nō dimittam te. Surrexit ergo: et secutus est eā. Giezi autē p̄cesserat ante eos: et posuerat super faciē pueri: et non erat vox neqȝ sensus. Reuersusqȝ est in occursuȝ eius: et nunciauit ei dicēs. Nō surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domū: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius Ingressusqȝ clausit ostium super se et super puerū: et orauit ad dominū et dixit. Obsecro domine reuertat̄ anima pueri huius in viscera eius. Et ascendit: et incubuit super puerū: posuitqȝ os suū super os eius: et oculos suos super oculos eius: et manus suas super manus eius: et incuruauit se super eū: et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo semel huc atqȝ illuc: et ascendit et incubuit super eū. Et oscitauit puer septies: aperuitqȝ oculos. Et ille vocauit giezi et dixit ei Voca sunamitē hanc. Que vocata ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa et corruit ad pedes eius: et adorauit super terrā. Tulitqȝ filiū suū et egressa est. Heliseus vero reuersus est i galgala. Grad.

Respice dn̄e in testamentū tuū: et animas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finem. V. Exurge dn̄e iudica causam tuā: memor esto opprobrij seruorū tuorū. Scd̄m Johānem. v.

In illo tp̄e: Dixit iesus turbis iudeorū. Pater meus vsqȝ modo operatur: et ego operor. Propterea ergo magis querebāt eū iudei interficere: q̄a nō solū soluebat sabbatū: sed et patrē suū dicebat deū: equalem se faciens deo. Respondit itaqȝ iesus et dixit eis. Amē amē dico vobis: nō potest filius a se facere quicq̄ȝ

nisi quod viderit patrē facientem. Quecunqz em̄ ille fecerit: hec ꝛ filius similiter facit. Pater em̄ diligit filiū: ꝛ om̄ia demonstrat ei q̄ ipse facit: ꝛ maiora hijs demonstrabit ei opera: ꝛ vos miremini. Sicut em̄ pater suscitat mortuos et viuificat: sic ꝛ filius quos vult viuificat. Neqz enim pater iudicat quenq̄z: sed om̄e iudiciū dedit filio: vt om̄es honorificent filium sicut honorificant patrē Qui nō honorificat filiū: nō honorificat patrē qui misit illum. Amen amen dico vobis: quia q̄ verbū meū audit et credit ei qui misit me: habet vitā eternam. Et in iudiciū nō venit: sed trāsit a morte in vitā. Amen amē dico vobis: q̄a venit hora ꝛ nūc est: quādo mortui audiēt vocē filij dei: ꝛ q̄ audierint viuēt. Sicut em̄ pater habet vitā i semetipso: sic dedit ꝛ filio habere vitā i semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q̄a filius hois est. Nolite mirari hoc: q̄a venit hora in qua oēs qui in monumentis sunt audiēt vocē filij dei: et ꝓcedēt qui bona fecerūt in resurrectionē vite: q̄ vero mala egerunt in resurrectionē iudicij. Offer. D ñe ad adiuuandū me festina: cōfundant oēs q̄ querūt animā meā vt auferant eam. Secre. Purifica nos q̄ms misericors deus: ꝛ ecclesie tue p̄ces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiāt expiatis mētibus gratiores. Per. Cōio. D omine memorabor iusticie tue solius: deus docuisti me a iuuētute mea: ꝛ vsqz in senectā ꝛ seniū deus ne derelinquas me. Cōpleñ. Celestia dona capiētes quesumus dñe nō ad iudiciū ꝑuenire patiaris: quod fidelibus tuis ad remediū contulisti. Per dominum no. Super populum. Populi tui deus institutor et rector: peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus: et tuo munimine sit securus. Per dominum.

¶ Feria sexta Introitus.

Meditatio cordis mei i cōspectu tuo semꝑ dñe: adiutor me⁹ ꝛ ꝓtector me⁹. Ps. Celi enarrāt gloriā dei: ꝛ opa manuū eius annūciat firmamētū. Oro. Deus qui ineffabilibus mundū renouas sacramētis: presta quesumus: vt ecclesia tua eternis proficiat institutis: ꝛ tp̄alibus nō destituat̄ auxilijs. Per. Lectio libri Regum. iij. ca. xvij. In dieb⁹ illis: Egrotauit

filius mulieris matrisfamili-
as: ⁊ erat lāguor fortissimus:
ita vt nō remaneret ī eo alitus
Dixit ergo ad heliam. Quid
mihi et tibi vir dei? Ingressus
es ad me vt rememorarentur
iniquitates mee: ⁊ interficeres
filiū meū? Et ait ad eam heli-
as. Da mihi filium tuū. Tu-
litqȝ eū de sinu eius: ⁊ portauit
in cenaculū vbi ipse manebat:
et posuit sup lectulū suū: ⁊ cla-
mauit ad dominū ⁊ dixit. Dn̄e
deus meus: etiam ne viduam
apud quā ego vtcunqȝ susten-
tor afflixisti: vt interficeres fi-
liū eius? Et expandit se: atqȝ
mensus est super puerū tribus
vicibus: clamauitqȝ ad domi-
nū: et ait. Dn̄e deus meus: re-
uertatur obsecro anima pueri
huius in viscera eius. Exaudi
uit dn̄s vocem helie: et reuersa
est anima pueri intra eū: et re-
uixit. Tulitqȝ helias puerū: et
deposuit eū de cenaculo in in-
feriorē domū: et tradidit ma-
tri sue: et ait illi. En viuit fili-
us tuus. Dixitqȝ mulier ad he
liā. Nūc in isto cognoui quo-
niā vir dei es tu: et verbū dn̄i
in ore tuo verum est. Grad.
Bonū est cōfidere in dn̄o quā cōfi-
dere ī homine. V. Bonū est sperare
in dn̄o quā sperare in principibus.

In illo Scdm Johanē. xi
tpe: Erat quidā languēs
lazarus a bethania: de castello
marie ⁊ marthe sororꝫ ei⁹. Ma
ria autem erat que vnxit dn̄m
vnguēto: ⁊ extersit pedes eius
capillis suis: cuius frater laza
rus infirmabatur. Miserūt er
go sorores eius ad eum dicen
tes. Dn̄e: ecce quē amas infir-
matur. Audiens autē iesus: di
xit eis. Infirmitas hec nō est
ad mortem: sed ꝓ gloria dei: vt
glorificetur filius dei per eā.
Diligebat autē iesus marthā
et sororē eius mariā ⁊ lazarū.
Vt ergo audiuit quia infirma
batur: tunc quidem mansit in
eodem loco duobus diebus.
Deinde post hec dicit discipu-
lis suis. Eamus in iudeam ite-
rum. Dicūt ei discipuli. Rab-
bi: nunc querebant te iudei la
pidare: ⁊ iterū vadis illuc? Re
spondit iesus. Nonne duode-
cim sunt hore diei? Si ꝙs am-
bulauerit in die: nō offendit:
quia lucē huius mundi videt.
Si autē ambulauerit in nocte
offendit: quia lux nō est in eo.
Hec ait: ⁊ post hec dicit eis. La
zarus amicus noster dormit:
sed vado vt a somno exuscitē
eum. Dixerunt ergo discipuli
eius. Domine: si dormit: sal-

nus erit. Dixerat autē iesus de
morte eius: illi aūt putauerūt
quia de dormitione somni dice
ret. Tunc ergo iesus dixit eis
manifeste. Lazarus mortuus
est: ꝛ gaudeo ꝓpter vos vt creda
tis: q̄a nō erā ibi. Sed eamus
ad eū. Dixit ergo thomas qui
dicit̄ didimus ad cōdiscip̄los
Eamus ꝛ nos: ꝛ moriamur cū
eo. Venit itaqꝫ iesus: et inue-
nit eū quatuor dies iā in mo-
numento habentē. Erat aūt be-
thania iuxta hierosolymā q̄si
stadijs quindecim. Multi aūt
ex iudeis venerant ad marthā
ꝛ mariā: vt consolarent̄ eas de
fratre suo. Martha ergo vt au
diuit quia iesus venit: occurrit
illi: maria autē domi sedebat.
Dixit ergo martha ad iesum.
Dn̄e si fuisses hic: frater meus
nō fuisset mortuus. Sed ꝛ nūc
scio: quia quecunqꝫ poposce-
ris a deo: dabit tibi deus. Di-
cit illi iesus. Resurget frater tu
us. Dixit ei martha. Scio q̄a
resurget in resurrectiōe in no-
uissimo die. Dixit ei iesus.
Ego sum resurrectio et vita.
Qui credit in me etiam si mor
tuus fuerit viuet. Et oīs qui
viuit ꝛ credit in me: nō moriet̄
in eternū. Credis hoc? Ait illi.
Vtiqꝫ dn̄e. Ego credidi q̄a tu
es christus filius dei viui: qui
in hunc mundum venisti. Et
cum hec dixisset: abijt et voca-
uit mariam sororem suā silen
tio dicens. Magister adest: et
vocat te. Illa autē vt audiuit:
surrexit cito: et venit ad eum.
Nōdū eñ venerat iesus in ca-
stellum: sed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei martha.
Judei ergo qui erāt cū ea in do
mo ꝛ consolabant̄ eā: cum vi-
dissent mariā quia cito surre-
xit ꝛ exijt: secuti sunt eā dicen-
tes. Quia vadit ad monumē-
tū vt ploret ibi. Diuisio. Ma
ria ergo cū venisset vbi erat ie
sus: videns eū cecidit ad pedes
eius et dixit ei. Dn̄e: si fuisses
hic: nō fuisset mortuus frater
meus. Jesus ergo vt vidit eā
plorantem: ꝛ iudeos qui vene-
rāt cū ea plorātes: infremuit
spiritu: ꝛ turbauit seipsuꝫ ꝛ di-
xit. Vbi posuistis eū? Dicunt
ei. Domine: veni ꝛ vide. Et la-
chrymatus est iesus. Dixerūt
ergo iudei. Ecce quomō ama-
bat eum. Quidam autem ex
ipsis dixerunt. Nō poterat hic
qui aperuit oculos ceci nati fa-
cere: vt hic non moreretur. Je
sus autē rursum fremēs in se-
metipso: venit ad monumen-
tum. Erat autē spelunca: et la-

pis superpositus erat ei. Ait ie-
sus. Tollite lapidem. Dicit ei
martha: soror eius qui mortu
us fuerat. Dñe iã fetet: quatri
duanus est enĩ. Dixit ei iesus.
Nonne dixi tibi: quoniã si cre
dideris: videbis gloriã dei? Tu
lerunt ergo lapidẽ. Iesus aũt
eleuatis sursum oculis dixit.
Pater gratias ago tibi qm̃ au
disti me. Ego autẽ sciebã quia
semꝑ me audis: sed ꝓpter popu
lum qui circũstat dixi: vt cre-
dãt quia tu me misisti. Hec cũ
dixisset: voce magna clama-
uit. Lazare veni foras. Et sta-
tim ꝓdijt ꝗ fuerat mortuꝰ liga
tus manus ⁊ pedes institis: ⁊ fa
cies illius sudario erat ligata.
Dixit eis iesus. Soluite eũ et
sinite abire. Multi ergo ex iu-
deis qui venerant ad mariã et
marthã: et viderãt que fecit ie-
sus: crediderũt in eum. Offer.

Populũ humilem saluũ facies: et
oculos superborũ humiliabis: quo
niã quis deus p̃ter te dñe. Secre.

Munera nos dñe quesumus
oblata purificẽt: ⁊ te nobis iu
giter faciãt esse placatũ. Per.

Videns dñs sorores flen- Cõio.
tes lazari ad monumentũ: lachry-
matus est corã iudeis: et clamabat
lazare veni foras: et prodijt ligatis
manibus et pedibus: ꝗ fuerat qua-
triduanus mortuus. Compleñ.

Hec nos quesumus dñe parti
cipatio sacramenti: et a ꝓprijs
reatibus indesinẽter expediat:
⁊ ab oĩbꝰ tueat̃ aduersis. P.

Da qs̃ omni Sup populũ.
potens deus: vt ꝗ infirmitatis
nostre conscij de tua virtute cõ
fidimus: sub tua semꝑ ꝓtectio
ne gaudeamꝰ. Per. ¶ Sabba
to Intr.

Sitiẽtes venite
ad aquas dicit dñs: et qui
nõ habetis preciũ: venite
et bibite cũ leticia. Ps. Attendite
popule meꝰ legẽ meã: inclinate au-
rẽ vestrã in verba oris mei. Orõ.

Fiat quesumꝰ dñe ꝑ gra-
tiã tuam fructuosus no-
stre deuotiõis affectus: ꝗa tũc
nobis proderũt suscepta ieiu-
nia: si tue sint placita pietati.
Per. Lectõ Esaie ꝓphete. xlix.

Hec dicit dñs deꝰ: In tꝑe
placito exaudiui te: ⁊ in
die salutis auxiliatus sum tui
Et seruaui te: et dedi te ĩ fedus
populi: vt suscitares terrã ⁊ pos
sideres hereditates dissipatas:
vt diceres his ꝗ vincti sunt exi
te: ⁊ his qui in tenebris reuela
mini. Super vias pascent̃: ⁊ in
oĩbꝰ planis pascua eoꝝ. Nõ
esurient neq; sitiẽt: ⁊ nõ ꝑcutiet
eos estus ⁊ sol: quia miserator
eorum reget eos: et ad fontes

aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: et semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra iubilate montes laudem: quia consolatus est dominus populum suum: et pauperum suorum miserebitur. Et dixit sion. Dereliquit me dominus: et dominus oblitus est mei. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliviscar tui. Dicit dominus omnipotens. Grad. Tibi domine derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. V. Ut quid domine recessisti longe: despicis in opportunitatibus in tribulatione: dum superbit impius incenditur pauper. Secundum Johannem. viii.

In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit iesus et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso: verum est testimonium meum: quia scio unde veni et quo vado. Vos autem nescitis unde venio aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Et si iudico ego: iudicium meum verum est: quia solus non sum: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus. Neque me scitis: neque patrem meum. Si me sciretis: forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. Offer. Factus est dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus: sperabo in eum. Secre.

Oblationibus quesumus domine placare susceptis: et ad te etiam nostras rebelles converte propicius voluntates. Per. Com.

Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocavit: super aquam refectionis educavit me.

Tua nos domine quesumus sancta purificent: et operatione sua perficiant esse placatos. Per. Compl. Sup populum.

Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis quam irasci: da nobis digne flere mala que fecimus: ut tue consolationis gratiam invenire valeamus. Per.

¶ Dñica in passione Intro.

Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gēte nō sancta: ab hoīe iniquo ⁊ doloso eripe me: q̄a tu es deus me⁹ ⁊ fortitudo mea. Ps. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā: ipsa me deduxerūt et adduxerūt ī mōtē sanctū tuū. Ab hinc usq; ad pascha Glia patri

Vesum⁹ nō dicit. Oro.

Omps de⁹: familiā tuā ꝓpici⁹ respice: ut te largiēte regatur in corpe: ⁊ te seruāte custodiat ī mēte. P. Ad Hebre. ix.

Frēs: Christ⁹ assistēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ per ampli⁹ ⁊ ꝑfectius tabernaculū nō manufactū: id est nō hui⁹ creatiōis: neq; ꝑ sanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ: sed ꝑ ꝓprium sanguinē introiuit semel ī sancta: eterna redēptione inuēta. Si eñ sanguis hircoꝝ ⁊ thauroꝝ ⁊ cinis vituli aspsus inq̄natos sctificat ad emūdationē carnis: quantomagis sanguis christi q̄ ꝑ spm̄sctm̄ semet ipm̄ obtulit immaculatū deo emūdauit ꝯscientiā nostrā ab opibus mortuis ad seruiendū deo viuenti. Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedēte in redēptionē eaꝝ p̄uaricationū: q̄ erāt sub priori testamēto: repromissionē accipiant q̄ vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu dño nostro. Grad. Eripe me dñe de inimicis meis: doce me facere volūtatē tuā. V. Liberator me⁹ dñe de gētibus iracūdis: ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus. Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. V. Dicat nūc isrl: sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. V. Etem̄ nō potuerūt mihi: supra dorsum meū fabricauerunt peccatores. V. Prolongauerunt iniquitatē sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Scdm Johannē. viij.

In illo tēpore: Dicebat iesus turbis iudeorū ⁊ principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico: quare nō creditis mihi. Qui ex deo est verba dei audit. Propterea vos nō auditis: quia ex deo nō estis. Responderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Nonne bene dicimus nos: quia samaritan⁹ es tu: ⁊ demonium habes? Respōdit iesus. Ego demoniū non habeo: sed honorifico patrē meū: et vos inhonorastis me. Ego aūt nō quero gloriā meā. Est q̄ q̄rat ⁊ iudicet. Amē amē dico vobis si quis sermonē meū seruauerit: mortē nō videbit ī eternū.

Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus q̄a demoniū habes. Abraā mortuus est ꝛ ꝓphete: ꝛ tu dicis: si q̄s sermonē meū seruauerit: nō gustabit mortē in eternū. Nunquid tu maior es patre nostro abraā qui mortuus est? Et ꝓphete mortui sunt: quē teipm̄ facis? Respondit iesus. Si ego glorifico meipsū ꝫ gloria mea nihil est. Est pater meus q̄ glorificat me: quē vos dicitis q̄a deus noster est: ꝛ nō cognouistis eū. Ego aūt noui eū. Et si dixero q̄a nō scio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: et sermonē eius seruo. Abraā pater vester exultauit vt videret diē meum: et vidit ꝛ gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nōdum habes: ꝛ abraam vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis: anteq̄ꝫ abraam fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides vt iacerēt in eū. Jesus autē abscōdit se: et exiuit de templo. Offer. Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo: retribue seruo tuo vt viuam et custodiā sermones tuos: viuifica me scd̄m verbum tuū. Secre. Hec munera q̄s dn̄e vincula nostre prauitatis absoluāt: ꝛ tue nobis misericordie dona cōciliēt. Per.

Prefatio. Qui salutē humani generis. Et dicit᷑ vsq̄ꝫ ad cenā dn̄i inclusiue. Cōio. Hoc corpus quod ꝓ vobis tradet᷑: hic calix noui testamēti est in meo sanguine dicit dominus: hoc facite quotienscunq̄ꝫ sumitis in meā cōmemorationē. Cōplē. Adesto nobis dn̄e deus noster: vt quos tuis mysteriis recreasti: ꝑpetuis defende p̄sidiis. Per. ¶ Feria secūda Introitus.

Miserere mihi dn̄e q̄m cōculcauit me hō: tota die bellās tribulauit me. Ps̄. Cōculcauerunt me inimici mei tota die: q̄m multi bellātes aduersum me. Orō

Sanctifica q̄s dn̄e nr̄a ieiunia: ꝛ cūctaꝝ nobis indulgētiā ꝓpicius largire culparū. Per. Lectio Jone ꝓphete. iij.

In diebus illis. Factū est verbū dn̄i ad ionā ꝓphetam secūdo dicēs. Surge et vade ad niniuen ciuitatē magnā et predica in ea predicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: ꝛ abiit i niniuē iuxta verbū dn̄i. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum triū. Et cepit ionas introire in ciuitatē itinere diei vniꝰ et clamauit ꝛ dixit. Adhuc quadraginta dies: ꝛ niniue subuertet᷑ Et crediderūt viri niniuite in

dño: ꝛ predicauerunt ieiuniũ: et vestiti sunt saccis a maiore usqꝫ ad minorẽ. Et puenit verbũ ad regẽ niniue. Et surrexit de solio suo: ꝛ abiecit vestimẽtũ suũ a se: ꝛ indutus est sacco: ꝛ sedit i cinere: ꝛ clamauit ꝛ dixit in niniue ex ore regis ꝛ pncipũ eius dicẽs. Hoies ꝛ iumẽta et boues ꝛ pecora nõ gustent quicq̃ꝫ: nec pascantur: et aquã nõ bibãt: ꝛ operiant saccis homines ꝛ iumẽta: ꝛ clament ad dñm in fortitudine: ꝛ ꝯuertat vir a via sua mala: ꝛ ab iniq̃tate q̃ est in manibus eoꝝ. Quis scit si cõuertat ꝛ ignoscat deus: ꝛ reuertat a furore ire sue: ꝛ nõ peribimus. Et vidit deus opera eoꝝ: quia conuersi sunt de via sua mala. Et misert⁹ est populo suo dñs deus noster. Grad.

Deus exaudi orationẽ meã: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluũ me fac: ꝛ in virtute tua iudica me. Scdm Johannẽ. vij.

In illo tpe: Miserũt principes et pharisei ministros vt apprehẽderent iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ tempus vobiscũ sum: et vado ad eũ q̃ me misit. Queretis me ꝛ nõ inuenietis: et ubi ego sum vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo iudei ad semetipos. Quo hic iturus est quia non inueniem⁹ eũ? Nunquid in dispersionẽ gentiũ iturus est ꝛ docturus gẽtes? Quis est hic sermo quẽ dixit: q̃retis me ꝛ nõ inuenietis: ꝛ vbi sum ego: vos non potestis venire? In nouissimo aũt die magno festiuitatis: stabat iesus et clamabat dicẽs. Si q̃s sitit: veniat ad me ꝛ bibat. Qui credit in me sicut dicit scp̃tura: flumina de vẽtre eius fluent aque viue. Hoc aũt dixit de spũ quẽ accepturi erãt credẽtes i eũ. Offer.

Domine cõuertere et eripe animã meã: saluũ me fac ꝑpter misericordiã tuã. Secre. Cõcede nobis q̃s dñe de⁹ noster: ut hec hostia salutaris: ꝛ nroꝝ fiat purgatio delictoꝝ: et tue ꝓpiciatio maiestatis. Per. Cõio. Dñs virtutũ ipse est rex glorie. Cõplẽ.

Sacramẽti tui q̃s dñe participatio salutaris: et purificationẽ nobis tribuat ꝛ medelã. Per. Sup populũ. Da quesumus dñe populo tuo salutẽ mẽtis ꝛ corporis: vt bonis operibus inherẽdo: tua semꝑ mereatur protectione defendi. Per.

¶ Feria tertia Intr.

Expecta dñm: viriliter age ꝛ ꝯfortet cor tuũ: ꝛ sustine dñm. Ps. Dñs illuminatio mea

et salus mea: quem timebo. Oro.

Nostra tibi quãs dñe sint accepta ieiunia: q̃ nos et expiãdo gratia tua dignos efficiãt: et ad remedia perducãt eterna. Per. Lectio Daniel' ꝓphete ultimo.

In diebus illis: Congregati sunt babylonij ad regẽ: ꝛ dixerunt ei. Trade nobis danielẽ q̃ bel destruxit: ꝛ draconem interfecit: alioq̃n interficiem⁹ te et domũ tuã. Uidit ergo rex qꝫ irruerẽt in eũ vehemẽter: et necessitate cõpulsus tradidit eis danielẽ. Qui miserũt eũ in lacũ leonũ ꝛ erat ibi dieb⁹ sex. Porro in lacu erãt leones septẽ: ꝛ dabãtur eis duo corpora quotidie ꝛ due oues: ꝛ tunc nõ data sunt eis ut deuorarẽt danielẽ. Erat aũt abacuk ꝓpheta in iudea: et ip̃e coxerat pulmẽtũ: ꝛ intriuerat panes in alueolo: ꝛ ibat in campũ ut ferret messorib⁹. Dixitqꝫ angelus dñi ab abacuk. Fer prandiũ qd̃ habes i babylonẽ danieli: q̃ est i lacu leonũ Et dixit abacuk. Dñe babylonem nõ vidi: ꝛ lacũ nescio. Et app̃hendit eũ angelus dñi in vertice ei⁹: ꝛ portauit eũ capillo capitis sui: posuitqꝫ eũ i babylonẽ sup lacũ i impetu spũs sui. Et clamauit abacuk dicẽs Daniel serue dei: tolle prãdiũ qd̃ misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es mei deus: et nõ dereliq̃sti diligẽtes te. Surgensqꝫ daniel comedit. Porro angelus dñi cõfestim restituit abacuk in loco suo. Uenit ergo rex die septimo ut lugeret danielẽ: et venit ad lacũ et introspexit: ꝛ ecce daniel sedẽs in medio leonũ. Et exclamauit voce magna rex dicẽs. Magnus es dñe de⁹ danielis. Et extraxit eũ de lacu. Illos aũt q̃ ꝑditionis eius causa fuerãt intromisit in lacum: et deuorati sunt in momẽto corã eo. Tũc rex ait. Paueãt habitãtes in uniuersa terra deũ daniel': q̃a ipse est liberator ꝛ saluator: faciẽs signa et mirabilia i celo et in terra. Qui liberauit danielẽ de lacu leonũ. Grad. Discerne causam meã dñe: ab hoĩe iniquo et doloso eripe me. ℣. Emitte lucẽ tuã ꝛ veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt ꝛ adduxerũt in montẽ sanctũ tuum.

Scd̃m Johannem. vij.

In illo tpe: Ambulabat iesus in galileã. Non eñ volebat i iudeã ambulare: q̃a querebãt eũ iudei interficere. Erat autẽ in ꝓximo dies festus iudeorũ scenophegia. Dixerunt aũt ad eũ fratres eius. Transi

hinc ⁊ vade in iudeã: ut ⁊ disci
puli tui videãt opa tua q̃ facis
Nemo q̃ppe in occulto quid fa
cit: ⁊ querit ipse ĩ palã esse. Si
hec facis: manifesta teipm̃ mũ
do. Neqȝ eñ fratres eius crede
bãt in eũ. Dixit ergo eis iesus
Tẽpus meũ nondũ aduenit:
tẽpus autẽ vestrũ semꝑ est pa-
ratũ. Nõ potest mũdus odisse
vos. Me aũt odit: q̇a ego testi
moniũ ꝑhibeo de illo: q̇a ope-
ra eius mala sunt. Uos ascen
dite ad diẽ festũ hunc. Ego nõ
ascendã ad diẽ festũ istũ: quia
tempus meũ nondũ impletũ
est. Hec cũ dixisset: ipse mansit
in galilea. Ut aũt ascẽderunt
fratres eius: tunc ⁊ ip̃e ascẽdit
ad diẽ festũ: nõ manifeste: sed
quasi ĩ occulto. Judei ergo q̃re
bant eũ in die festo et dicebãt.
Ubi est ille? Et murmur mul-
tus de eo erat ĩ turba. Quidã
eñ dicebant q̇a bonus est: alij
aũt dicebãt nõ: sed seducit tur
bas. Nemo tamẽ palã loq̃bat̃
de illo propter metũ iudeorũ.
Sperẽt ĩ te oẽs q̃ nouerũt Offer.
nomẽ tuũ dñe: qm̃ nõ derelinquis
querẽtes te: psallite dño q̇ habitat
in sion: qm̃ nõ est oblitus orationẽ
pauperũ. Secre. Hostias tibi
dñe offerimus immolãdas: q̃
tꝑali nos cõsolatione letificẽt
ut eterna certiꝰ ꝓseq̃mur. P.
Redime me deus israel ex Cõio.
om̃ibus angustijs meis. Cõpleñ.
Da q̃ns omp̃s deus: ut q̇ di-
uina sunt iugiter exequentes:
donis mereamur celestibꝰ ap-
propinq̃re. Per. Sup ppl'm.
Da nobis q̃s dñe ꝑseueran
tem in tua voluntate famula-
tum: ut ĩ diebus nr̃is ⁊ merito
⁊ numero populus tibi seruiẽs
augeat̃. P d. ¶ Feria q̃rta
Liberator meꝰ de Intro.
gẽtibus iracũdis: ab insur
gẽtibus ĩ me exaltabis me
a viro iniquo eripies me dñe. Ps.
Diligã te dñe virtꝰ mea: dñs firma
mentũ meũ ⁊ refugiũ meũ. Orõ.
Sanctificato hoc ieiunio
deus tuoꝝ corda fideliũ
miserator illustra: et quibꝰ de-
uotiõis p̃stas affectũ: p̃be sup-
plicãtibꝰ piũ benignꝰ auxiliũ.
Per. Lectio libri Leuitici. xix
In diebus illis: Locutus
est dñs ad moysen dicens
Ego suȝ dñs deus vester. Nõ
facietis furtũ: nec mẽtiemini:
nec decipiet unusquisqȝ ꝓximũ
suũ. Nõ ꝑiurabis ĩ noĩe meo:
nec pollues nomẽ dei tui. Ego
dñs. Nõ facies calumniã ꝓxi
mo tuo: nec vi opprimes eũ.
Nõ morabit̃ opꝰ mercẽnarij
tui apud te usqȝ mane. Non

maledices surdo: nec corã ceco pones offendiculũ: sed timebis dñm deũ tuũ: q̃a ego sum dñs Non facies qđ iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nõ ꝯsyderes personã paupis: nec honores vultũ potẽtis. Iuste iudica ꝓximo tuo. Nec eris criminator nec susurro i populis. Nõ stabis ꝯtra sanguinẽ ꝓximi tui. Ego dñs. Non oderis fratrẽ tuũ i corde tuo: sed publice argue eũ: ne habeas sup illo peccatũ. Nõ q̃ras vltionẽ: nec memor eris iniurie ciuiũ tuorũ. Diliges amicũ tuũ sicut teipm. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego eñ sum dñs de⁹ vr̃.

Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Grad. ℣. Dñe deus meus clamaui ad te: ꝛ sanasti me: abstraxisti ab inferis aĩaȝ meã: saluasti me a descẽdentib⁹ in lacũ. Scđm Iohã. x

In illo tpe: Facta sunt encenia in hierosolymis: et hyems erat. Et ambulabat iesus in tẽplo in porticu salomonis. Circũdederũt ergo eũ iudei: ꝛ dicebãt ei. Quousq̃ꝫ aĩaȝ nostrã toll'? Si tu es christus: dic nobis palã. Respondit eis iesus. Loquor vobis: ꝛ nõ creditis. Opa q̃ ego facio in noĩe pr̃is mei: hec testimoniũ ꝑhibent de me. Sed vos nõ creditis: q̃a nõ estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocẽ meã audiũt: ꝛ ego cognosco eas: et sequũtur me. Et ego vitã eternã do eis: ꝛ nõ ꝑibũt i eternũ: ꝛ nõ rapiet eas quisq̃ꝫ de manu mea. Pater me⁹ qđ dedit mihi maius oĩbus est: ꝛ nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ꝛ pater vnũ sumus. Sustulerũt ergo lapides iudei ut lapidarẽt eũ. Respõdit eis iesus. Multa bona opa ostendi vobis ex pr̃e meo: ꝑpter qđ eoꝝ opus me lapidatis? Respõderũt ei iudei. De bono ope nõ lapidam⁹ te: sed de blasphemia: ꝛ q̃a tu hõ cũ sis: facis teipm deũ. Respõdit eis iesus. Nõne scriptũ est in lege vestra: q̃a ego dixi dij estis? Si illos dixit deos: ad quos sermo dei fact⁹ est: ꝛ nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit ꝛ misit i mundũ: vos dicitis: q̃a blasphemas: quia dixi fili⁹ dei sũ? Si nõ facio opa patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: ꝛ si mihi nõ vultis credere: opib⁹ credite: ut cognoscatis ꝛ credatis quia in me est pater: et ego in patre. Offer. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me domine.

Annue misericors de- Secre.
us: ut hostias placatiōis ⁊ lau
dis: syncero tibi deferamꝰ ob-
sequio. Per. Cōio. Lauabo in
ter innocētes manꝰ meas: ⁊ circui-
bo altare tuū dn̄e: ut audiā vocem
laudis tue: ⁊ enarrē uniuersa mira-
bilia tua. Cōpl̄. Celestis doni
bn̄dictiōe ꝑcepta supplices te
deus omp̄s dep̄camur: ut hoc
idē nobis ⁊ sacramēti causa sit
et salutis. Per. Sup ppulū.
Adesto supplicatiōibꝰ nostris
omp̄s deus: ⁊ quibꝰ fiduciā spe
rāde pietatis indulges: ꝯsuete
miscd̄ie tribue benignꝰ effectū.
Per. ¶ Feria quinta Intro.
Omnia que fecisti nobis do
mine ī vero iudicio fecisti:
quia peccauimꝰ tibi: ⁊ man
datis tuis nō obediuimꝰ: sed da glo
riā nomini tuo: et fac nobiscū scd̄m
multitudinē miscd̄ie tue. Ps. Ma
gnus dn̄s ⁊ laudabil̄ nimis: in ciui
tate dei nostri in mōte sancto eius.
Presta qs̄ omp̄s Oro.
deus: ut dignitas cōdi-
tiōis humane ꝑ imoderantiā
sauciata: medicinal̄ parsimo-
nie studio reformet̄. P. Lcō
In diebꝰ Daniel̄ ꝓphe. iij
illis: Orauit daniel dicēs
Dn̄e deus ne despicias ppl̄m
tuū ꝓpter nomē tuū: ⁊ ne dissi-
pes testamentū tuū: neqꝫ aufe-
ras miscd̄iam tuā a nobis ꝓ-
pter abraā dilectū tuū: ⁊ ysaac
seruū tuū: ⁊ israel sanctū tuū:
quibꝰ locutꝰ es pollicēs: q̄ mul
tiplicares semen eoꝝ sicut stel-
las celi: ⁊ sicut arenā que est in
littore maris: q̄a dn̄e iminuti
sumus plus q̄ꝫ om̄es gētes: su
musqꝫ humiles ī uniuersa ter-
ra hodie ꝓpter peccata nr̄a. Et
nō est in tēpore hoc princeps ⁊
dux et ꝓpheta: neqꝫ holocau-
stum: neqꝫ sacrificiū: neqꝫ ob-
latio: neqꝫ incēsuꝫ: neqꝫ locus
primitiaꝝ corā te: ut possimus
inuenire misericordiā: sed in
animo cōtrito ⁊ spiritu humi-
litatis suscipiamur. Sicut in
holocausto arietū ⁊ thaurorū
⁊ sicut in milibus agnoꝝ pin-
guiū: sic fiat sacrificiū nostrū
in cōspectu tuo hodie ut place-
at tibi: quoniā non est confu-
sio confidētibus in te. Et nūc
sequimur te in toto corde: ⁊ ti-
memus te: ⁊ q̄rimus faciē tuā.
Ne cōfundas nos: sed fac no-
biscū iuxta māsuetudinē tuā:
⁊ scd̄m multitudinē misericor
die tue: ⁊ erue nos in mirabili
bus tuis: et da gloriā nomini
tuo dn̄e: et confundant̄ om̄es
qui ostēdūt seruis tuis mala.
Confundant̄ in omni poten-
tia: et robur eorū cōteratur: et

sciãt q̃a tu es dñs deus solus ⁊ gloriosus super omnẽ terrã. Dñe deus noster. Grad. Tollite hostias ⁊ introite ĩ atria ei⁹: adorate dñm ĩ aula sancta ei⁹. ℣. Reuelabit dñs cõdẽsa: ⁊ ĩ tẽplo ei⁹ oẽs dicẽt gloriã. Scdm Johãnẽ. vij

In illo tpe: Cũ audissent quidã de turba sermones iesu dicebãt. Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebãt. Hic est christ⁹ Quidã aũt dicebãt. Nũquid a galilea christ⁹ venit? Nõne scptura dicit: q̃a ex semine dauid et bethleẽ castello vbi erat dauid venit christ⁹? Dissensio itaq; facta est ꝓpter eũ ĩ turba. Quidã aũt ex ipis volebãt apprehẽdere eũ: sed nemo misit sup illũ man⁹. Venerũt ergo ministri ad põtifices et phariseos: et dixerũt eis illi. Quare nõ adduxistis eũ? Dixerũt ministri. Nunq̃ȝ sic locut⁹ est hõ sicut hic hõ loquif. Responderũt ergo eis pharisei. Nunq̃d ⁊ vos seducti estis? Nunquid aliq̃s ex principibus credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec q̃ nõ nouit legẽ maledicti sunt. Dicit nicodem⁹ ad eos: ille q̃ venit ad eũ nocte: q̃ vnus erat ex ipis. Nũquid lex nostra iudicat hominem: nisi audierit ab ipo prius ⁊ cognouerit quid faciat? Responderũt ⁊ dixerũt ei. Nũquid ⁊ tu galileus es? Scrutare scpturas et vide: quia ꝓpheta a galilea nõ surgit. Et reuersi sunt vnusq̃sq; in domũ suã. Offer. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuim⁹: dũ recordaremur tui sion. Domine de⁹ noster q̃ Secre. in his poti⁹ creaturis quas ad fragilitatis nr̃e subsidiũ contulisti: tuo quoq; nomini munera iussisti dicãda constitui: tribue quesumus: vt ⁊ vite nobis p̃sentis auxiliũ: et eternitatis efficiant sacramẽtũ. P. Memento verbi tui seruo Cõio. tuo: in quo mihi spem dedisti: hec me cõsolata est in humilitate mea. Quod ore sumpsi- Compleñ. mus dñe pura mẽte capiam⁹: et de munere tẽporali fiat nobis remediũ sempiternũ. P. Esto dñe ꝓpici- Sup populũ. us plebi tue: vt q̃ tibi nõ placent respuens: tuorũ potius repleanf delectationibus mandatorũ. Per. ¶ Feria sexta

Miserere mihi do Intr. mine qm̃ tribulor: libera me et eripe me de manibus inimicorũ meorũ: ⁊ a ꝑsequentibus me dñe: nõ cõfundar quoniã inuocaui te. Ps. In te dñe speraui nõ confundar in eternũ: in iusti-

cia tua libera me. Oratio.

COrdibus nr̃is quẽs dñe
grãz tuã benign⁹ infunde
ut pctã nr̃a castigatiõe volũta
ria cohibentes: tẽpaliter potius
maceremur: q̃z suppliciis depu
temur eternis. P. Lctõ Hie

IN dieb⁹ remie ꝓphe. xvii.
ill': Dixit hieremias. Dñe
oẽs q̃ te derelinquũt ꝯfunden
tur: recedẽtes a te ĩ terra scribẽ
tur: qm̃ dereliq̃rũt venã aqua
rum viuentiũ dñm. Sana me
dñe ⁊ sanabor: saluũ me fac et
saluus ero: qm̃ laus mea tu es
Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est
verbũ dñi? Ueniat: ⁊ ego non
sum turbat⁹ te pastorẽ sequẽs:
⁊ diẽ hoĩs nõ desyderaui. Tu
scis qđ egressum est de labiis
meis: rectũ in ꝯspectu tuo fuit:
nõ sis mihi tu formidini: sed
spes mea in die afflictiõis. Cõ-
fundant̃ q̃ me ꝑsequunt̃: ⁊ nõ
cõfundar ego. Paueãt illi: et
nõ paueã ego. Induc sup eos
diẽ afflictiõis: et duplici cõtri-
tiõe cõtere eos dñe de⁹ noster.

Pacifice loquebant̃ mihi Grad.
inimici mei ⁊ ĩ ira molesti erãt mihi
V. Uidisti dñe de⁹ me⁹ ne sileas: ne
discedas a me. Scđm Johannẽ

IN illo tẽpore. College- xi.
runt pontifices et phari-
sei conciliũ: et dicebãt. Quid
facimus? quia hic homo mul-
ta signa facit. Si dimittimus
eũ sic: omnes credent in eũ. Et
veniẽt romani: ⁊ tollẽt nostrũ
locũ ⁊ gentẽ. Un⁹ aũt ex ipsis
cayphas noĩe: cũ esset põtifex
anni illi⁹ dixit eis. Uos nesci-
tis q̃cq̃z nec cogitatis: q̃a expe-
dit vobis ut un⁹ moriat̃ hõ ꝓ
ppl'o: ⁊ nõ tota gẽs pereat. Hoc
aũt a semetipo nõ dixit: sed cũ
esset põtifex anni illi⁹ ꝓpheta-
uit q̃a iesus moritur⁹ erat ꝓ gẽ
te. Et nõ tm̃ ꝓ gẽte: sed ut fili-
os dei q̃ erãt dispsi cõgregaret
ĩ unũ. Ab illo ergo die cogita-
uerũt ut interficerẽt eũ. Jesus
ergo iã nõ ĩ palã ambulabat
apud iudeos: sed abiit ĩ regio-
nẽ iuxta desertũ ĩ ciuitatẽ q̃ di-
cit̃ effrem: ⁊ ibi morabat̃ cũ di
scipulis suis. Offer. Bñdict⁹ es
dñe: doce me iustificatiões tuas: et
nõ tradas calumniãtibus me sup-
bis: ⁊ respõdebo exprobrãtib⁹ mihi
verbũ. Secre. Presta nobis mi
sericors de⁹: ut tuis digne sem
per altarib⁹ seruire mereamur
et eorũ perpetua participatio-
ne saluari. Per. Cõio. Ne tra
dideris me dñe in animas ꝑsequen
tiũ me: qm̃ insurrexerũt ĩ me testes
iniqui: ⁊ mentita est iniquitas sibi.
Sumpti sacrificii Compleñ.
dñe perpetua nos tuitio nõ de-

relinquat: ꝛ noxia semꝑ a nob̄
cūcta depellat. P. Sup pp̄l'm
Concede qm̄s omp̄s deus: ut
qui ꝓtectionis tue gratiā que-
rim⁹: liberati a malis om̄ibus
secura tibi mente seruiamus.
Per. Sabbato Intr̄. Miserere-
re mihi dn̄e. p totū i cātu. Oro.
DA nobis qm̄s dn̄e obser
uantiā legitimā deuo-
tionēqꝫ perfectā: ut cū refrena-
tione carnalis alimonie: san-
cta tibi ꝯuersatiōe placeamus
Per. Lectio Hieremie ꝓphete.
IN diebus illis. Di- xviij.
xerūt impij iudei ad inui-
cē. Uenite ꝛ cogitemus contra
iustū cogitatiōes. Nō em̄ peri-
bit lex a sacerdote: neqꝫ cōsiliū
a sapiēte: nec sermo a ꝓpheta.
Uenite ꝛ ꝑcutiam⁹ eū lingua:
ꝛ nō attēdamus ad uniuersos
sermones eius. Attēde dn̄e ad
me: et audi vocē aduersariorū
meorū. Nūquid reddit̄ ꝓ bo-
no malū: quia foderūt foueā
anime mee. Recordare ꝙ stete
rim in conspectu tuo: ut loque-
rer ꝓ eis bonū: ꝛ auerterē indi-
gnationē tuam ab eis. Pro-
pterea da filios eorū in famē:
ꝛ deduc eos in manus gladij.
Fiāt uxores eoꝝ absqꝫ liberis
ꝛ vidue: ꝛ viri earū interfician
tur morte. Juuenes eoꝝ cōfo-
diantur gladio in prelio: au-
diat̄ clamor de domibus eoꝝ.
Adduces em̄ sup eos latronē
repente: quia foderūt foueā ut
caperēt me: et laqueos abscōde-
runt pedibus meis. Tu aūt do-
mine scis omne consiliū eorū
aduersum me in mortē. Ne ꝓ
pitieris iniquitati eorū: et pec-
catū eorū a facie tua nō delea-
tur. Fiant corruentes in cōspe
ctu tuo dn̄e i tēpore furoris tui
dn̄e deus noster. Scd̄m Johā
IN illo tēpore: nem. xviij.
Subleuatis iesus oculis
in celū dixit. Pater venit ho-
ra: clarifica filiū tuū: ut filius
tuus clarificet te. Sicut dedi-
sti ei potestatē om̄is carnis: ut
om̄e quod dedisti ei: det eis vi-
tam eternā. Hec est autē vita
eterna: ut cognoscant te solū
verū deū: et quē misisti iesum
christū. Ego te clarificaui suꝑ
terrā: opus cōsummaui quod
dedisti mihi ut faciā. Et nunc
clarifica me tu pater apud te-
metipsum: claritate quam ha-
bui prius q̄ꝫ mūd⁹ esset apud
te. Manifestaui nomen tuum
hominibus quos dedisti mihi
de mūdo: tui erāt: et mihi dedi
sti: ꝛ sermonē tuū seruauerunt
Nūc cognouerūt q̇a oīa q̄ de-
disti mihi abs te sunt. Quia

verba q̄ dedisti mihi dedi eis:
et ipsi acceperūt: ⁊ cognouerūt
vere q̄a a te exiui: et crediderūt
q̄a tu me misisti. Ego ꝓ eis ro-
go: nō ꝓ mūdo rogo: sed ꝓ his
quos dedisti mihi: q̄a tui sunt
Et mea oīa tua sunt ⁊ tua mea
sunt: ⁊ clarificat⁹ sum ī eis. Et
iam nō sum in mundo: ⁊ hij in
mūdo sunt: et ego ad te venio.
Diuisio. Pater sancte: serua
eos ī noīe tuo quos dedisti mi
hi: ut sint vnū sicut et nos. Cū
essem cū eis: ego seruabā eos ī
noīe tuo. Quos dedisti mihi
ego custodiui: ⁊ nemo ex eis ꝑ
ijt nisi fili⁹ ꝑditiōis: ut scrip̄tu-
ra ipleat̄. Nūc aūt ad te venio
⁊ hec loquor ī mūdo: ut habeāt
gaudiū meū impletū in semet
ipis. Ego dedi eis sermonē tu
um: ⁊ mund⁹ eos odio habuit
q̄a nō sunt de mūdo sicut ⁊ ego
nō sum de mundo. Non rogo
ut tollas eos de mundo: sed ut
serues eos a malo. De mundo
nō sunt: sicut ⁊ ego nō sum de
mundo. Sanctifica eos in ve-
ritate. Sermo tuus veritas est
Sicut tu me misisti in mundū
et ego misi eos in mundū. Et
pro eis ego sanctifico meip̄m:
ut sint ⁊ ipsi sanctificati in ve-
ritate. Non pro eis rogo tm̄:
sed ⁊ ꝓ eis qui credituri sunt ꝑ
verbū eorū in me: ut oēs vnū
sint: sicut tu pater ī me ⁊ ego in
te: ut ⁊ ipi ī nobis vnū sint: ut
credat mūdus quia tu me misi
sti. Et ego claritatē quā tu de-
disti mihi dedi eis: ut sint vnū
sicut ⁊ nos vnū sum⁹. Ego in
eis ⁊ tu ī me: ut sint ꝯsummati
in vnū: et cognoscat mūd⁹ q̄a
tu me misisti: ⁊ dilexisti eos si-
cut ⁊ me dilexisti. Pater quos
dedisti mihi: volo ut ubi sum
ego et illi sint mecū: ut videāt
claritatē meā quā dedisti mihi
quia dilexisti me ante cōstitu-
tionē mūdi. Pater iuste: mū-
dus te nō cognouit. Ego autē
te cognoui: ⁊ hi cognouerunt
quia tu me misisti. Et notū fe-
ci eis nomen tuū: ⁊ notū faciā
ut dilectio qua dilexisti me in
ipsis sit: et ego in ipsis. Secre.
A cūctis nos quesumus dn̄e
reatibus et periculis ꝓpiciatus
absolue: quos tāti mysterij tri
buis esse ꝯsortes. Per. Cōpl.
Diuini muneris largitate sa
tiati quesum⁹ dn̄e deus noster
ut huius semp̄ participatiōe
viuamus. Per. Sup populū.
Tueat̄ quesumus dn̄e dexte-
ra tua populū tuū deprecantē:
et purificatū clementer erudi-
at: ut consolatione p̄senti ad
futura bona proficiat. Per.

¶ Ordo processionis in die Palmarum. Cōsecrato sale ⁊ aqua cū sacerdos asperserit Cantor incipit R. Saluum me fac. R. Noli

Deus quē Oro. mihi esse. diligere ⁊ amare iusticia est: ineffabilis grē tue dona in nobis multiplica: ut q̄ fecisti nos ī morte filij tui sperare q̄ credim⁹: fac nos ipo resurgēte ad eandē puenire. P. Imme

diate Lectio sine titulo.

In dieb⁹ illis: Venerūt filij israel ī helym ubi erāt duodecim fontes aquaꝝ ⁊ septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aq̄s. Profectiq; de helym venit oīs multitudo filioꝝ isrl' ī desertū syn: q̄d est inter helym ⁊ synai: q̄ntadecima die mēsis secūdi: postq̄; egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit oīs ꝯgregatio filioꝝ israel contra moysen et aaron in solitudine. Dixeruntq; filij isrl' ad eos. Utinā mortui essemus p manū dn̄i in terra egypti: quādo sedebamus sup ollas carniū ⁊ comedebamus panē in saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud: ut occideretis omnē multitudinē hanc fame? Dixit aūt dn̄s ad moysen. Ecce ego pluā vobis panes de celo. Egrediat̄ populus ⁊ colligat que sufficiūt per singulos dies: ut temptē eū: utrū ambulet in lege mea an nō. Die aūt sexto parēt quod inferant: et sit duplū quā colligere solebant per singulos dies. Dixerūtq; moyses et aaron ad om̄es filios israel. Vespere scietis q̄ dominus eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloriā eius. An. Collegerunt pontifi. Euangeliū sine titulo. Scd̄m Lucā. xix.

In illo tēpore: Cū appropinquasset iesus ad bethphage et bethaniā: ad montē qui vocatur oliueti: misit duos discipulos suos dicēs. Ite in castellū q̄d contra vos est. In quod introeūtes inuenietis pullū asine alligatū: cui nemo unq̄; hoīm sedit. Soluite illū: ⁊ adducite. Et si quis vos interrogauerit quare soluitis sic dicetis ei. Quia dn̄s operā eius desyderat. Abierūt autē qui missi erant: et inuenerunt sicut dixit illis stantē pullum Soluētib⁹ aūt illis pullū: dixerunt dn̄i eius ad illos. Quid soluitis pullū? At illi dixerūt Quia dn̄s eū necessarium habet. Et duxerūt illū ad iesum. Et iactantes vestimēta sua supra pullū: imposuerūt iesum.

Euᷓte aūt illo ſubſternebāt veſtimēta ſua ī via. Et cū appropinquaret iā ad deſcēſum mōtis oliueti: ceperūt oēs turbe deſcendentiū gaudētes laudare deū voce magna ſuꝑ oībus quas viderāt virtutibꝰ dicētes Bn̄dictꝰ q̄ venit rex ī noīe dn̄i pax in terra: ⁊ gloria ī excelſis Et quidā phariſeoꝝ de turbis dixerunt ad illū. Magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibꝰ ipſe ait. Dico vobis: q̄a ſi hi tacuerint: lapides clamabunt.

Benedictio Palmarū.

Deus cuiꝰ filius ꝓ ſalute humani generis de celo deſcēdit ad terras: ⁊ appropinquāte hora paſſiōis ſue hieroſolymā venire in aſino: ⁊ a turbis rex appellari ac laudari voluit. Bene✠dicere dignare hos palmaꝝ ceterarūqꝫ frōdiū ramos: vt oēs q̄ laturi eos ſunt: ita bn̄dictiōis tue dono repleātur: q̄tenus ī hoc ſeculo hoſtis antiq̄ tēptamēta ſuꝑare: ⁊ fructu bonoꝝ opeꝝ tibi valeāt apparere. Per. Itē ad nullā benedictionē nec paſſionē dicit̄

Dn̄s vobiſcū. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: q̄ in diluuij effuſiōe noe famulo tuo ꝑ os colūbe geſtātis ramū oliue: pacē terris reddi- tam nūciaſti: te ſupplices depcamur: vt hāc creaturā floꝝ et arboꝝ quā ante cōſpectū glorie tue offerimꝰ virtus tua ſanctificet: vt deuotꝰ populus tuꝰ in manibus eas ſuſcipiēs: bn̄dictiōis tue gloriā ꝯſequat̄. P.

Oro.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ: mūdi flos: odor ſuauitatis: ⁊ origo naſcētiū: q̄ oīa legis ⁊ ꝓphetaꝝ oracl'a: in filij tui dn̄i nr̄i ieſu chriſti humilitate declaraſti. Quiqꝫ etiā hieroſolymā veniēti: deuotā tibi cū ramis palmaꝝ: ⁊ myſticis laudibus hodierna die turbā obuiā ꝓcedere feciſti: reſpice ꝓpiciꝰ ad deuotā populi tui ſeruitutē: ⁊ eiuſdē creature nouitatē tua virtute ſancti✠fica ⁊ ſicut tūc prioris gratꝰ extitit deuotionis affectus: ita nos quoqꝫ in cōfeſſione veritatis noīs eius hec eadē ꝑ reuoluta tp̄a frequētantes: dignis ſenſibus gratū deferamꝰ obſequiū vt velut floꝝ veritate pijs vernātes ſtudijs: ſarcina carnis depoſita: cū odore bonorū operum in celeſti hieruſalē eidē filio tuo dn̄o nr̄o ieſu chriſto valeamꝰ occurrere. Per. Oro.

Exorcizo te creaturā floꝝ vel frōdiū ī noīe dei patris oīpotētis: et in noīe ieſu

christi filij eius: et in virtute spiritussancti. Exorcizo te omnis virtus aduersarij: omnisque exercitus diaboli: et omnis inimici spiritus: omnis incursio demonum ut eradiceris et explanteris ab hac creatura florum et frondium: ut hanc gerentes: et ad dei gratiam festinantes: non inquietare vel illudere presumas. Per e. Oratio.

Deus qui filium tuum unigenitum pro redemptione nostra dignatus es dirigere: ut populum tuum ab initio in peccati profunditate dimersum a morte reuocares ad vitam: et chyrographo letali deleto: sanguine filij tui gentibus innouares regnum. Per

Deus qui dispsa Oratio. eum. congregas: et congregata conseruas: qui populis obuiam christo ramos palmarum portantibus benedixisti. Bene ✠ dic etiam et hos ramos palmarum vel arborum: quos famuli tui ad honorem nominis tui fideliter suscipiunt: ut in quibuscunque locis introducti fuerint: benedictionem tuam consequantur ut omni aduersa valitudine effugata: dextera tua protegat quos redemit. Per eundem do.

Per omnia secula seculorum. Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Eterne deus. Mundi conditor: omniumque creaturarum mirabilis dispositor: deus qui inter ipsa mundi primordia: cum ex nihilo cuncta conderes ligna quoque fructifera diuerso usui congrua: terram producere iussisti: et post maledictum interdicte arboris omnia nobis per obedientiam filij tui in benedictionem conuertisti. Bene ✠ dic etiam hos multigenarum arborum ramos: inter quos arbor oliue pinguedine cunctas precellit. Per quam etiam cum mundi crimina quondam diluuio expiarentur effuso: columba ramum eiusdem deferens: pacem terre redditam nunciauit. Necnon et innocens turba: spiritusancto afflata: unigenito tuo pro totius mundi salute passuro obuiam currens palmarum: et huius arboris ramos abscidens: et vestigijs eius substernens: iam quasi triumphantem deuicto mortis principe ostendebat. Te igitur supplices domine deprecamur: ut qui annua deuotione eiusdem redemptoris nostri sacratissimam preuenire nitimur passionem: ipso adiuuante palmam victorie tenentes: atque oleo misericordie intrinsecus refulgentes: in

eius sancta resurrectiõe p̃miũ
vite ⁊ imortalitatis coronã p̃-
cipere mereamur. Per. Oro.

DEus q̃ filiũ tuũ dñm no
strũ iesum christũ p salu
te nr̃a ĩ hũc mũdũ misisti: ut se
humiliaret: ⁊ nos ad te reuoca
ret: q̃ etiã ad hoc hierl'm venit
ut impleret scp̃turas credentiũ
populorũ: turba fidelissima q̃
mira deuotiõe ramos palmarꝝ
⁊ vestimẽta sua ĩ via sternebãt
sic ⁊ nobis p̃stare digneris: ut
eandẽ fidei p̃parem⁹ viã: ut re-
moto lapide offensionis: ⁊ pe-
tra scãdali: apud te opa nr̃a iu
sticie ramis frõdeãt: ut ei⁹ vesti
gia seq̃ mereamur. P eũ. Im
mediate dicit. Et bñdictio dei
prĩs ⁊ filij ⁊ spũssancti descẽdat
Deinde thurificent ⁊ aspgant
Postea canitur añ. Pueri he-
breorũ.

OMnipotẽs Oro.
sempiterne de⁹: q̃ christi
filij tui nos beata passiõe repa
ras: cõserua ĩ nobis opa mise-
ricordie tue: ut hui⁹ celebritate
mysterij ppetua deuotiõe viua
mus. P. ¶ Ad missam Intr.

Domine ne longe fa
cias auxiliũ tuuz a
me: ad defensionem
meam aspice: libera
me de ore leonis: et
a cornibus unicorniũ humilitatẽ
meã. Ps. Deus deus me⁹ respice
in me: quare me dereliq̃sti lõge a sa
lute mea verba delictoꝝ meorum.

OMnipotẽs sempi- Oro.
terne de⁹: q̃ humano ge-
neri ad imitãdũ humilitatis
exẽplũ saluatorẽ carnẽ sume-
re et crucẽ subire fecisti: cõcede
q̃s: ut et patiẽtie ipsi⁹ habere
documẽta ⁊ resurrectiõis cõsor-
tia mereamur. P eũ. Ad Phi
lippẽses. ij.

FRẽs: Hoc ẽm
sentite ĩ vobis: qđ ⁊ ĩ chri
sto iesu. Qui cũ ĩ forma dei es-
set: non rapinã arbitratus est
esse se equalẽ deo: sed semetipm
exinaniuit formã serui accipi-
ens ĩ similitudinẽ hoim fact⁹:
⁊ habitu inuẽtus ut hõ: humi-
liauit semetipm fact⁹ obediẽs
usq; ad mortẽ: mortẽ aũt cru-
cis. Propter qđ ⁊ deus exalta
uit illũ: ⁊ donauit illi nomẽ qđ
est sup omne nomẽ: ut in noĩe
iesu om̃e genu flectat: celestiũ:
terrestriũ ⁊ infernoꝝ: ⁊ oĩs lin
gua cõfiteat: q̃a dñs iesus chri
stus in gloria est dei patris.

Tenuisti manũ dexteram Grad.
meã: ⁊ ĩ volũtate tua deduxisti me:
⁊ cũ gloria assumpsisti me. V. Quã
bonus israel deus rectis corde: mei
autẽ pene moti sunt pedes: pene ef-
fusi sunt gressus mei: quia zelaui in
peccatoribus: pacẽ peccatorũ vidẽs.

Deus deus meus re- Tractus. spice in me: quare me dereliquisti. ℣. Lōge a salute mea verba delictorū meoꝝ. ℣. Deus meus clamabo ꝑ diē ⁊ nō exaudies: ⁊ nocte et non ad insipientiā mihi. ℣. Tu aūt in sancto habitas laus israel. ℣. In te sperauerūt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerunt ⁊ nō sunt cōfusi. ℣. Ego aūt sum vermis ⁊ nō hō: opprobriū hominū ⁊ abiectio plebis. ℣. Oēs qui videbāt me aspernabanť me: locuti sunt labijs et mouerūt caput. ℣. Sperauit in dn̄o eripiat eū: saluū faciat eū qm̄ vult eū. ℣. Ipsi vero cōsyderauerūt ⁊ inspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: et super vestē meā miserūt sortē. ℣. Libera me de ore leonis: ⁊ a cornib' vnicorniū humilitatē meā. ℣. Qui timetis dn̄m laudate eū: vniuersum semē iacob magnificate eū. ℣. Annunciabiť dn̄o generatio vētura: ⁊ annūciabūt celi iusticiā ei'. ℣. Populo q̄ nasceť quē fecit dominus.

Passio dn̄i nostri iesu christi scd̄m Matheum. xxvj.

In illo tp̄e: Dixit iesus discī. suis. Scitis q̄a post biduū pascha fiet: ⁊ fili' hoīs tradeť vt crucifigať. Tūc cōgregati sunt ꝑncipes sacerdotū ⁊ seniores populi in atriū ꝑncipis sacerdotū: qui dicebať cayphas: et consiliū fecerūt vt iesum dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebāt autē. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Cū autē esset iesus in bethania in domo simonis leprosi: accessit ad eū mulier habēs alabastrū vngēti preciosi: ⁊ effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes aūt discipuli: indignati sunt dicentes. Vt quid perditio hec? Potuit eñ istud venundari multo: et dari pauperibus. Sciens autē iesus: ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. Opus eñ bonū operata est in me. Nā semꝑ pauperes habetis vobiscū: me autē nō semꝑ habebitis. Mittens eñ hec vngentū hoc in corpus meum: ad sepeliendū me fecit. Amen dico vobis: vbicunq; predicatū fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur: et qd̄ hec fecit in memoriā eius. Tūc abijt vnus de duodecim qui dicitur iudas scarioth: ad principes sacerdotū: et ait illis. Quid vultis mihi dare: et ego vobis eum tradā. At illi constituerunt ei triginta argēteos. Et exinde querebat opportunitatē vt eum traderet. Prima autē die azimorū ac-

cesserũt discipuli ad iesum di-
centes. Ubi vis paremus tibi
comedere pascha? At iesus di-
xit. Ite in ciuitatẽ ad quẽdã ⁊
dicite ei. Magister dicit: tẽpus
meũ prope est: apud te facio pa
scha cũ discipulis meis. Et fe-
cerũt discipuli sicut constituit
illis iesus: ⁊ parauerũt pascha
Uespere aũt facto discumbebat
cũ duodecim discipul'. Et edẽ-
tibus illis dixit. Amẽ dico vo
bis: quia vnus vestrũ me tra-
diturus est. Et ꝯtristati valde
ceperũt singuli dicere. Nunq̇d
ego sum dñe? At ipe respõdẽs
ait. Qui intingit mecũ manũ
in parapside: hic me tradet. Fi
lius q̇dẽ hoĩs vadit sicut scri-
ptũ est de illo: ve autẽ homini
illi ꝑ quẽ filius hoĩs tradetur
Bonũ erat ei: si natus nõ fuis-
set hõ ille. Respondẽs aũt iu-
das qui tradidit eũ dixit. Nũ-
quid ego sum rabbi? Ait illi.
Tu dixisti. Cenãtibus autem
eis: accepit iesus panẽ: et bene-
dixit ac fregit: deditq₃ discipu
lis suis et ait. Accipite et come-
dite: hoc est corpus meũ. Et ac
cipiẽs calicẽ gratias egit: et de
dit illis dicens. Bibite ex hoc
oẽs. Hic est eñ sanguis meus
noui testamenti: qui ꝓ multis
effundetur in remissionẽ pecca

torũ. Dico autẽ vobis: nõ bi-
bam amodo de hoc genimine
vitis: vsq₃ in diẽ illũ cũ illud
bibã vobiscũ nouũ in regno
patris mei. Et hymno dicto:
exierũt in montẽ oliueti. Tũc
dicit illis iesus. Oĩes vos scã-
dalũ patiemini in me in ista
nocte. Scriptũ est eñ. Percu-
tiam pastorẽ: et dispergentur
oues gregis. Postq̃₃ autẽ re-
surrexero: precedã vos ĩ gali-
leã. Respondẽs aũt petrus ait
illi. Et si oĩes scãdalizati fue
rint in te: ego nunq̃₃ scandali-
zabor. Ait illi iesus. Amen di-
co tibi: q̇a in hac nocte anteq̃₃
gallus cantet: ter me negabis
Ait illi petrus. Etiã si oportue-
rit me mori tecũ: non te nega-
bo. Similiter ⁊ oĩes discipu-
li dixerũt. Tũc venit iesus cũ
illis in villã que dicit̃ gethse-
mani. Et dixit discipulis suis
Sedete hic: donec vadã illuc ⁊
orẽ. Et assumpto petro ⁊ duo-
bus filijs zebedei: cepit contri
stari ⁊ mestus esse. Tunc ait il-
lis. Tristis est aĩa mea vsq₃
ad mortẽ. Sustinete hic ⁊ vigi
late mecũ. Et ꝓgressus pusillũ
procidit in faciẽ suã orãs ⁊ di-
cens. Mi pater: si possibile est:
trãseat a me calix iste. Uerũta
mẽ nõ sicut ego volo: sed sicut

tu. Et venit ad discipulos: et
inuenit eos dormiētes: et dicit
petro. Sic? Non potuisti una
hora vigilare mecū? Vigilate
⁊ orate: ut nō intretis ī tēpta-
tionē. Spūs q̄dē prompt⁹ est:
caro aūt infirma. Iterū secun
do abijt ⁊ orauit dicēs. Pater
mi: si nō potest hic calix trāsire
nisi bibā illū: fiat volūtas tua
Et venit iterꝝ ⁊ inuenit eos dor
miētes. Erāt eñ oculi eoꝝ gra
uati. Et relictis illis iterꝝ abijt
⁊ orauit tertio eundē sermonē
dicēs. Tunc venit ad discipu-
los suos: ⁊ dicit illis. Dormi-
te iā ⁊ requiescite. Ecce appro-
pinquabit hora: ⁊ filius homi
nis tradet̄ in manus peccatoꝝ
Surgite eam⁹. Ecce appropin
quabit qui me tradet. Adhuc
eo loquēte: ecce iudas unus de
duodecim venit: ⁊ cū eo turba
multa cū gladijs ⁊ fustib⁹: mis
si a principibus sacerdotum et
senioribus populi. Qui autem
tradidit eū: dedit illis signū
dicēs. Quēcūq₃ osculatus fue
ro: ipse est: tenete eū. Et confe-
stim accedens ad iesum dixit.
Aue rabbi. Et osculatus est eū
Dixitq₃ illi iesus. Amice: ad
quid venisti? Tūc accesserūt: ⁊
manus iniecerūt in iesum: ⁊ te
nuerūt eū. Et ecce vn⁹ ex his q̄
erāt cū iesu: extendens manū
exemit gladiū suū: ⁊ percutiēs
seruum principis sacerdotum
amputauit auriculā ei⁹. Tūc
ait illi iesus. Converte gladiū
tuum in locum suū. Omnes
eñ qui acceperint gladiū: gla-
dio peribunt. An putas q̄a nō
possum rogare patrē meum: et
exhibebit mihi modo plus q̄₃
duodecim legiones angeloꝝ?
Quomodo ergo implebuntur
scripture? Quia sic oportet fie-
ri. In illa hora dixit iesus tur
bis. Tanq̄₃ ad latronē existis
cū gladijs et fustibus compre
hendere me. Quotidie apud
vos sedebā docens in templo:
et nō me tenuistis. Hoc aūt to
tum factū est: ut adimplerent̄
scripture ꝓphetaꝝ. Tunc disci-
puli oēs relicto eo fugierūt.
At illi tenentes iesum: duxe-
runt ad cayphā principem sa-
cerdotū: ubi scribe et seniores
conuenerant. Petrus autē se
quebat̄ eū a lōge: usq₃ in atriū
principis sacerdotū. Et ingres
sus intro sedebat cū ministris
ut videret finē. Principes au
tem sacerdotum ⁊ omne consi-
lium querebāt falsum testimo
nium cōtra iesum: ut eū mor-
ti traderēt: ⁊ nō inuenerūt: cū
multi falsi testes accessissent.

Nouissime autē venerūt duo
falsi testes ⁊ dixerūt. Hic dixit
Possum destruere templū dei
⁊ post triduū reedificare illud.
Et surgēs princeps sacerdotū
ait illi. Nihil respōdes ad ea q̄
isti aduersum te testificantur?
Jesus aūt tacebat. Et p̄nceps
sacerdotū ait illi. Adiuro te per
deū viuū: vt dicas nobis si tu
es christ⁹ filius dei. Dicit illi ie
sus. Tu dixisti. Uerūtamē di-
co vobis: amodo videbitis fi-
liū hois sedentē a dextris vir-
tutis dei: ⁊ venientē i nubibus
celi. Tūc p̄nceps sacerdotū sci-
dit vestimēta sua dicēs. Blas-
phemauit. Quid adhuc ege-
mus testib⁹. Ecce nūc audistis
blasphemiā. Quid vobis vide
tur? At illi respōdētes dixerūt
Reus est mortis. Tunc expue
runt in faciē eius: et colaphis
eū cederūt. Alij aūt palmas in
faciē ei⁹ dederūt dicentes. Pro
phetiza nobis christe: quis est
qui te ꝑcussit? Petrus vero se
debat foris in atrio: et accessit
ad eū vna ancilla dicēs. Et tu
cū iesu galileo eras. At ille ne-
gauit corā omib⁹ dicēs: nescio
quid dicis. Exeūte aūt illo ia-
nuam: vidit eū alia ancilla: et
ait his qui erāt ibi. Et hic erat
cū iesu nazareno. Et iterū ne-
gauit cū iuramento: quia nō
noui hominē. Et post pusillū
accesserunt qui stabāt: et dixe-
runt petro. Uere ⁊ tu ex illis es
nā et loquela tua manifestū te
facit: Tunc cepit detestari ⁊ iu
rare: quia non nouisset homi-
nē. Et continuo gallus canta
uit. Et recordatus est petr⁹ ver
bi iesu qd̄ dixerat: priusq̄z gal
lus cantet: ter me negabis. Et
egressus foras: fleuit amare.
Mane aūt facto consiliū inie-
runt oēs principes sacerdotū ⁊
seniores populi aduersus ie-
sum vt eū morti traderent. Et
vinctū adduxerunt eū: ⁊ tradi
derunt pontio pilato presidi.
Tūc videns iudas qui eū tra-
didit ꝙ damnatus esset: peni-
tentia duct⁹ retulit triginta ar
genteos principibus sacerdo-
tum et senioribus dicēs. Pec
caui: tradens sanguinē iustū.
At illi dixerūt. Quid ad nos?
Tu videris. Et proiectis argē
teis in tēplo recessit: ⁊ abiēs la
queo se suspendit. Principes
autē sacerdotū acceptis argen-
teis dixerūt. Nō licet eos mit-
tere in corbonā: q̄a preciū san-
guinis est. Cōsilio autē inito
emerūt ex illis agrū figuli in
sepulturā peregrinorū. Pro-
pter hoc vocatus est ager ille

acheldemach: hoc est ager san
guinis: vsqz in hodiernũ diẽ.
Tunc impletũ est qđ dictũ est
p̱ hieremiã ꝓphetã dicentẽ. Et
acceperũt triginta argẽteos: p̃
ciũ appreciati: quẽ appciaue=
runt a filijs isrł: ⁊ dederũt eos
in agrũ figuli: sicut constituit
mihi dñs. Jesus autem stetit
ante presidẽ: ⁊ interrogauit eũ
p̄ses dicẽs. Tu es rex iudeoꝝ?
Dicit illi iesus. Tu dicis. Et
cũ accusaret̃ a p̄ncipibus sacer
dotũ ⁊ senioribus: nihil respon
dit. Tũc dicit illi pilatus. Nõ
audis quanta aduersum te di
cunt testimonia? Et nõ respon
dit ei ad vllũ verbũ: ita vt mi=
raretur p̄ses vehemẽter. Per
diẽ aũt solennẽ ꝯsueuerat pre
ses populo dimittere vnũ vin=
ctum quẽ voluissent. Habebat
aũt tunc vinctũ insignẽ q̃ dice
bat̃ barrabas. Cõgregatis er=
go illis dixit pilat⁹. Quẽ vul=
tis dimittã vobis: barraban:
an iesum q̃ dicit̃ christ⁹? Scie=
bat eñ q̄ p̱ inuidiam tradidis
sent eũ. Sedente autẽ illo pro
tribunali: misit ad eum vxor
eius dicens. Nihil tibi ⁊ iusto
illi. Multa eñ passa sum ho=
die p̱ visum ꝓpter eũ. Princi
pes autem sacerdotũ et senio=
res persuaserunt populis vt pe
terẽt barraban: iesum vero per
derent. Respondens autẽ pre=
ses ait illis. Quẽ vultis vobis
de duobus dimitti? At illi di=
xerunt. Barraban. Dicit illis
pilatus. Quid igitur faciã de
iesu qui dicit̃ christus? Dicũt
oẽs. Crucifigatur. Ait illis
p̄ses. Quid eñ mali fecit? At
illi magis clamabãt dicẽtes.
Crucifigatur. Videns autẽ pi
latus q̃a nihil ꝓficeret: sed ma
gis tumult⁹ fieret: accepta aq̃:
lauit manus corã populo di=
cens. Innocẽs ego sum a san=
guine iusti huius: vos videri=
tis. Et respondens vniuersus
populus dixit. Sanguis ei⁹ su
per nos et sup̱ filios nostros.
Tunc dimisit illis barraban:
iesum autẽ flagellatũ tradidit
eis vt crucifigeret̃. Tunc mili=
tes presidis suscipiẽtes iesum
in pretoriũ: cõgregauerũt ad
eũ vniuersam cohortẽ: et exu=
entes eũ: chlamydẽ coccineam
circũdederũt ei. Et plectentes
coronam de spinis: posuerunt
sup̱ caput eius: et arũdinẽ in
dextera ei⁹: et genuflexo ante
eũ: illudebãt ei dicentes. Aue
rex iudeoꝝ. Et expuẽtes in eũ
acceperunt arundinẽ: ⁊ pcutie=
bãt caput ei⁹. Et postq̃z illuse=
rũt ei: exuerũt eũ chlamydẽ: et

induerunt eū vestimētis eius:
et duxerunt eum vt crucifige-
rent. Exeūtes autē inuenerūt
hominē cyreneū noīe simonē:
hunc angariauerūt vt tolleret
crucē eius. Et venerūt in locū
q̄ dicit golgatha: qđ est calua-
rie locus. Et dederunt ei vinū
bibere cū felle mixtū. Et cū gu
stasset noluit bibere. Postq̄z
aūt crucifixerunt eū: diuiserūt
vestimēta eius sortē mittētes:
vt adimpleret quod dictū est
p ꝓphetā dicentē. Diuiserūt si-
bi vestimenta mea: ꝛ sup vestē
meā miserunt sortē. Et seden-
tes seruabant eū. Et impsue-
runt sup caput eiꝰ causam ipsi
us scriptā: hic est iesus rex iu-
deorū. Tunc crucifixi sunt cū
eo duo latrones: unꝰ a dextris
ꝛ vnus a sinistris. Pretereun
tes aūt blasphemabāt eū: mo-
uentes capita sua et dicentes.
Vach q̄ destruis templū dei: ꝛ
in triduo illud reedificas. Sal
ua temetipm: si filius dei es de
scēde de cruce. Similiter ꝛ pn-
cipes sacerdotū illudētes cū scri
bis ꝛ senioribus dicebāt. Ali-
os saluos fecit: seipm non po-
test saluū facere? Si rex israel
est: descēdat nūc de cruce ꝛ cre-
dimus ei. Confidit in deo: libe
ret nunc eū si vult. Dixit eñ

quia filius dei sum. Idipsum
autē ꝛ latrones q̄ crucifixi erāt
cū eo: improperabant ei. A se-
xta aūt hora tenebre facte sunt
super vniuersam terram: vsq̄z
ad horam nonā. Et circa ho-
ram nonā clamauit iesus vo-
ce magna dicēs. Heloy: heloy
lamazabathani. Hoc est. De-
us meus: deus meus: vt quid
me dereliquisti? Quidā autē il
lic stantes ꝛ audiētes dicebāt.
Heliā vocat iste. Et continuo
currens vnus ex eis: acceptam
spongiā impleuit aceto: ꝛ im-
posuit arundini: ꝛ dabat ei bi
bere. Ceteri vero dicebāt. Si-
ne: videamus an veniat heli-
as liberans eū. Iesus aūt iterꝝ
clamans voce magna: emisit
spiritū. ✠ Et ecce velū templi
scissum est in duas ptes a sum
mo vsq̄z deorsum. Et terra mo
ta est: ꝛ petre scisse sunt: ꝛ monu
mēta apta sunt: ꝛ multa corp
ra sanctoꝝ q̄ dormierant surre
xerunt. Et exeuntes de monu
mentis post resurrectionē eius
venerunt in sanctā ciuitatē: ꝛ
apparuerunt multis. Centu-
rio autē ꝛ qui cum eo erant cu
stodiētes iesum: viso terremo-
tu ꝛ his que fiebant: timuerūt
valde dicētes. Vere filius dei
erat iste. Erant aūt ibi mulie-

res multe a lõge aspiciẽtes: q̃ secute erãt iesum a galilea ministrantes ei: inter q̃s erat maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ ioseph mater: et mater filioꝝ zebedei. Cũ aũt sero factũ esset: venit quidã hõ diues ab arimathia: nomine ioseph: qui ⁊ ip̃e discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatũ: ⁊ petijt corpꝰ iesu. Tũc pilatꝰ iussit reddi corpus. Et accepto corpe ioseph: inuoluit illud in syndone mũda: ⁊ posuit illud in monumẽto suo nouo: qd̃ exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ monumenti: et abijt. Erat autẽ ibi maria magdalena ⁊ altera maria: sedẽtes contra sepulchrũ. Euangelium.

Altera aũt die que est post parasceuen: cõuenerũt principes sacerdotũ et pharisei ad pilatũ dicẽtes. Dñe: recordati sumꝰ quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgã Iube ergo custodiri sepulchꝝ vsq3 in diẽ tertiũ: ne forte veniant discipuli eius et furentur eũ: et dicant plebi surrexit a mortuis: ⁊ erit nouissimꝰ error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiã: ite custodite sicut scitis. Illi aũt abeuntes munierunt sepulchrũ: signãtes lapidẽ cũ custodibꝰ.

Improperiũ expectauit Offert. cor meũ ⁊ miseriã: et sustinui qui simul cõtristaref et nõ fuit: consolantem me quesiui et nõ inueni: et dederunt in escã meã fel: et in siti mea potauerũt me aceto. Secre. Concede qs̃ dñe: vt oculis tue maiestatis munꝰ oblatũ et gratiã nobis obtineat deuotionis: ⁊ effectũ beate p̃hẽnitatis acquirat. P. Cõio. Pater si nõ potest hic calix trãsire nisi bibã illũ: fiat volũtas tua. Cõpl. Per huiꝰ dñe opationẽ mysterij: ⁊ vitia nostra purgenf: ⁊ iusta desyderia cõpleanf. P. ¶ Feria secũda

Iudica dñe nocẽ Intro. tes me expugna impugnãtes me: apprehẽde arma ⁊ scutũ: et exurge in adiutoriũ meũ: dñe virtꝰ salutis mee. Ps. Effunde frameã et cõclude aduersus eos qui me persequunf: dic aïe mee salus tua ego sum. Oratio.

Da qs̃ oñipotẽs deus: vt q̃ in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui te. Lectio

In diebꝰ Esaie p̃phe. l. ca. illis: Dixit esaias p̃pheta. Dñs deus aperuit mihi aurem: ego autem nõ contradico: retrorsum non abij. Cor-

pus meũ dedi percutientibus ⁊ genas meas vellẽtibus. Faciem meam non averti ab increpantibus ⁊ conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petraȝ durissimam: ⁊ scio quoniam non confundar. Juxta est q̃ iustificat me: q̃s contradicit mihi? Stemus simul: q̃s est adversarius meus: accedat ad me? Ecce dñs deus auxiliator meus. Quis est qui condẽnet me? Ecce omnes quasi vestimentũ conterẽtur. Tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deũ audiens vocẽ servi sui? Quis ambulavit in tenebris: ⁊ non est lumẽ ei? Speret ĩ nomine dñi: ⁊ innitatur super deũ suũ. Grad.

Exurge domine et intende iudicium meum: deus meus ⁊ dominus meus in causam meã. ℣. Effunde frameã et conclude adversus eos q̃ me persequũtur. Scdm Johannẽ. xij

In illo tẽpore: Ante sex dies pasche venit iesus bethaniã: ubi lazarus fuerat mortuus quẽ suscitavit. Fecerunt autẽ ei cenam ibi: et martha ministrabat: lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria autẽ accepit libram unguenti nardi pistici preciosi: et unxit pedes iesu: et extersit capillis suis pedes eius ⁊ domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis. Quare hoc unguẽtũ nõ venijt trecentis denarijs: ⁊ datum est egenis. Dixit aũt hoc non quia de egenis ptinebat ad eũ: sed quia fur erat ⁊ loculos habens: ea que mittebãtur portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illã: ut ĩ die sepulture mee servet illud. Paupes eñ semper habebitis vobiscũ: me autẽ nõ semper habebitis. Cognovit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊ venerũt non propter iesum tm̃: sed ut lazarum viderent quẽ suscitavit a mortuis. Cogitaverunt autẽ principes sacerdotũ ut et lazarum interficerent: quia multi ꝓpter illũ abibant ex iudeis: ⁊ credebant in iesum. In crastinũ autẽ turba multa que cõvenerat ad diem festũ: cũ audissent quia venit iesus hierosolymã: acceperũt ramos palmarũ: et processerũt obviã ei: ⁊ clamabant. Osanna: benedictus qui venit in nomine dñi rex israel. Et invenit iesus asellum: et sedit super eũ: sicut scri-

prũ est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit: sedens sup pullũ asine. Hec nõ cognoue-runt discipuli eius primũ: sed quando glorificatus est iesus: tũc recordati sunt q̃a hec erãt scripta de eo: et hec fecerunt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba q̃ erat cũ eo: quãdo laza-rũ vocauit de monumẽto: ⁊ su-scitauit eum a mortuis. Pro-pterea ⁊ obuiã venit ei turba: quia audierũt eũ fecisse hoc si-gnũ. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis q̃a ni-hil ꝓficim⁹: Ecce mũdus tot⁹ post eũ abijt. Erãt aũt ibi gẽti-les ex hijs q̃ ascenderãt ut ado-rarẽt in die festo. Hi ergo acces-serũt ad philippũ q̃ erat a beth-saida galilee: ⁊ rogabãt eũ di-centes. Dñe: volum⁹ iesuz vi-dere. Venit philippus: et dicit andree. Andreas rursuz ⁊ phi-lipp⁹ dixerũt iesu. Jesus autẽ respondit eis dicẽs. Venit ho-ra ut clarificet̃ filius hominis Amẽ amẽ dico vobis: nisi gra-num frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit: ipsum solũ ma-net. Si aũt mortuũ fuerit mul-tũ fructũ affert. Qui amat aĩaz suã: perdet eã. Et q̃ odit aĩam suã in hoc mũdo: i vitã eternã custodit eã. Si quis mihi mi-nistrat: me sequat̃. Et ubi ego sum: illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus. Nũc anima mea turbata est. Et quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni in horã hanc. Pater cla-rifica filiũ tuũ. Venit vox de celo dicẽs. Et clarificaui: ⁊ ite-rũ clarificabo. Turba ergo q̃ stabat ⁊ audierat: dicebat toni-truũ factũ esse. Alij autẽ dice-bãt. Angelus ei locut⁹ est. Re-spondit iesus ⁊ dixit. Nõ ꝓpter me hec vox venit: sed propter vos. Nunc iudiciũ est mundi Nũc p̃nceps hui⁹ mũdi eijciet̃ foras. Et ego si exaltatus fue-ro a terra: oĩa trahã ad me-ipm̃. Hoc aũt dicebat: signifi-cans qua morte erat moritu-rus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia chri-stus manet in eternũ. Et quõ tu dicis: oportet exaltari filiũ hoĩs? Et q̃s est iste fili⁹ homi-nis? Dixit ergo eis iesus. Ad-huc modicũ lumẽ in vobis est Ambulate dũ lucẽ habetis: vt non tenebre vos comprehen-dant. Et qui ambulat in tene-bris: nescit quo vadit. Dũ lu-cẽ habetis credite in lucẽ: vt fi-lij lucis sitis. Hec locutus est

iesus: ꝛ abijt ꝛ abscondit se ab
eis. Offer. Eripe me dñe de inimi
cis meis: ad te ↄfugi: doce me face-
re volũtatẽ tuã q̃a deus me⁹ es tu.
Hec sacrificia omnipo- Secre.
tens deus nos potenti virtute
mũdatos: ad suũ faciant pu-
riores venire principiũ. Cõio.
Erubescant ꝛ reuereant simul qui
gratulant malis meis: induant pu
dore ꝛ reuerẽtia qui maligna loquũ
tur aduersum me. Cõplẽ. Prebe
ant nobis dñe diuinũ tua san
cta feruorẽ: quo eorũ pariter ꝛ
actu delectemur ꝛ gustu. Per.
Adiuua nos Sup populũ.
deus salutaris noster: ꝛ bene-
ficia recolẽda quibus nos in-
staurare dignat⁹ es: tribue ve
nire gaudẽtes. Per. ¶ Feria
Nos aũt glo tertia Intr.
riari oportet in cruce dñi
nostri iesu christi: in quo
est salus: vita et resurrectio nostra:
per quem saluati ꝛ liberati sumus.
Ps. Deus misereatur nostri ꝛ be
nedicat nobis: illuminet vultum su
um super nos et misereatur nostri.
Omnipotens sem- Oro.
piterne deus: da nobis
ita dñice passionis sacramẽta
peragere: ut indulgentiã perci-
pere mereamur. P. Lctõ Hie-
In dieb⁹ remie ꝓphete. xi.
ill': Dixit hieremias. Do-
mine demonstrasti mihi et co-
gnoui. Tu ostẽdisti mihi stu-
dia eorũ. Et ego quasi agnus
mãsuetus qui portat ad victi-
mã: ꝛ nõ cognoui quia cogita
uerũt cõtra me cõsilia dicẽtes.
Mittamus lignũ in panẽ ei⁹:
et eradamus eũ de terra viuen
tiũ: et nomẽ eius nõ memoret
amplius. Tu aũt dñe sabaoth
qui iudicas iuste: et probas re
nes et corda: videam ultionẽ
tuã ex eis. Tibi eñ reuelaui
causam meã domine deus me
us. Grad. Ego autẽ dum mihi
molesti essent induebam me cilicio
et humiliabam in ieiunio animam
meã: et oratio mea in sinu meo cõ-
uertetur. V. Iudica domine nocẽ-
tes me: expugna impugnantes me
apprehende arma et scutũ: et exur-
ge in adiutoriũ mihi. Passio do-
mini nostri iesu christi scdm
In illo tẽp Marcũ. xiiij.
re: Erat pascha et azyma
post biduũ. Et querebant sum
mi sacerdotes et scribe: quomo
do iesum dolo tenerent ꝛ occide
rent. Dicebant eñ. Nõ in die
festo: ne forte tumultus fieret
in ppl'o. Et cũ esset bethanie in
domo simonis leprosi ꝛ recũbe
ret: venit mulier habẽs alaba-
strũ vngenti nardi spicati pre-
ciosi: ꝛ fracto alabastro effudit

sup caput eius. Erāt aūt q̄dā indigne ferentes intra semetipsos et dicētes. Ut q̄d pditio ista ungēti facta est? Poterat eñ ungentū istud venundari plus q̄ȝ trecētis denariis: ꝛ dari paperibus. Et fremebant in eā. Jesus aūt dixit. Sinite eā Bonū opus operata est in me. Nā semp paupes habetis vobiscū: et cū volueritis: potestis illis bñfacere: me aūt nō semp habebitis. Quod habuit hec fecit: p̄uenit ungere corpus meū in sepulturā. Amē dico vobis ubicūq̄ȝ predicatū fuerit euāgeliū istud i universo mūdo: ꝛ q̄ hec fecit narrabit̄ in memoriaȝ eius. Et iudas scariothis un⁹ de duodecim abijt ad summos sacerdotes ut proderet eū ill̄. Qui audiētes gavisi sunt: et pmiserunt ei pecuniā se daturos. Et querebat quō eū opportune traderet. Et prima die azymorū quando pascha imolabāt: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus ꝛ paremus tibi pascha. Et mittit duos ex discipulis suis: ꝛ dicit eis. Ite i civitatē: ꝛ occurret vobis hō lagenā aque baiulās. Seq̄mini eū: et quocūq̄ȝ introierit: dicite dño domus: q̄a magister dicit. Ubi est refectio mea: ubi pascha cū discipulis meis manducē? Et ip̄e vobis demōstrabit cenaculū grande stratū: ꝛ illic parate nobis. Et abierūt discipuli ei⁹ ꝛ venerūt in civitatē: ꝛ invenerunt sicut dixerat ill̄: ꝛ paraverūt pascha. Vespe aūt facto: venit cū duodecim. Et discūbētibus eis ꝛ mādūcātib⁹ ait iesus Amē dico vobis: q̄a un⁹ ex vobis me tradet q̄ manducat mecū. At illi ceperūt contristari ꝛ dicere ei singulatim. Nūquid ego? Qui ait illis. Un⁹ ex duodecim q̄ intingit mecū manū in cathino. Et fili⁹ quidē hoīs vadit sicut scriptū est de eo. Ve aūt homini illi p quē fili⁹ hoīs tradet̄. Bonū erat ei si nō esset natus hō ille. Et mādūcātib⁹ illis: accepit iesus panē: ꝛ benedicēs fregit: et dedit eis: et ait. Sumite: hoc est corpus meū. Et accepto calice: grās agens dedit eis. Et biberūt ex illo oēs Et ait ill̄. Hic est sanguis meus novi testamenti qui p multis effundet̄. Amē dico vobis q̄ iā non bibā de hoc genimine vitis: usq̄ȝ i diē illū cū illud bibam novū in regno dei. Et hymno dicto: exierūt i montē olivarū. Et ait eis iesus. Oēs vos scādalizabimini in me in ista nocte: q̄a scp̄tū est: percutiā

pastorem: et dispergent oues. Sed postq̄z resurrexero: precedā vos in galileā. Petrus autē ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint in te: sed nō ego. Ait illi iesus. Amē dico tibi: q̄a tu hodie in nocte hac prius q̄z gallus bis vocē dederit ter me es negaturus. At ille amplius loquebat̄. Et si oportuerit me cōmori tibi: nō te negabo. Similiter autē ⁊ omnes dicebāt. Et veniunt in predium cui nomen gethsemani: et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit petrū et iacobum ⁊ iohannē secū: ⁊ cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est aīa mea vsq̄z ad mortem. Sustinete hic et vigilate. Et cū processisset paululū: ꝓcidit super terrā et orauit: vt si fieri posset: transiret ab eo hora: ⁊ dixit. Abba pater: omnia tibi possibilia sunt: trāsfer calicem hūc a me. Sed nō quod ego volo: sed quod tu. Et venit: et inuenit eos dormientes Et ait petro. Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate et orate: vt non intretis in tēptationē. Spūs quidē promptus est: caro autē infirma. Et iterū abiens: orauit eundē sermonē dicens. Et reuersus denuo: inuenit eos dormientes. Erant enī oculi eorū grauati: et ignorabāt q̄d responderēt ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis. Dormite iā ⁊ requiescite. Sufficit. Venit hora ecce filius hoīs tradet̄ ī manꝰ pctōꝝ. Surgite eamus. Ecce q̄ me tradet ꝓpe est. Et adhuc eo loquēte: venit iudas scarioth vnus ex duodecim: ⁊ cū eo turba multa: cū gladijs et lignis missi a summis sacerdotibus ⁊ scribis ⁊ senioribus. Dederat aūt traditor signū eis dicens. Quēcunq̄z osculatꝰ fuero: ip̄e est: tenete eū: ⁊ ducite caute. Et cū venisset: statim accedēs ad eū ait. Rabbi. Et osculatꝰ est eū. At illi manus iniecerūt in iesum: ⁊ tenuerūt eū. Vnꝰ aūt de circūstātibꝰ: educēs gladiū percussit seruū summi sacerdotis: et amputauit illi auriculā Et respondens iesus ait illis. Tanq̄z ad latronē existis cum gladijs et lignis comprehēdere me. Quotidie apud vos erā in templo docens: et nō me tenuistis: sed vt impleantur scripture. Tūc discipuli eiꝰ relinquentes eū omnes fugierunt. Adolescens autē quidā sequebatur eū amictus syndone super nudo: ⁊ tenuerūt eū. At ille

relicta syndone nudus profu-
git ab eis. Et adduxerunt ie-
sum ad summū sacerdotē: et cō
uenerunt oēs sacerdotes et scri
be et seniores. Petrus aūt alō
ge secutus est eū: usqꝫ intro in
atriū principis sacerdotū: et se-
debat cū ministris ad ignē: et
calefaciebat se. Sūmi vero sa-
cerdotes et oē consiliū quere
bant aduersus iesum testimo-
niū: ut eū morti traderent: nec
inueniebant. Multi autē testi
moniū falsum dicebāt aduer-
sus eū: et conueniētia testimo
nia nō erāt. Et quidā surgen-
tes: falsuꝫ testimoniū ferebāt
aduersus eū dicētes. Qm̄ nos
audiuimus eum dicentē. Ego
dissoluam templū hoc manu-
factum: ꝛ post triduū aliud nō
manufactum edificabo. Et nō
erat conueniēs testimoniū il-
lorꝝ. Et exurgens summus sa-
cerdos in mediū: interrogauit
iesum dicens. Nō respondes
quicq̄ꝫ ad ea que tibi obijciun
tur ab his? Jlle autē tacebat ꝛ
nihil respōdit. Rursum sum-
mus sacerdos interrogabat eū
et dixit ei. Tu es christus fili-
us dei benedicti? Jesus autem
dixit illi. Ego sum. Et videbi-
tis filiū hominis sedentē a de-
xtris virtutis dei: et venientē
cū nubibus celi. Sūmus autē
sacerdos scindēs vestimēta sua
ait. Quid adhuc desyderam⁹
testes? Audistis blasphemiā.
Quid vobis videt̄? Qui om-
nes cōdemnauerunt eū esse re
um mortis. Et ceperunt qui-
dam conspuere in eū: ꝛ velare
faciē eius: et colaphis eū cede-
re et dicere ei. Prophetiza. Et
ministri alapis eū cedebāt. Et
cum esset petrus in atrio deor
suꝫ: venit vna ex ancillis sum-
mi sacerdotis: et cū vidisset pe-
trū calefacientē se: aspiciens il
lū ait. Et tu cū iesu nazareno
eras. At ille negauit dicens.
Neqꝫ scio: neqꝫ noui q̄d dicas
Et exijt foras ante atriū: ꝛ gal
lus cantauit. Rursus autē cū
vidisset illū alia ancilla: cepit
dicere circūstātibus: quia hic
ex illis est. At ille iterꝝ negauit
Et post pusillū rursus qui asta
bant: dicebāt petro. Uere ex il-
lis es: nā et galile⁹ es. Jlle au-
tē cepit anathematizare ꝛ iura
re: q̄a nescio hoīem istū quē di
citis. Et statim gallus iterꝝ cā-
tauit. Et recordat⁹ est petr⁹ ver-
bi quod dixerat ei iesus: prius
q̄ꝫ gallus cantet bis: ter me ne
gabis. Et cepit flere. Et confe-
stim mane consiliū facientes
summi sacerdotes cū seniori-

bus ꝛ scribis ꝛ vniuerso ꝯsilio
vincientes iesum duxerunt: et
tradiderūt pilato. Et interro-
gauit eū pilatus. Tu es rex iu
deorū? At ille respondens ait
illi. Tu dicis. Et accusabāt eū
summi sacerdotes in multis.
Pilatus aūt rursum interro-
gauit eū dicēs. Nō respondes
quicq̄z? Vide in quātis te accu
sant. Jesus aūt amplius nihil
respōdit: ita vt miraret̄ pilat⁹.
Per diē aūt festū solebat illis
dimittere vnū ex vinctis quē-
cūq̄z petissent. Erat aūt q̄ dice-
bat̄ barrabas: q̄ cuz seditiosis
erat vinctus: q̄ in seditiōe fece
rat homicidiū. Et cū ascēdisset
turba: cepit rogare: sicut semꝑ
faciebat illis. Pilatus aūt re-
spondit eis et dixit. Vultis di-
mittā vobis regē iudeoꝝ? Scie
bat enī q̄ per inuidiā tradidis
sent eū summi sacerdotes. Pō
tifices vero concitauerunt tur
bā: vt magis barraban dimit
teret eis. Pilatus autē iterū
respondens ait illis. Quid er-
go vultis faciā regi iudeorū?
At illi iterū clamauerūt. Cru-
cifige eū. Pilatus vero dice-
bat illis. Quid enī mali fecit?
At illi magis clamabant: cru
cifige eum. Pilatus autē vo-
lens populo satisfacere: dimi
sit illis barraban: et tradidit
eis iesum flagellis cesuz vt cru
cifigeretur. Milites autē du-
xerunt eū intro in atriū preto
rij: et conuocant totā cohortē:
et induunt eū purpura: et im-
ponunt ei plectentes spineam
coronā: et ceperūt salutare eū
dicentes. Aue rex iudeorum.
Et percutiebāt caput eius arū-
dine: et conspuebant in eū: et
ponētes genua adorabant eū.
Et postq̄z illuserūt ei: exuerūt
eū purpura: ꝛ induerunt eū ve
stimentis suis: et educunt illū
vt crucifigerēt eū. Et angaria
uerunt pretereuntē quempiā
simonē cyreneum venientē de
villa: patrē alexandri et ruffi:
vt tolleret crucē eius. Et per-
ducunt illū in golgatha locū:
quod est interpretatū caluarie
locus. Et dabāt ei bibere myr-
rhatum vinū: ꝛ nō accepit. Et
crucifigētes eū diuiserūt vesti-
mēta eius mittētes sortē super
eis q̄d q̄s tolleret. Erat aūt ho
ra tertia: et crucifixerūt eū. Et
erat titulus cause ei⁹ inscꝑtus
rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt
duos latrones: vnū a dextris
ꝛ aliū a sinistris ei⁹. Et adim-
pleta est scꝑtura que dicit. Et
cū iniquis reputatus est. Et
ꝑtereuntes blasphemabāt eū:

mouentes capita sua et dicen-
tes. Vach qui destruis templũ
dei: et in tribus diebus reedifi
cas. Saluũ fac temetipsum de
scendens de cruce. Similiter ⁊
summi sacerdotes illudētes ei
alter ad alterũ cum scribis di-
centes. Alios saluos fecit: se-
ipsum nō potest saluũ facere.
Si christus rex israel est: descē
dat nũc de cruce: ut videam⁹ ⁊
credamus ei. Et qui cũ eo cru-
cifixi erant: conuiciabātur ei.
Et facta hora sexta: tenebre fa
cte sunt per totā terrā: usqꝫ in
horam nonā. Et circa horam
nonā: exclamauit iesus voce
magna dicens. Heloy: heloy:
lamazabathani. Quod est in-
terpretatũ. Deus meus: deus
meus: ut quid dereliquisti me?
Et quidā de circumstantibus
audientes dicebant. Ecce heli-
am vocat iste. Currens autem
vnus ⁊ implēs spongiā aceto:
circũponensqꝫ calamo: potum
dabat ei dicēs. Sinite: videa-
mus si veniat helias ad depo-
nendũ eũ. Jesus autē emissa
voce magna expirauit. ✠ Et
velũ templi scissum est in duo
a summo usqꝫ deorsum. Vi-
dens autē centurio qui ex ad-
uerso stabat: quia sic clamās
expirasset: ait. Vere homo hic

filius dei erat. Erant autē ibi
et mulieres a longe aspicien-
tes: inter q̃s erat maria mag-
dalene: ⁊ maria iacobi mino-
ris ⁊ ioseph mater: ⁊ salome: ⁊
cũ esset in galilea: sequebātur
eũ ⁊ ministrabāt ei: ⁊ alie mul
te que simul cũ eo ascenderant
hierosolymā. Euangelium.
Et cũ iā sero esset factũ: quia
parasceue erat: quod est ante
sabbatũ: venit ioseph ab ari-
mathia nobilis decurio: qui ⁊
ipse erat expectans regnũ dei.
Et audacter introiuit ad pila
tum: et petijt corpus iesu. Pi
latus autem mirabatur si iam
obijsset. Et accersito centurio-
ne: interrogauit eũ si iā mor-
tuus esset. Et cũ cognouisset
a centurione: donauit corpus
ioseph. Joseph autē mercatus
syndonem: et deponens eũ in-
uoluit syndone: ⁊ posuit eũ in
monumēto quod erat excisũ
de petra: et aduoluit lapidē ad
ostiũ monumenti. Offer. Cu
stodi me dñe de manu peccatoris: ⁊
ab hominibus iniq̃s eripe me dñe.
Sacrificia nos q̃s do Secre.
mine ꝓpensius ista restaurēt:
que medicinalibus sunt insti-
tuta ieiunijs. Per do. Cõio.
Aduersum me exercebant qui se-
debāt in porta: et in me psallebant

qui bibebāt vinū: ego vero oratio-
nem meā ad te dn̄e: tēpus bn̄placi-
ti deus in multitudine misc̄die tue.
Sanctificationib' tuis Cōpl'.
omp̄s deus: ꝛ vitia nr̄a purgē
tur: ꝛ remedia nobis sempiter
na ꝑueniāt. Per. Sup ppl'm
Tua nos misc̄dia de' ꝛ ab omī
subreptione vetustatis expur-
get: et capaces sancte nouita-
tis efficiat. Per. ¶ Feria q̄rta
In noīe dn̄i omē Intro.
genu flectat celestiū terre-
strium et infernorū: quia
dn̄s factus est obediēs usq; ad mor
tem mortē autē crucis: ideo dn̄s ie-
sus christus in gloria est dei patris
Ps. Dn̄e exaudi orationē meā: ꝛ
clamor meus ad te veniat. Orō.
Presta q̄s omipotēs de
us: ut qui nostris excessi
bus incessanter affligimur: ꝑ
unigeniti tui passionē libere-
mur. Qui. Lectio Esaie ꝓphe
Hec dicit dn̄s de': te. lxij.
Dicite filie sion. Ecce sal
uator tuus venit: ecce merces
eius cū eo. Quis est iste qui ve
nit de edom tinctis vestibus de
bosra: Iste formosus in stola
sua gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Ego qui lo-
quor iusticiā: ꝛ ꝓpugnator sum
ad saluandū. Quare ergo ru-
brū est indumentū tuū: ꝛ vesti
mēta tua sicut calcātiū i torcu
lari: Torcular calcaui solus: ꝛ
de gētibus nō est vir mecū. Cal
caui eos in furore meo: ꝛ ꝯcul
caui eos in ira mea. Et asꝑsus
est sanguis eoꝝ sup vestimēta
mea: ꝛ oīa indumēta mea inq̄-
naui. Dies em̄ ultionis i corde
meo: ann' retributiōis mee ve
nit. Circūspexi ꝛ non erat auxi
liator: q̄siui: ꝛ non fuit q̄ adiu-
uaret. Et saluauit mihi bra-
chiū meū: et indignatio mea
ipsa auxiliata est mihi: ꝛ ꝯcul-
caui ppl'os i furore meo: ꝛ ine-
briaui eos i indignatiōe mea:
ꝛ detraxi virtutē eorū in terrā
Miserationū dn̄i recordabor:
laudē dn̄i super omnibus que
reddidit nobis dn̄s deus no-
ster. Grad. Ne auertas faciē tu-
am a puero tuo: q̄m tribulor veloci
ter exaudi me. V. Saluū me fac de
us: q̄m intrauerunt aque usq; ad
aīam meā: infixus sum i limo ꝓfun
di: ꝛ nō est substātia. Dn̄s vobis.
Deus qui ꝓ no Orō. cū.
bis filiū tuū crucis pa-
tibulū subire voluisti: ut ini-
mici a nobis expelleres pote-
statē: concede nobis famulis
tuis: ut resurrectionis gratiā
consequamur. Per eundē do.
I Lectio Esaie ꝓphete. liij.
In dieb' ill': Dixit esaias.

Domine quis credidit audi-
tui nostro: et brachiū dn̄i cui
reuelatū est. Et ascendit sicut
virgultū corā eo: ⁊ sicut radix
de terra sitienti. Non est speci
es ei: neq₃ decor. Et vidimus
eū: et non erat aspectus: ⁊ desy-
derauimus eū despectū et no-
uissimū virorū: virū dolorū ⁊
scientē infirmitatem. Et quasi
absconditus vultus eius ⁊ de-
spect⁹: vnde nec reputauimus
eū. Uere languores nr̄os ipse
tulit: ⁊ dolores nostros ipse por
tauit. Et nos reputauimus eū
quasi leprosum: et percussum
a deo et humiliatū. Ipse autē
vulneratus est ꝓpter iniq̄tates
nostras: attritus est ꝓpter scele
ra nr̄a. Disciplina pacis no-
stre sup eū: ⁊ liuore eius sana-
ti sum⁹. Oēs nos quasi oues
errauimus: vnusquisq₃ in vi-
am suā declinauit: et dn̄s po-
suit in eo iniquitatem omniū
nostrū. Oblatus est quia ipse
voluit: et non aperuit os suū.
Sicut ouis ad occisionē duce-
tur: ⁊ quasi agnus corā tondē
te se obmutescet: et non aperi-
et os suū. De angustia ⁊ de iu-
dicio sublatus est. Generatio
nē eius quis enarrabit? Quia
abscisus est de terra viuentiū.
Propter scelus populi mei p-
cussi eū. Et dabit impios pro
sepultura: et diuites pro mor-
te sua: eo q̄ iniquitatē non fe-
cerit: neq₃ dolus fuerit in ore
eius: ⁊ dn̄s voluit conterere eū
in infirmitate. Si posuerit ꝓ
peccato animā suā: videbit se-
men lōgeuū: et voluntas dn̄i
in manu eius dirigetur. Pro
eo q̄ tradidit in mortē animā
suā: et cū sceleratis reputatus
est. Et ipse peccata multorū tu
lit: et ꝓ transgressoribus ora-
uit vt non perirent. Dicit dn̄s
omīpotēs. Tractus. Dn̄e exau
di orationē meā: et clamor me⁹ ad
te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuā
a me: in quacunq₃ die tribulor in-
clina ad me aurem tuā. ℣. In qua
cunq₃ die inuocauero te: velociter
exaudi me. ℣. Quia defecerūt sicut
fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut in
frixorio cōfrixa sunt. ℣. Percus-
sus sum sicut fenū et aruit cor meū:
q̄a oblit⁹ sum comedere panē meū.
℣. Tu exurgens misereberis sion:
quia venit tempus miserendi eius.

Passio dn̄i nostri iesu christi

In illo tp̄e: Sm̄ Lucā. xxij
Appropinq̄bat autē dies
fest⁹ azimoꝝ q̄ dicit̄ pascha. Et
querebant principes sacerdo-
tū et scribe quō iesum interfi-
cerēt: timebāt vero plebē. In-
trauit autē sathanas in iudā:

qui cognominabat̃ scarioth:
vnū de duodecim: ⁊ abijt et lo-
cutus est cū principibus sacer
dotū et magistratibus quēad-
modū illū traderet eis. Et ga-
uisi sunt: et pacti sunt pecuniā
illi dare. Et spopondit. Et que-
rebat opportunitatē: vt trade-
ret illū sine turbis. Venit au-
tem dies azimorū: in qua ne-
cesse erat occidi pascha. Et mi-
sit petrū ⁊ iohannē dicēs. Eun
tes parate nob̄ pascha vt man
ducemus. At illi dixerūt. Vbi
vis paremus? Et dixit ad eos.
Ecce introeuntibus vobis in
ciuitatē: occurret vobis hō am
phorā aque portans: sequimi
ni eū in domū in quā intrat: ⁊
dicetis patrifamilias domus.
Dicit tibi magister. Vbi est di
uersoriū: vbi pascha cum disci
pulis meis manducē? Et ipse
ostendet vobis cenaculū ma-
gnū stratū: ⁊ ibi parate. Eun-
tes autē inuenerūt sicut dixit
illis: ⁊ parauerunt pascha. Et
cū facta esset hora discubuit: ⁊
duodecim apostoli cum eo. Et
ait illis. Desyderio desydera-
ui hoc pascha manducare vo-
biscū anteq̄ȝ patiar. Dico eñ
vobis: q̄a ex hoc nō mādnca-
bo illud donec impleat̃ i regno
dei. Et accepto calice grās egit
et dixit. Accipite ⁊ diuidite in-
ter vos. Dico eñ vobis: q̄ nō
bibā de generatiōe vitis donec
regnū dei veniat. Et accepto
pane gratias egit ⁊ fregit: ⁊ de
dit eis dicens. Hoc est corpus
meū quod ꝓ vobis tradetur.
Hoc facite in meā cōmemora-
tionē. Similiter ⁊ calicē postq̄ȝ
cenauit dicēs. Hic est calix no
uum testamentū in meo san-
guine: qui pro vobis fundet̃.
Verūtamē ecce manus traden
tis me mecum est in mensa. Et
quidē filius hominis scdm̄ q̄
definitū est vadit. Verūtamē
ve homini illi p quē tradetur.
Et ipsi ceperunt querere inter
se: quis esset ex eis q̄ hoc factu-
rus esset. Facta est autē cōten-
tio inter eos: quis eorum vide
retur esse maior. Dixit autem
eis. Reges gentiū dominātur
eoꝝ: ⁊ qui potestatē habent su-
per eos benefici vocātur. Vos
autē nō sic. Sed q̄ maior est in
vobis fiat sicut minor: et qui
precessor est sicut ministrator.
Nā q̄s maior est? Qui recum-
bit: an qui ministrat? Nonne
qui recumbit? Ego autē in me
dio vestrū sum sicut qui mini-
strat. Vos aūt estis qui pman
sistis mecū in tēptationibus
meis. Et ego dispono vobis

sicut disposuit mihi pater meꝰ
regnū:ut edatis ⁊ bibatis sup
mēsam meā i regno meo:et se=
deatis sup thronos duodecim
iudicātes duodecim tribꝰ isrl'.
Ait aūt dn̄s simoni. Simon:
ecce sathanas expetiuit vos ut
cribraret sicut triticū. Ego au=
tē rogaui ꝓ te:ut nō deficiat fi
des tua. Et tu aliquādo cōuer=
sus ꝯfirma fratres tuos. Qui
dixit ei. Dn̄e:tecū paratꝰ sum
⁊ in carcerē et in mortē ire. Et
ille dixit. Dico tibi petre: non
cantabit hodie gallus: donec
ter abneges nosse me. Et dixit
eis. Quādo misi vos sine sacu
lo ⁊ pera ⁊ calciamētis:nunq̇d
aliq̇d defuit vobis? At illi di=
xerunt. Nihil. Dixit ergo eis.
Sed nunc qui habet sacculum
tollat similiter ⁊ perā. Et qui
nō habet:vendat tunicam suā
⁊ emat gladium. Dico em̄ vo=
bis: qm̄ adhuc hoc qd̄ scriptū
est:oportet impleri in me:et q̄
cū iniquis deputatꝰ est. Etem̄
ea que scripta sunt de me:finē
habent. At illi dixerunt. Dn̄e
ecce duo gladij hic. At ille di=
xit eis. Satis est. Et egressus
ibat scd̄m consuetudinem in
montē oliuaruz. Secuti sunt
autē illū ⁊ discipuli. Et cū pue
nisset ad locū:dixit ill'. Orate
ne intretis in temptationem.
Et ipse auulsus est ab eis quā=
tum iactus est lapidis: ⁊ posi=
tis genibꝰ orabat dicēs. Pa=
ter:si vis: transfer calicē istum
a me. Verūtamē non mea vo=
luntas:sed tua fiat. Apparuit
autē illi angelus de celo cōfor
tans eū. Et factus i agonia ꝓ=
lixius orabat. Et factus est su=
dor eius sicut gutte sanguinis
decurrentis in terrā. Et cū sur
rexisset ab orōne ⁊ venisset ad
discipulos suos : inuenit eos
dormientes pre tristicia. Et ait
illis. Quid dormitis? Surgi=
te orate:ne intretis in tempta=
tionē. Adhuc eo loquente:ecce
turba: ⁊ qui vocabatur iudas
vnus de duodecim:antecede=
bat eos: ⁊ appropinquauit ie=
su:ut oscularetur eum. Jesus
autē dixit illi. Juda:osculo fi=
liū hominis tradis? Videntes
autē hi qui circa ip̄m erant qd̄
futurū erat:dixerūt ei. Dn̄e:si
ꝑcutimꝰ in gladio? Et percussit
vnus ex illis seruū principis
sacerdotū: ⁊ amputauit auricu
lam eius dexterā. Respondēs
autem iesus ait. Sinite vsq;
huc. Et cum tetigisset auriculā
eius:sanauit eum. Dixit autē
iesus ad eos qui venerant ad
se principes sacerdotum ⁊ ma=

gistratus templi et seniores.
Quasi ad latronē existis cum
gladijs et fustib⁹: cū quotidie
vobiscū fuerim in tēplo: et nō
extēdistis manus in me. Sed
hec est hora vestra ⁊ potestas te
nebrarū. Cōprehendētes aūt
eū duxerunt ad domū p̄ncipis
sacerdotū. Petr⁹ vero seq̄bat᷑
eū a lōge. Accēso autē igne in
medio atrij: ⁊ circūsedentibus
illis erat petrus in medio eorꝝ.
Quē cū vidisset ancilla quedā
sedentē ad lumē: ⁊ eū fuisset in
tuita dixit. Et hic cū illo erat.
At ille negauit dicens. Muli-
er: non noui illum. Et post pu
sillum: alius videns eū dixit.
Et tu ex illis es. Petrus vero
ait. O homo nō sum. Et inter-
uallo facto quasi hore vnius:
alius quidā affirmabat dicēs.
Vere ⁊ hic cū illo erat: nā ⁊ ga-
lileus est. Et ait petr⁹. Homo:
nescio quid dicis. Et cōtinuo
adhuc illo loquente cantauit
gallus. Et conuersus dn̄s re-
spexit petrū. Et recordatus est
petrus verbi dn̄i sicut dixerat:
quia prius q̄ꝫ gallus cātet: ter
me negabis. Et egressus foras
fleuit amare. Et viri qui tene-
bant iesum: illudebāt ei ceden
tes eum. Et velauerunt eum: ⁊
percutiebant faciē eius: et in-
terrogabāt eū dicentes. Pro-
phetiza. Quis est qui te percus-
sit? Et alia multa blasphemā-
tes dicebant in eum. Et vt fa-
ctus est dies: cōuenerūt senio-
res plebis et principes sacerdo-
tum ⁊ scribe: ⁊ duxerunt illū in
consiliū suū dicentes. Si tu es
christus dic nobis. Et ait illis
Si vobis dixero non credetis
mihi: si autē ⁊ interrogauero:
nō respondebitis mihi neqꝫ di
mittetis. Ex hoc autē erit fili-
us hoīs sedēs a dextris virtu-
tis dei. Dixerunt aūt omnes.
Tu ergo es filius dei? Qui ait
Vos dicitis: quia ego sum. At
illi dixerūt. Quid adhuc desy
deramus testimoniū? Ipsi eñ
audiuimus de ore ei⁹. Et sur-
gens oīs multitudo eorū duxe
runt illū ad pilatū. Ceperunt
autē accusare illū dicētes. Hūc
inuenimus subuertentē gen-
tem nostrā: ⁊ p̄hibentē tributa
dari cesari: et dicentē se christū
regē esse. Pilatus autē inter-
rogauit eū dicēs. Tu es rex iu
deorꝝ? At ille respōdēs ait. Tu
dicis. Ait autē pilat⁹ ad p̄nci-
pes sacerdotū et turbas. Nihil
inuenio cause in hoc homine.
At illi inualescebant dicentes
Cōmouit populū docens per
vniuersam iudeā: incipiens a

galilea usqz huc. Pilat⁹ autē audiēs galileā: interrogauit si hō galileus esset. Et ut cognouit q̄ de herodis potestate esset remisit eū ad herodē: qui ꝛ ipse hierosolymis erat illis dieb⁹ Herodes aūt viso iesu gauisus est valde. Erat eñ cupiens ex multo tp̄e videre eū: eo q̄ audiret m̄lta de eo: ꝛ sperabat signū aliqd̄ videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illū multis sermonib⁹. At ipse nihil illi rn̄debat. Stabāt etiā p̄ncipes sacerdotū ꝛ scribe constāter accusantes eū Spreuit aūt illū herodes cū exercitu suo: et illusit indutū veste alba: ꝛ remisit ad pilatū. Et facti sunt amici herodes ꝛ pilatus in ipa die: nā antea inimici erant ad inuicē. Pilat⁹ aūt cōuocatis p̄ncipib⁹ sacerdotū ꝛ magistratib⁹ ꝛ plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hūc hominē quasi auertentē pp̄l'm: ꝛ ecce ego corā vob̄ interrogās: nullā causam inuenio in hoīe isto ex hijs in quib⁹ eū accusatis. Sed neqz herodes. Nā remisi vos ad illū: ꝛ ecce nihil dignū morte actū est ei. Emēdatū ergo illū dimittā. Necesse autē habebat dimittere eis p̄ diē festū vnū. Exclamauit aūt simul uniuersa turba dicens. Tolle hūc: ꝛ dimitte nob̄ barraban. Qui erat ꝓpter seditionē quandā factā in ciuitate et homicidiū missus in carcerē. Iterū aūt pilatus locut⁹ est ad illos: volēs dimittere iesum. At illi succlamabāt dicentes. Crucifige: crucifige illū. Ille aūt tertio locutus est ad illos. Quid eñ mali fecit iste? Nullā causam mortis inuenio ī eo Corripiā ergo illū ꝛ dimittā. At illi instabant vocibus magnis: postulātes ut crucifigeretur: ꝛ inualescebāt voces eoꝝ. Et pilatus adiudicauit fieri petitionē eorū. Dimisit autē illis eū: qui ꝓpter homicidiū ꝛ seditionē missus fuerat in carcerem quē petebant: iesum vero tradidit voluntati eoꝝ. Et cū ducerent eū: apprehēderūt simonē quēdā cyrenēsem venientē de villa: ꝛ imposuerūt illi crucē portare post iesum. Seq̄baꝰ autē illū multa turba populi viroꝝ ac mulieꝝ: que plāgebāt ꝛ lamentabanꝰ eū. Cōuersus autē ad illas iesus dixit. Filie hierusalē: nolite flere super me: sed sup̄ vosipsas flete: ꝛ super filios v̄ros. Quoniā ecce venient dies in quibus dicēt. Beate steriles: ꝛ ventres que nō genuerūt: ꝛ ubera que

nō lactauerūt. Tūc incipiēt di-
cere mōtibus: cadite sup̱ nos:
et collibus operite nos. Quia
si i viridi ligno hec faciūt: i ari-
do q̄d fiet? Ducebanť aūt ⁊ alij
duo nequā cū eo: ut interfice-
renť. Et postq̄z venerūt i locū
qui vocať caluarie: ibi crucifi-
xerūt eū et latrones: unū a de-
xtris: et alterū a sinistris. Je-
sus aūt dicebat. Pater dimit-
te illis: nō em̄ sciūt q̄d faciunt
Diuidētes vero vestimēta eiꝰ:
miserūt sortes. Et stabat popu-
lus expectās: et deridebant eū
principes cū eis dicentes. Ali-
os saluos fecit: seipsum saluū
faciat si hic est christus filiꝰ dei
electus. Illudebāt aūt ei ⁊ mi-
lites accedētes: et acetū offerē-
tes ei dicentes. Si tu es rex iu-
deorū: saluū te fac. Erat autē ⁊
supscriptio scripta sup̱ eū litte-
ris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis
Hic est iesus rex iudeoꝝ. Unꝰ
autē de hijs qui pendebant la-
tronibꝰ: blasphemabat eū di-
cens. Si tu es christus: saluū
fac teipsum ⁊ nos. Respondēs
autē alter: increpabat eū dicēs
Neq̄z tu times deū: qui in ea-
dem dānatione es. Et nos qui-
dem iuste: nā digna factis reci-
pimꝰ. Hic vero nihil mali ges-
sit. Et dicebat ad iesum. Do-
mine: memēto mei cum vene-
ris i regnū tuū. Et dixit illi ie-
sus. Amen dico tibi: hodie me-
cum eris in paradiso. Erat au-
tem fere hora sexta: et tenebre
facte sunt per vniuersam terrā
vsq̄z in horam nonam. Et ob-
scuratus est sol: et velū templi
scissum est mediū. Et clamans
voce magna iesus ait. Pater
in manus tuas cōmendo spi-
ritū meū. Et hec dicēs expira-
uit. ✠ Uidens autē centurio
quod factum fuerat: glorifica-
uit deū dicēs. Uere hic homo
iustus erat. Et om̄is turba eo-
rum qui simul aderant ad spe-
ctaculū istud: ⁊ videbant q̄ fie-
bant: percutiētes pectora sua re-
uertebātur. Stabāt aūt om̄es
noti eius a longe: et mulieres
que secute eum erant a galilea
hec videntes. Euangelium.

Et ecce vir noīe ioseph: q̄ erat
decurio: vir bonus ⁊ iustꝰ: hic
nō cōsenserat ꝯsilio et actibus
eoꝝ: ab arimathia ciuitate iu-
dee: qui expectabat ⁊ ipē regnū
dei. Hic accessit ad pilatum ⁊ pe-
tijt corpus iesu. Et depositū in-
uoluit syndone: ⁊ posuit eū in
monumēto exciso: in quo nō-
dū quisq̄z positꝰ fuerat. Offer.

Domine exaudi orationem meā:
et clamor meus ad te perueniat.

Purifica nos miseri- Secre. cors de⁹: ut ecclesie tue p̄ces q̄ tibi grate sunt pia munera deferētes: fiāt expiatis mētibus gratiores. P. Cōio. Potū meum cū fletu tēperabā: q̄a eleuās allisisti me: ꝛ ego sicut fenū arui: tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanes: tu exurgēs misereberis sion: q̄a venit tp̄s miserēdi ei⁹. Cōpl. Largire sensib⁹ nr̄is omp̄s de⁹: ut ꝑ tpalē filij tui mortē quā hec mysteria venerāda testant̄: vitā nobis te dedisse ꝑpetuā ꝯfidam⁹. Per. Respice q̄s dn̄e Sup ppl'm sup hāc familiā tuā: ꝓ q̄ dn̄s noster iesus christ⁹ nō dubitauit manib⁹ tradi nocētū: ꝛ crucis subire tormentū. Per eū.

¶ Feria q̄nta i cena dn̄i Intr.

Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i iesu christi: i quo est salus: vita et resurrectio nr̄a: per quē saluati ꝛ liberati sum⁹. Ps. De⁹ misereat̄ nr̄i ꝛ bn̄dicat nob: illuminet vultū suū sup nos et misereat̄ nr̄i. Oro. Deus a quo ꝛ iudas reatus sui penā ꝛ ꝯfessionis sue latro p̄miū sumpsit: cōcede nob tue propiciatiōis effectū: ut sicut i passiōe sua iesus christus dn̄s noster diuersa utrisq; intulit stipēdia meritoꝝ: ita nob ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gloriam largiat̄. Qui t. Ad Corinthios. j. ca. xj

Fratres: Cōuenietib⁹ vobis i unū: iā nō est dominicā cenā manducare. Unusquisq; enī suā cenā ꝓsumit ad māducādū. Et ali⁹ quidē esurit: alius aūt ebri⁹ est. Nunq̄d domos nō habetis ad māducādū ꝛ bibendū? Aut ecclesiā dei cōtemnitis: ꝛ ꝯfunditis eos q̄ nō habent? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enī accepi a dn̄o q̄d et tradidi vobis: q̄m dn̄s iesus in q̄ nocte tradebat̄: accepit panē ꝛ gr̄as agens fregit ꝛ dixit. Accipite et māducate. Hoc est corpus meū q̄d ꝓ vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ꝛ calicē postq̄; cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hoc facite quotiēscunq; bibetis: in meā cōmemorationē Quotienscunq; enī manducabitis panē hūc ꝛ calicē bibetis: mortem dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaq; q̄cūq; manducauerit panē vel biberit calicē dn̄i indigne: re⁹ erit corporis et sanguinis dn̄i. Probet aūt seipsum homo: ꝛ sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enī manducat ꝛ bibit indigne

iudiciũ sibi manducat ⁊ bibit nõ dijudicãs corp⁹ dñi. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: et dormiũt multi. Qđ si nosmetipsos dijudicaremus: nõ vtiqȝ iudicaremur. Dũ iudicamur autem: a dño corripimur: vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur. Grad. Christ⁹ factus est ꝑ nobis obediens vsqȝ ad mortem mortẽ autẽ crucis. ℣. Propter qđ et deus exaltauit illũ: et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Scdm Johannem. xiij.

Ante diẽ festũ pasche sciẽs iesus quia venit hora eius vt trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ: cũ dilexisset suos q̃ erãt in mũdo: in finẽ dilexit eos. Et cena facta cũ diabolus iã misisset in cor vt traderet eũ iudas simonis scariothis: sciens quia oĩa dedit ei pater in manus: et q̃a a deo exiuit et ad deum vadit: surgit a cena: ⁊ ponit vestimenta sua. Et cũ accepisset lintheũ p̃cinxit se. Deinde misit aquã in peluim: et cepit lauare pedes discipulorum: et extergere lintheo quo erat p̃cinctus. Venit ergo ad simonẽ petrũ. Et dicit ei petrus. Dñe: tu mihi lauas pedes? Respondit iesus et dixit ei. Quod ego facio: tu nescis modo: scies autẽ postea. Dicit ei petrus. Nõ lauabis mihi pedes in eternũ. Respondit ei iesus. Si nõ lauero te: nõ habebis partẽ mecũ. Dicit ei simon petrus. Dñe: nõ tm̃ pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est: non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mũdi estis: sed nõ oĩes. Sciebat eñ quisnam esset qui traderet eũ. Propterea dixit: nõ estis mundi omnes. Postq̃ȝ ergo lauit pedes eorũ: accepit vestimẽta sua: et cũ recubuisset: iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vob. Vos vocatis me magister ⁊ dñe: et bene dicitis. Sũ etenĩ. Si ergo ego laui pedes vestros dñs ⁊ magister: ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes Exẽplũ eñ dedi vobis: vt quẽadmodũ ego feci vobis: ita et vos faciatis. Offert. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuã: ⁊ narrabo opera dñi. Secre. Ipse tibi qs̃ dñe sancte pater omnipotens eterne de⁹ sacrificiũ nostrũ reddat acceptũ: quo discipulis suis ĩ sui cõmemorationẽ hoc fieri hodierna traditione mõstrauit: iesus christ⁹ dñs noster. Qui te. Prefatio. Qui salutẽ humani ge. Cõicantes.

Hanc igit. Qui pridie. Cōio.
Dñs iesus postquā cenauit cū discipul' suis: lauit pedes eoꝝ ꝛ ait illis scitis qđ fecerim vobis ego dñs et magister vr̃: exemplū dedi vobis vt et vos ita faciatis. Pax nō dat. Immediate diaconus incipit versus ad ppl'm accepto calice
Calicē salutaris Ad vs̄. añ. accipiā ꝛ nomē dñi inuocabo Ps̄. Credidi. Añ. Cū his q̄ oderūt pacē erā pacific⁹: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Ps̄. Ad dñm cū tri. Añ. Ab hoībus iniq̄s libera me dñe. Ps̄. Eripe me. Añ. Custodi me a laqueo quē statuerūt mihi: et a scādal' operātiū iniq̄tatē. Ps̄. Dñe clama. Añ. Cōsyderabā ad dexterā ꝛ videbā: ꝛ nō erat qui cognosceret me. Ps̄. Voce mea. Ad magnificat añ. Cenātibus autē accepit iesus panē bñdixit ꝛ fregit dedit discipulis suis Cañ. Magnificat. Cōpl'. Refecti vitalibus alimentis q̄s dñe deus nr̄: vt qđ tp̄e nr̄e mortalitatis exeq̄mur: īmortalitatis tue munere cōseq̄mur. P. Bñdicamus dño dicit: et bñdictio dat. Hoc die pacto officio detegant oīa altaria ꝛ lauent. ¶ Itē i die parasceues p̄mo dicit. Orem⁹ flectam⁹ ge. Le. Orō. De⁹ a quo et iudas. Lectio sine titulo. Ozee. vj.

nos offerret deo: mortificatos
quidẽ carne: viuificatos autẽ
spiritu. In quo et his q̃ in car
cere erant spiritualiter veniẽs
ꝑdicauit: qui increduli fuerãt
aliquãdo expectabãt dei pati-
entiã in diebus noe cũ fabri-
caretur archa: in qua pauci: id
est octo anime salue facte sunt
per aquã. Quod ꝛ vos nũc si-
mil' forme saluos facit baptis-
ma: nõ carnis depositio sordi
um: sed cõscientie bone inter-
rogatio in deũ: per resurrectio-
nẽ iesu christi qui est in dexte-
ra dei. Grad. Hec dies. V. Be-
nedictus qui venit in nomine dñi:
deus dñs et illuxit nobis. All'a.
V. Dicite in gentibus: quia domi
nus regnauit a ligno. Scdm Ma
In illo tem- theũ. xxviii.
pore. Undecim discipuli
abierunt in galileã in montẽ
ubi cõstituerat illis iesus. Et
videntes eũ adorauerũt: qui-
dam autẽ dubitauerũt. Et ac
cedẽs iesus: locutus est eis di

cens. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete oēs gētes baptizātes eos in noīe patris et filij et spūssancti: docētes eos servare oīa quecunqz mādavi vobis. Et ecce ego vobiscū sum omnibus dieb⁹ usqz ad ↄsummationē seculi. Offer. Erit vobis hec dies memorialis all'a: et diē festū celebrabitis solennē dn̄o ī progenies vestras legittimū sempiternū diē all'a. Secre. Hostias qs̄ dn̄e placatiōis assume: q̄s pro renatorū expiatiōe peccati deferim⁹ et pro acceleratiōe celestis auxilij Per. Cōio. Data est mihi oīs potestas ī celo et ī terra all'a: euntes docete oēs gētes baptizātes eos in noīe patris et filij et spūssancti all'a all'a. Cōpl'. Respice qs̄ dn̄e populū tuū: et quem eternis dignatus es renovare mysterijs a tpalib⁹ culpis dignāter absolve. P d. Sabbato Intr.

Eduxit dn̄s ppl'm suū ī exultatione all'a: et electos suos ī leticia all'a all'a. Ps̄. Cōfitemini dn̄o et invocate nomē eius: annunciate inter gētes gloriā Omnede qs̄ Orō. eius. Omnipotēs deus: ut q̄ festa paschalia venerādo egim⁹: per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Petri apl'i. j. ca. ij.

Charissimi: Deponentes omnē maliciā et oēm dolum et simulatiōes et invidias et oēs detractiōes: sicut mō geniti infantes ratiōabiles et sine dolo lac ↄcupiscite: ut in eo crescatis ī salutē: si tamē gustastis qm̄ dulcis est dn̄s. Ad quē accedētes lapidē vivū: ab hoībus quidem reprobatū: a deo autem electū et honorificatū: et ipsi tanq̄z lapides vivi superedificamini dom⁹ spūales ī sacerdotiū sanctū: offerētes spiritales hostias acceptabiles deo per iesuz christū. Propter qd̄ ↄtinet scriptura. Ecce ponā ī sion lapidē summū angularē electū p̄ciosum: et oīs q̄ crediderit in eū nō ↄfundet. Vobis igit honor credētib⁹: nō credētib⁹ aūt lapis quē reprobaverunt edificātes: hic fact⁹ est in caput anguli: et lapis offensiōis et petra scādali: his q̄ offendūt verbo: nec credunt: in quo et positi sunt. Vos autē gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gēs sctā: ppl's acq̄sitionis: ut annūcietis virtutes ei⁹: q̄ de tenebris vos vocavit in admirabile lumē suū Qui aliquando nō populus dei: nunc autem populus dei: qui non consecuti misericordiam: nūc autē misericordiā cō-

secuti. P iesum christū dñm
nostrū. Alla. V. Hec dies quā fe
cit dñs: exultemus ⁊ letemur in ea.
Alla. V. Laudate pueri dñm: lau
date nomen dñi. V. Sit nomē dñi
bñdictū: ex hoc nūc et usq; i seculū.
In illo Scdm Johā. xx.
I tēpe. Una sabbati maria
magdalene venit mane cū ad
huc tenebre essent: ad monu-
mentū: ⁊ vidit lapidē sublatū
a monumēto. Cucurrit ergo ⁊
venit ad simonē petꝝ: ⁊ ad aliū
discipulū quē amabat iesus: ⁊
dicit illis. Tulerūt dñm meū
de monumēto: ⁊ nescio ubi po
suerūt eū. Exijt ergo petrꝰ et il-
le alius discipulus: et venerūt
ad monumētū. Currebāt aūt
duo simul: ⁊ ille alius discipu-
lus pcucurrit citiꝰ petro: ⁊ venit
primꝰ ad monumētū. Et cū se
iclinasset: vidit posita linthea-
mina: nō tamen introiuit. Ve
nit ergo simō petrꝰ sequēs eū: ⁊
introiuit i monumentū. Et vi
dit lintheamina posita: ⁊ suda
riū qđ fuerat sup caput eiꝰ: nō
cū lintheaminibꝰ positū: sed se
paratim inuolutū i unū locū
Tūc ergo introiuit ⁊ ille disci-
pulus q̄ venerat primꝰ ad mo
numētū: ⁊ vidit ⁊ credidit. No
dū eñ sciebat scptură: q̄a opor
teret eū a mortuis resurgere.

Bñdictꝰ q̄ venit i noīe dñi Offer.
Bñdiximꝰ vob̄ de domo dñi: deꝰ dñs
⁊ illuxit nobis alla alla. Secr. Con
cede q̄s dñe semp nos per hec
mysteria paschalia gratulari:
ut cōtinua nr̄e repatiōis opa-
tio: ppetue nobis fiat causa le-
titie. P. Cōio. Oēs q̄ in christo
baptizati estis christū iduistis alla.
Redēptionis nr̄e mu- Cōplē.
nere vegetati q̄s domine: ut
hoc ppetue salutis auxilio: ve-
ra fides nos reddat acceptos.

Dñica prima Intro.
Quasi mō geniti infantes
alla ratiōabiles sine dolo
lac cōcupiscite alla alla alla. Ps.
Exultate deo adiutori nr̄o: iubila-
Presta Oro. te deo iacob.
q̄s omps deus: ut q̄ fe
sta paschalia peregimꝰ: hec te
largiēte moribus ⁊ vita tenea
mus. Per. j. Johannis. v.
Charissimi: Omne qđ na
tū est ex deo vincit mun-
dum: ⁊ hec est victoria q̄ vincit
mūdū fides nr̄a. Quis est aūt
q̄ vincit mundū: nisi q̄ credit
q̄m iesus est filius dei? Hic est
q̄ venit p aquā et sanguinē ie-
sus christus. Nō in aqua solū
sed in aqua ⁊ sanguine. Et spi
ritus est qui testificat: q̄m chri
stus est veritas. Quoniā tres
sunt q̄ testimoniū dāt in celo:

pater: verbū ⁊ spūssanct⁹: ⁊ hij tres unū sunt. Et tres sunt q̄ testimoniū dāt in terra: spūs: aq̄ et sanguis. Si testimoniū hoim accipim⁹: testimoniū dei maius est. Qm̄ hoc est testimoniū dei q̄ꝺ mai⁹ est: q̄a testificatus est de filio suo. Qui credit i filiū dei: habet testimoniū dei in se. Nota singulis dieb⁹ dñicis post pascha: usq̄z ad dñicā Uocē iocūditatis. inclusiue ꝑm choꝝ Wrat. i summa missa dicit Introitus Resurrexi. per totū sicut in die pasche. Sed p̄ p̄mo Grad. siue p̄ primo All'a dicitur. All'a. ℣. Hec dies quā fecit dñs: exultemus et letemur in ea. Pro secūdo vero All'a dicitur. All'a. ℣. Pascha nostrū immolat⁹ est christus. ℣. Epulemur in azymis synceritatis et veritatis. Sed q̄ vult tenere dñicā extra choꝝ specialiter: ille dicat p̄ p̄mo All'a diei dñice: videlicet. All'a. ℣. Surgens iesus dñs noster stans in medio discipulorū dixit: pax vobis. Et p̄ secūdo All'a All'a. ℣. Pascha nostꝝ. Scd̄m

In illo tp̄e: Johannē. xx.

Cuz sero esset die illo una sabbatoꝝ: ⁊ fores essent clause ubi erant discipuli cōgregati ꝓpter metum iudeoꝝ: venit iesus ⁊ stetit i medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cū hec dixisset ostēdit eis man⁹ et lat⁹. Gauisi sunt ergo discipuli visu dñō Dixit ergo eis iteꝝ. Pax vobis. Sic misit me pater: et ego mitto vos. Hec cū dixisset: insufflauit: et dixit eis. Accipite spm̄ sanctū. Quoꝝ remiseritis peccata remittunť eis: et quorum retinueritis: retēta sunt. Diuisio. Thomas aūt un⁹ ex duodecim q̄ dicit̄ didim⁹: nō erat cū eis qn̄ venit iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Uidimus dñm. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurā clauoꝝ: ⁊ mittā digitū meū i locū clauoꝝ: ⁊ mittam manū meā in latus eius: non credam. Et post dies octo iterū erāt discipuli eius intus et thomas cum eis. Uenit iesus ianuis clausis: et stetit in medio ⁊ dixit eis. Pax vobis Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc: et vide man⁹ meas: et affer manū tuā: et mitte in latus meū: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Rñdit thomas ⁊ dixit ei. Dñs me⁹ et de⁹ me⁹. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti. Beati qui non viderūt et crediderūt Multa quidem ⁊ alia signa fecit iesus in cōspectu discipulo-

rum suoꝝ: q̄ nō sunt scripta in libro hoc. Hec aūt scripta sunt ut credatis q̄a iesus est fili⁹ dei et ut credētes vitā habeatis in noīe eius. Offer. Angelus dn̄i descēdit de celo ⁊ dixit mulieribus: quē queritis: surrexit sicut dixit vobis all'a. Secreta. Suscipe q̄s dn̄e munera exultātis ecclesie ⁊ cui causam tāti gaudij p̄stiti sti: ꝑpetuū fructū ꝯcede leticie. Per. Cōio. Mitte manū tuā: ⁊ cognosce loca clauorū all'a: et noli esse incredulus sed fidelis all'a all'a. Q̄s dn̄e deus nr̄: ut Cōpl'. sacrosancta mysteria q̄ ꝓ reparatiōis nr̄e munimine cōtulisti: ⁊ p̄sens nobis remediū esse facias ⁊ futuꝝ. P. Feria q̄rta

Rēs: Ad Hebreos. xiij. Obedite p̄positis vr̄is: et subiacete eis. Ipi em̄ ꝑuigilāt q̄si rationē ꝓ aīabus vr̄is reddituri: ut cū gaudio hoc faciāt ⁊ nō gemētes. Hoc em̄ nō expedit vobis. Orate ꝓ nob. Cōfidim⁹ em̄ q̄a bonā ꝯscientiā habemus: in om̄ibus bn̄ volētes cōuersari. Ampli⁹ autē depcor vos hoc facere: quo celeri⁹ restituar vob. Deus aūt pacis q̄ eduxit pastorē magnū ouiū de mortuis ī sanguine testamēti eterni dn̄m nr̄m iesum christū aptet vos ī om̄i bono: ut faciatis eius volūtatē: faciēs ī vob qđ placeat corā se ꝑ iesum christu: cui est gloria ī secula seculoꝝ Amē. Scd̄m Marcū. ulti.

In illo tp̄e. Surgēs iesus mane p̄ma sabbati: apparuit primo marie magdalene de q̄ eiecerat septē demonia. Illa aūt vadēs nūciauit his q̄ cū eo fuerāt lugētib⁹ ⁊ flētibus Et illi audiētes q̄a viueret ⁊ visus esset ab ea: nō crediderunt Post hec aūt duob⁹ ex his ambulātib⁹: ostēsus est ī alia effigie eūtibus in villā. Et illi eūtes nūciauerūt ceteris. Feria sexta. Lctō ep'le bti Johā. ap'li j. ca. j.

Charissimi: Si dixerim⁹ q̄m pctm̄ nō habemus: ip̄i nos seducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō est. Si cōfiteamur pctā nr̄a: fidelis est ⁊ iust⁹ ut remittat nob pctā nostra: ⁊ emūdet nos ab omni iniq̄tate Si dixerim⁹ q̄m nō peccauim⁹ mēdacē facim⁹ eū: ⁊ verbū ei⁹ nō est ī nobis. Filioli mei: hec scribo vob ut nō peccetis. Sed ⁊ si q̄s peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrē iesum christū iustū. Et ip̄e est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris. Scd̄m Matheū

In illo tp̄e: Exierūt xxviij mulieres cito de monumēto cū timore ⁊ gaudio magno

currẽtes nũciare discipulis ei⁹ Et ecce iesus occurrit eis dicẽs Auete. Jlle aũt accesserũt ꝛ tenuerunt pedes eius: ꝛ adorauerũt eũ. Tũc ait illis iesus. Nolite timere: ite nũciate fratrib⁹ meis vt eãt in galileã. Jbi me videbũt. Que cũ abijssent: ecce quidã de custodib⁹ venerũt in ciuitatẽ: et nũciauerũt principibus sacerdotũ om̄ia que facta fuerant. Et cõgregati cũ senioribus: cõsilio accepto pecuniã copiosaꝫ dederũt militib⁹ dicẽtes. Dicite q̃a discipuli ei⁹ nocte venerũt: ꝛ furati sunt eũ nob̃ dormiẽtibus Et si hoc auditũ fuerit a p̃side: nos suadebimus ei: et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatũ est verbũ istud apud iudeos vsqꝫ in hodiernũ diẽ.

Dñica scda Intr.

Misericordia dñi plena ẽ terra all'a: verbo dñi celi firmati sunt all'a all'a. Ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collau- datio.

Oro. Deus qui in filij tui humilitate iacẽtem mundũ erexisti: fidelibus tuis perpetuã concede leticiam vt quos ꝑpetue mortis eripuisti casibus: gaudijs quoqꝫ facias perfrui sempiternis. Per eundem. Lectio Petri apl'i. j. ca. ij.

Charissimi: Christ⁹ passus est pro nobis: vobis relinquens exemplũ: vt sequamini vestigia ei⁹. Qui peccatum nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cũ malediceretur non maledicebat: cum pateref: nõ cõminabatur. Tradebat autem iudicãti se iniuste. Qui peccata nostra ipse ꝑtulit in corpe suo super lignum: vt peccatis mortui iusticie viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis em̃ aliquãdo sicut oues errãtes: sed cõuersi estis nũc ad pastorẽ et episcopũ animarũ vestrarũ. All'a. V. Surrexit pastor bon⁹: q̃ posuit animã suam ꝓ ouibus suis: ꝛ pro suo grege mori dignatus est.

Jn illo Scdm Johãnẽ. x. tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bon⁹ pastor animã suã dat ꝓ ouibus suis. Mercẽnarius autẽ ꝛ qui non est pastor cui⁹ nõ sunt oues ꝓprie: videt lupum venientem: et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Mercẽnari⁹ autem fugit: quia mercẽnarius est: et nõ pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et co-

gnoscunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnosco patrem: et animã meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocem meã audient: et fiet vnum ouile et vnus pastor.

Offert. Deus deus meus: ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo man⁹ meas alleluia. Secre.

Benedictionẽ nobis domine conferat salutarẽ sacrosancta libatio: vt quod agit mysterio virtute perficiat. Per dñm.

Cõio. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee all'a all'a. Cõpleñ.

Sacramenta que sumpsimus domine: et spiritualibus nos instruant alimentis: et corporalibus tueãtur auxiliis. P.

Feria quarta. j. Petri. ca. j.

Fratres: Sciẽtes quia nõ corruptibilibus argento et auro redempti estis de vana vestra cõuersatione paterne traditiõis: sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et imaculati iesu christi. Precogniti quidẽ ante mundi constitutionẽ: manifestati autẽ nouissimis temporibus propter vos qui fideles estis per ipsuz in deo: qui suscitauit eũ a mortuis: et dedit ei gloriam vt fides vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis: et fraternitatis amore: simplici ex corde inuicẽ diligite attentius: renati non ex semine corruptibili: sed incorruptibili per verbum dei viui et permanentis: quia omñis caro vt fenum: et omnis gloria eius tanq̃z flos feni. Exaruit fenũ et flos eius decidit: verbũ autem domini manet in eternũ.

Scdm Lucam. ca. xxiiij.

In illo tempore: Una sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentũ portãtes: q̃ parauerunt aromata et inuenerunt lapidẽ reuolutum a monumento: et ingresse non inuenerunt corpus domini iesu. Et factũ est dũ mente consternate essent de isto: ecce duo viri steterũt secus illas in veste fulgenti. Cũ timerent autem et declinarent vultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? Nõ est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis: cuz adhuc in galilea esset dicẽs. Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ peccatoꝝ: et cru-

cifigi: et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborũ eius: et regresse a monumento nũciauerũt hec omĩa illis vndecim et ceteris omnibus. Erat autẽ maria magdalene: et iohãna: et maria iacobi: et cetere que cũ eis erant: que dicebant ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut delyramentũ verba ista: et nõ crediderũt illis. Petrus autẽ surgens cucurrit ad monumentũ: et procũbens vidit lintheamina sola posita: et abijt secũ mirans quod factũ fuerat. Feria sexta. Petri apostoli. ca. iiij.

Charissimi: Sufficit preteritũ tẽpus ad voluntatẽ gentiũ consummandã his qui ambulauerũt in luxurijs: desyderijs: vinolẽtijs: comessationibus: potationibus: ebrietatibus: et illicitis idolorũ cultib⁹. In quo admirantur nõ concurrentibus vobis in eandẽ luxurie confusionẽ blasphemantes: qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare viuos et mortuos. Propter hoc enĩ et mortuis euangelizatũ est: vt iudicent quidẽ scd̃m homines in carne viuãt aũt scd̃m deũ in spiritu.

In illo Scd̃m Matheũ. ix. tempore. Accesserunt ad iesum discipuli iohannis dicentes. Quare nos et pharisei ieiunam⁹ frequenter: discipuli autem tui nõ ieiunant? Et ait illis iesus. Nũquid possunt filij sponsi lugere q̃zdiu cũ illis est sponsus? Venient autẽ dies cũ auferetur ab eis sponsus: et tũc ieiunabunt. Nemo autẽ immittit cõmissurã panni rudis in vestimentũ vetus. Tollit enĩ plenitudinẽ eius a vestimẽto: et peior scissura fit. Neq; mittunt vinũ nouũ in vtres veteres. Alioq̃n rumpũtur vtres: et vinũ effunditur: et vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt: et ambo cõseruantur. ¶ Dñica tertia Intr.

Iubilate deo omnis terra alleluia: psalmũ dicite nomini eius all'a: et date gloriam laudi eius all'a all'a alleluia. Ps. Dicite deo quã terribilia sũt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Deus qui er- Oro. rantib⁹ vt in viã possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis: da cũctis q̃ christiana pfessione cẽsentur: et illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea q̃ sunt apta sectari. Per. j. Petri. ij.

Charissimi. Obsecro vos

tanq̃z aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalib⁹ desyderijs: que militant aduersus animã: conuersationẽ vestrã inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detrectant de vobis tanq̃z de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerãtes: glorificent deũ in die visitationis. Diuisio. Subiecti estote omni humane creature propter deũ. Siue regi quasi precellenti: siue ducibus tanq̃z ab eo missis ad vindictam malefactorũ: laudem vero bonorũ. Quia sic est voluntas dei: ut benefaciẽtes obmutescere faciatis imprudentiũ hoĩm ignorantiã. Quasi liberi: ⁊ non quasi velamẽ habentes malicie libertatẽ: sed sicut serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui: subditi estote in omni timore dominis: nõ tm̃ bonis ⁊ modestis: sed etiã discholis. Hec est eñ gratia dei. In christo iesu domino nostro.

Alleluia. V. Modicum et nõ videbitis me: et iterũ modicũ et videbitis me. Scdm̃ Johannẽ. xvj.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Modicũ et iam non videbitis me: ⁊ iterũ modicũ et videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dixerunt ergo discipuli ei⁹ ad inuicẽ. Quid est hoc quod dicit nobis modicũ et non videbitis me: ⁊ iterũ modicũ et videbitis me: q̃a vado ad patrem? Dicebãt ergo. Quid est hoc q̃d dicit modicũ? Nescimus q̃d loquit̃. Cognouit autẽ iesus: quia volebant eũ interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc queritis inter vos: q̃a dixi. Modicum ⁊ non videbitis me: et iterũ modicũ et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autẽ gaudebit. Uos autẽ cõtristabimini: sed tristicia vestra vertet̃ in gaudiũ. Mulier cũ parit tristiciã habet: quia venit hora ei⁹. Cũ aũt peperit puerũ: iã nõ meminit pressure propter gaudiũ: quia natus est homo in mundũ. Et vos igitur nunc quidẽ tristiciã habetis. Iterũ autẽ videbo vos: ⁊ gaudebit cor vestrũ: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Offer. Lauda aĩa mea dominũ: laudabo dñm ĩ vita mea: psallam deo meo quã diu ero all'a. Secre. Hijs nobis q̃s dñe mysterijs cõferatur: quo terrena desyderia mitigantes discam⁹ amare celestia. Per.

Modicū ⁊ nō videbitis me Cōio alľa: et iterum modicū et videbitis me: quia vado ad patrē alľa alľa.

Presta nobis omīp Cōpleñ. tēs deus: ut viuificationis tue gratiā cōsequētes: in tuo semper munere gloriemur. Per.

Feria quarta. j. Johānis. ij.

Charissimi: Hec scribo vobis ut nō peccetis. Sed ⁊ si q̄s peccauerit: aduocatū habemus apud patrē iesum christū iustū. Et ip̄e est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris: nō ꝓ nostris aūt tm̄: sed etiā ꝓ totius mūdi Et in hoc scimus qm̄ cognouimus eū: si mādata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eū ⁊ mādata eius nō custodit: mēdax est: et in eo veritas nō est. Qui aūt seruat verbū ei⁹: vere in hoc charitas dei pfecta est. In hoc scim⁹ qm̄ in ip̄o sum⁹: si in ipso cōsumemur. Qui dicit se in ip̄o manere: debet sicut ille ambulauit ⁊ ip̄e ambulare Charissimi nō mādatū nouū scribo vobis: sed mādatū vet⁹ qđ habuistis ab initio. Mādatū vetus est verbū quod audistis. Iterū mandatū nouū scribo vobis quod verū est: ⁊ i ip̄o ⁊ in vobis: quia tenebre trāsierunt: et verū lumē iā lucet. P iesum christū dominū nostrū.

In illo Scđm Johānē. iij tēpe. Facta est questio ex discipulis iohannis cū iudeis de purificatiōe. Et venerūt ad iohānē: ⁊ dixerūt ei. Rabbi: q̄ erat tecū trās iordanē: cui tu testimoniū ꝑhibuisti: ecce hic baptizat: ⁊ oēs veniūt ad eū. Respōdit iohānes ⁊ dixit. Nō pt̄est hō accipere quicq̄: nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos mihi testimoniū ꝑhibetis q̄ dixerim: nō sum ego christ⁹: sed q̄a missus sum ante illū. Qui habet spōsam sponsus est: amicus aūt spōsi q̄ stat ⁊ audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē spōsi. Hoc ergo gaudiū meū impletū est. Illū oportet crescere me aūt minui. Qui desursum venit sup oēs est. Qui autē de terra est: de terra loquitur. Qui de celo venit: sup omnes est. Et qđ vidit et audiuit: hoc testatur: et testimoniū eius nemo accipit. Qui aūt acceperit eius testimoniū signauit: q̄a deus verax est. Quē em̄ misit deus: verba dei loquitur. Nō em̄ ad mensurā dat deus spiritū. Pater em̄ diligit filiū: et oīa dedit in man⁹ eius. Qui credit in filiū: habet vitā eternā: qui autē incredulus est filio: non videbit vitā. Sed ira

dei manet sup eū. Feria sexta

Petri apostoli. j. ca. j.

Karissimi: Succingite lūbos mētis vestre: sobrij ꝛ pfecti sperate in eā que offertur vobis gratiā in reuelationē iesu christi: quasi filij obediētie: nō cōfigurati priorib⁹ ignorātie vestre desyderijs: sed ꝫm eū q vocauit vos sanctū: ut ꝛ ipi in oīmi ꝯuersatiōe sancti sitis: qm sic scriptū est: sancti eritis: qm et ego sanctus sum. Et si patrē inuocatis eū qui sine acceptione psonarū iudicat ꝫm uniuscuiusqꝫ opus: in timore incolatus vestri tempore conuersamini. In christo iesu dño nostro.

Scdm Johannem. xij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Qui credit in me: nō credit in me: sed in eū qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mundū veni: ut oīmis qui credit in me: in tenebris nō maneat. Et si quis audierit verba mea et non custodierit ea: ego nō iudico eū. Non eñi veni ut iudicē mundum: sed ut saluificem mundū. Qui spernit me: non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quē locutus sum: ille iudicat eū in nouissimo die. Quia ego a meipo nō sum locutus: sed qui misit me pater: ipse mihi mandatū dedit quid dicam: aut quid loquar. Et scio quia mandatū eius vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit mihi pater sic loquor.

¶ Dñica quarta post Pascha Introitus.

Cantate domino canticuꝫ nouum alleluia: quia mirabilia fecit dominus alleluia: ante conspectum gentium reuelauit iusticiā suam alleluia alleluia. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachiū sanctū eius. Oro.

Deus qui fideliū mentes unius efficis voluntatis: da populis tuis id amare qđ precipis: id desyderare qđ pmittis: ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: ubi vera sunt gaudia.

Per. Jacobi apl̄i. ca. j.

Karissimi. Omne datū optimū: ꝛ omne donū perfectū desursuꝫ est descendēs a patre luminū: apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: ut simus initiū aliqđ creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē omnis hō velox ad audienduꝫ: tardus

autem ad loquendũ: ꝛ tardus ad iram. Ira eñ viri iusticiã dei non operatur. Propter quod abijcientes omnẽ imũdiciam et abundantiam malicie. In mansuetudine suscipite insitum verbum: quod potest saluare animas vestras. Alleluia. ℣. Uado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Scdm Johannem. ca. xvi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Uado ad eũ qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristicia implebit cor vestrũ. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis ut et ego vadã. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittã eũ ad vos. Et cũ venerit: ille arguet mũdum de peccato: et de iusticia: et de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia vero: quia ad patrẽ vado: et iam non videbitis me. De iudicio aũt: quia princeps huius mundi iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnẽ veritatẽ. Nõ eñ loquetur a semetipso: sed quecunqꝫ audiet loquetur: et que ventura sunt: annunciabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet: et annũciabit vobis. Offer. Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite et audite: ꝛ narrabo vobis omnes qui timetis deũ: quanta fecit domin⁹ anime mee alleluia. Secre.

Deus qui nos per huius sacrificij venerãda cõmercia vnius summeqꝫ diuinitatis participes esse fecisti: tribue quesumus: ut sicut tuã cognoscimus veritatẽ: sic eã dignis moribus assequamur. Per. Cõio.

Cum venerit paracletus spiritus veritatis: ille arguet mundum de peccato ꝛ de iusticia et de iudicio alleluia alleluia. Compleñ.

Adesto nobis dñe deus noster: ut ꝑ hec que fideliter sumpsimus: et purgemur a vicijs: et a periculis omnibus eruamur. Per do. Feria quarta.

Ad Tessalonicenses. v.

Fratres: Oĩes eñ vos filij lucis estis et filij diei. Nõ estis noctis neqꝫ tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut ꝛ ceteri: sed vigilemus ꝛ sobrij simus. Qui eñ dormiũt nocte

dormiunt: ⁊ qui ebrij sunt no
cte ebrij sunt. Nos autem qui
diei sumus: sobrij simus: in-
duti loricā fidei et charitatis ⁊
galeam spem salutis: quoni-
am nō posuit nos deus in irā
sed in acquisitionē salutis per
dominū nostrū iesum christū
qui mortuus est pro nobis: ut
siue vigilem⁹ siue dormiamus
simul cū illo viuamus. Pro-
pter quod consolamini inui-
cem: et edificate alterutrū. In
christo iesu domino nostro.
Euangeliū. Respiciens iesus
discipulos suos dixit. Pater
sancte serua eos ī nomine tuo
quos dedisti mihi: ut sint vnū
sicut et nos. Require in vigi-
lia Palmarum. Feria sexta.

Jacobi apostoli. ca. iiij.

Charissimi: Que desur-
sum est sapientia: primū qui-
dem pudica est: deinde pacifi
ca: modesta: suadibilis: bonis
consentiens: plena misericor-
die et fructibus bonis: iudicās
sine simulatione. Fructus au
tē iusticie in pace seminaꝛ faci
entib⁹ pacē. Unde bella ⁊ lites
in vobis? Nōne ex cōcupiscē-
tijs vestris q̄ militāt ī mēbris
vestris? Cōcupiscitis ⁊ nō ha-
betis: occiditis ⁊ zelatis: ⁊ non
potestis adipisci. Litigatis et
belligeratis: ⁊ nō habetis pro
pter quod nō postulatis. Pe-
titis et nō accipitis: eo q᷑ male
petatis. Scdm Marcū. x.

In illo tēpore. Offerebant
iesu paruulos: ut tangeret il-
los. Discipuli autem cōmina
bantur offerētibus. Quos cū
videret iesus: indigne tulit. Et
ait illis. Sinite paruulos ve-
nire ad me: et ne prohibueri-
tis eos. Talium eīm est regnū
dei. Amen dico vobis: quis-
quis non receperit regnū dei
velut paruulus: non intrabit
in illud. Et complexans eos:
⁊ imponens manus sup illos:
benedicebat eos. ¶ Dñica qn-
ta Introitus.

Vocem io-
cunditatis annunciate: et
audiatur alleluia: nuncia-
te vsq; ad extremū terre: liberauit
dominus populum suum alleluia
alleluia. Ps. Jubilate deo om-
nis terra: psalmum dicite nomini
eius: date gloriā laudi eius. Oro.

Deus a quo bona cuncta
procedunt: largire sup-
plicibus tuis: ut cogitemus te
inspirante q̄ recta sunt: ⁊ te gu
bernāte eadē faciamus. Per.

Jacobi apl'i. ca. j.

Charis-
simi: Estote factores ver
bi: ⁊ nō auditores tm̄ fallētes
vosmetipsos: quia si quis au-

ditor est verbi et nō factor: hic
cōparabitur viro consyderan
ti vultū natiuitatis sue in spe-
culo. Consyderauit enim se et
abijt: ⁊ statim oblitus est qua-
lis fuerit. Qui autē perspexe-
rit in lege perfecte libertatis et
permanserit in ea: non audi-
tor obliuiosus fact⁹ sed factor
operis: hic beatus in facto suo
erit. Si quis autē putat se re-
ligiosum esse: non refrenans
linguā suā: sed seducens cor
suum: huius vana est religio.
Religio munda et immacula-
ta apud deū ⁊ patrē hec est: vi-
sitare pupillos ⁊ viduas in tri
bulatione eorū: et immacula-
tū se custodire ab hoc seculo.
Alleluia. ℣. Usqꝫ modo non pe-
tistis quicquā in nomine meo: peti-
te et accipietis. Scdm Johannē
In illo tempore: cap. xvj.
Dixit iesus discipul' suis.
Amen amen dico vobis: si qd
petieritis patrē i nomine meo
dabit vobis. Usqꝫ modo non
petistis quicquā in noīe meo.
Petite et accipietis: vt gaudi-
um vestrū sit plenum. Hec in
prouerbijs locut⁹ sum vobis.
Uenit hora cū iam in prouer-
bijs loquar vobis: sed palam
de patre meo annunciabo vo-
bis. Illo die in nomine meo
petetis. Et dico vobis: qꝛ ego
rogabo patrē pro vobis. Ipse
enī pater amat vos: quia vos
me amastis: ⁊ credidistis quia
a deo exiui. Exiui a patre: ⁊ ve
ni in mundū. Iterū relinquo
mundū: et vado ad patrē. Di-
cūt ei discipuli eius. Ecce nūc
palā loqueris: et puerbiū nul
lum dicis. Nunc scimus quia
scis oīa: ⁊ nō opus est tibi vt
quis te interroget. In hoc cre
dimus qꝛ a deo existi. Offer.
Benedicite gētes dūm deū nostrū
et obedite voci laudis eius: qui po-
suit animā meā ad vitā: ⁊ nō dedit
cōmoueri pedes meos: benedictus
dūs qui non amouit deprecationē
meā et misericordiā suā a me all'a.
Suscipe domine fideliū Secr.
preces cū oblatiōibus hostia-
rū: vt per hec pie deuotiōis of
ficia ad celestē gloriā transea-
mus. Per. Cōio. Cantate dūo
all'a: cantate domino et benedicite
nomini eius: bene nunciate de die
in diē salutare ei⁹ alleluia alleluia.
Tribue nobis domi Cōplen.
ne celestis mense satiatis: ⁊ de
syderare que recta sunt: ⁊ desy-
derata percipere. Per dominū.
¶ Feria secūda in Rogatiōi-
Exaudiuit bus Intro.
de templo sancto suo vocē
meā all'a: et clamor meus

in conspectu eius introiuit in aures eius alleluia alleluia. Ps. Diligam te domine virtus mea: dominus firmamentũ meum et refugiũ meum. Gloria in excelsis non dicit: sed statim post Kyrie eleyson. Dominus vobiscũ. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui in afflictiõe nostra de tua pietate confidimus: cõtra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. Per d. Lectio epistole beati Jacobi apostoli. ca. v.

Charissimi. Confitemini alterutrũ peccata vestra: et orate ꝓ inuicẽ vt saluemini. Multũ eñ valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit vt non plueret super terrã: ⁊ nõ pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit: et celum dedit pluuiã: et terra dedit fructum suũ. Si quis autẽ ex vobis errauerit a veritate: ⁊ cõuerterit quis eũ: scire debet quoniã qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue: saluabit animã eius a morte: et operit multitudinẽ peccatorũ. Hic dicitur tm̃ vnũ all'a. All'a. ℣. Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculũ misericordia eius. Scdm Lucam. xi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrũ habet amicũ: et ibit ad illũ media nocte: et dicet illi. Amice: accomoda mihi tres panes: quoniã amic⁹ meus venit de via ad me: et non habeo quod ponã ante illũ. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse: iam ostiũ clausum est: ⁊ pueri mei mecũ sunt in cubili: non possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans: dico vobis: et si nõ dabit illi surgẽs eo ꝙ amicus eius sit: propter improbitatẽ tamen eius surget: et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite ⁊ dabit vobis: querite et inuenietis: pulsate et aperiet vobis. Omis eñ qui petit accipit et qui querit inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidẽ dabit illi? Aut piscẽ: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouũ: nũquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo vos cum sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de celo dabit spiritũ bonũ petentibus se. Credo nõ

dicitur. Offer. Confitebor domino nimis in ore meo: et i medio multorum laudabo eum: qui astitit ad dexterã pauperis: ut saluam faceret a psequẽtibus animã meã all'a. Secre. Hec munera qs dñe et vincula nrẽ prauitatis absoluãt: ⁊ tue nobis miscdie dona cõciliẽt. Per. Prefatio generalis. Cõio. Petite et accipietis: querite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperiet vobis: oñis eñ q̃ petit accipit: ⁊ qui querit inuenit: ⁊ pulsanti aperiet all'a. Cõpl'. Vota nostra qs dñe pio fauore prosequere: ut dũ dona tua in tribulatione pcepim⁹: de ꝯsolatione nostra in tuo amore crescamus. Per. Bñdicamus dño dicit. ¶ Feria tertia tenet dñica: scz. Vocẽ iocũditatis. cũ Gloria in excelsis et Credo. Prefatio paschalis et Ite missa est. oñia dicuntur. ¶ In vigilia Ascẽsionis dñi ad missam In

Omnes gentes troitus. plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis alleluia alleluia alleluia. Ps. Subiecit populos nobis: ⁊ gentes sub pedibus nostris. Gloria in excelsis non dicitur. Oro.

Presta qs oñipotens deus: ut nostre mentis intẽtio quo solenitatis vẽture gloriosus auctor ingressus est semp intendat: et quo fide pergit cõuersatione pueniat. Per eundem. Lectio Actuũ apostolorum.

In diebus illis: cũ. ca. iiij. Multitudinis credentiũ erat cor unũ et anĩa una: nec quisq̃z eoꝝ que possidebat: aliquid suũ esse dicebat: sed erãt illis oĩa cõmunia. Et virtute magna reddebãt apostoli testimoniũ resurrectiõis iesu christi domini nostri: et gratia magna erat in oñib⁹ illis. Neq̃z enim quisq̃z egens erat inter illos. Quotquot eñ possessores domorũ aut agrorũ erãt: vendentes afferebant p̃cia eorum que vendebãt: ⁊ ponebãt ante pedes apostolorũ. Diuidebatur autem singulis: prout unicuiq̃z opus erat. All'a. ℣. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Euangeliũ. In illo tempore: Subleuatis iesus oculis in celũ dixit. Pater venit hora clarifica fi. Et lege usq̃z ibi. Et ego ad te venio. Require i vigilia Palmaꝝ. Credo nõ dicit. Offer. Viri galilei q̃d admiramini aspicientes in celum: hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eũ ascendentẽ in celum all'a.

Sacrificiũ dñe ꝑ filij Secre.
tui venerabili nũc ascensione
supplices offerimꝰ: p̃sta qs̃:
vt ⁊ nos ꝑ ipsum his sacrosan
ctis cõmercijs ad celestia ↄsur=
gamus. Qui te. Prefatio ge=
neralis. Cõio. Pater cũ essem cũ
eis ego seruabam eos quos dedisti
mihi all'a: nũc aũt ad te venio: non
rogo vt tollas eos de mũdo: sed vt
serues eos a malo all'a all'a. Cõpl'.
Tribue qs̃ dñe: vt per hec sa=
cramenta que sumpsimꝰ: illuc
tendat nostre deuotionis affe
ctus: quo tecum est nostra sub=
stantia iesus christus filius tu
us dñs noster. Qui tecũ. ¶ In
die Ascẽsionis dñi Introitus



Viri galilei q̄d
admiramini:
aspiciẽtes in ce
lũ alleluia: quẽ
admodum vi=
distis eũ ascen
dentem in ce=
lum ita veniet alleluia all'a alleluia
Ps. Omnes gentes plaudite ma
nibus: iubilate deo in voce exulta=
Concede que Oro. tionis
sumus omĩpotens deus:
vt qui hodierna die vnigeni=
tũ tuũ redemptorẽ nostrũ ad
celos ascendisse credimus: ipi
quoqȝ mẽte in celestibꝰ habite=
mus. Per. Lctõ actu. apl'orũ. j.

PRimũ quidem sermonẽ
feci de omnibus o theo=
phile: que cepit iesus facere et
docere: vsqȝ in diem qua preci
piens apostolis per spiritum
sanctũ quos elegit assumptus
est. Quibus et prebuit seipsuȝ
viuũ post passionem suaȝ in
multis argumentis: per dies
quadraginta apparens eis: ⁊
loquens de regno dei. Et cõ=
uescens precepit eis ab hiero=
solymis ne discederẽt: sed ex=
pectarent promissionẽ patris
quã audistis inquit ꝑ os me=
um. Quia iohannes quidẽ ba
ptizauit aqua: vos aũt bapti=
zabimini spiritusancto: non
post multos hos dies. Igitur
qui conuenerant: interroga=
bant eũ dicentes. Domine: si
in tẽpore hoc restitues regnũ
israel? Dixit autẽ eis. Nõ est
vestrũ nosse tempora vel mo=
menta: que pater posuit in sua
potestate: sed accipietis virtu=
tẽ superuenietis spũssancti in
vos: ⁊ eritis mihi testes in hie
rusalem et in omni iudea ⁊ sa
maria: et vsqȝ ad vltimũ ter=
re. Et cum hec dixisset: viden=
tibus illis eleuatꝰ est: ⁊ nubes
suscepit eum ab oculis eorũ.
Cũqȝ intuerentur in celũ eun=
tẽ illũ: ecce duo viri astiterunt

iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Alla. V. Ascendit deus in iubilatione: et dns in voce tube. Alla. V. Dominus in syna in sancto: ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Sequentia. Rex omnipotens die hodier. Scdm Mar. In illo tempore: cum. xvj. Recumbentibus undecim discipulis: apparuit illis iesus: et exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis: quia hijs qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderunt. Et dixit eis. Diuisio. Euntes in mundum uniuersum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eos nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt Et dns quidem iesus postquam locutus est eis: assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti: predicauerunt ubique dno cooperante: et sermonem confirmante sequentibus signis. Credo dicitur. Offer. Ascendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube alla. Secreta. Suscipe dne munera que pro filij tui gloriosa ascensione deferimus: et concede propicius: ut a presentibus periculis liberemur: et ad vitam perueniamus eternam. Per eundem. Prefatio. Qui post resurre. Et dicitur usque ad vigiliam penthecostes exclusiue. Psallite domino qui ascen- Comio. dit super celos celorum ad orientem alla. Complen. Presta nobis omnipotens et misericors deus: ut que visibilibus mysterijs sumenda percepimus: inuisibili consequamur effectu. Per dominum.

Feria sexta. Ad Ephesios. iiij

Fratres: Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est nisi quia et descendit primum in inferiora terre? Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos: ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero euan-

gelistas: alios autē pastores et doctores ad consummationē sanctorū: in opus ministerij: in edificationem corporis christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filij dei: in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis christi. Scdm Lucam. ca. xxiiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto pmissum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate: quousqz induamini virtute ex alto. Eduxit autē eos foras in bethaniā: et eleuatis manib9 suis benedixit eis. Et factū est dū benediceret illis: recessit ab eis: et ferebatur in celū. Et ipsi adorātes regressi sunt in hierusalē cuz gaudio magno. Et erant semp in tēplo laudātes et benedicentes deū. ¶ Dominica infra octauā Ascēsionis.

Exaudi domine Intro. vocem meam qua clamaui ad te allā: tibi dixit cor meū quesiui vultū tuū: vultū tuū domine requiram: ne auertas faciem tuam a me alleluia alleluia. Ps. Domin9 illuminatio mea et salus mea quem timebo. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus: fac nos tibi semper et deuotam gerere voluntatem: et maiestati tue syncero corde seruire. Per do. Lectio epistole

Charissimi: j. Petri. iiij. Estote prudentes et vigilate in orationibus: ante omnia autē mutuā in vobismetipsis charitatē continuam habentes: q̄a charitas operit multitudinē peccatorū. Hospitales inuicē: sine murmuratione. Vnusq̄sqz sicut accepit gratiā: in alterutrū illā ministrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquit: q̄si sermones dei. Si quis ministrat: tanq̄z ex virtute quā administrat deus: ut in oībus honorificet deus: p iesum christū dūm nostrū. Allā. V. Ascendit deus in iubilatione. Allā. V. Dñs in syna. Scdm Johānē. xv. et. xvj.

In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis. Cū venerit paracletus quē ego mittā vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū phibebitis: quia ab initio mecū estis. Hec locutus sum vobis: ut nō scandalizemini. Absqz synagogis facient vos. Sed venit hora: ut oīs q̄ interficit vos arbitret

obsequium se prestare deo. Et
hec facient vobis: quia nõ no
uerunt patrem neqꝫ me. Sed
hec locut⁹ sum vobis: ut cũ ve
nerit hora eorũ: reminiscami
ni: q̃a ego dixi vobis. Offer.
Viri galilei q̃d admiramini aspi.
Sacrificia nos dñe Secreta.
immaculata purificent: ⁊ mē
tib⁹ nostris sup̄ne gratie dent
vigorē. Per. Cōio. Pater cũ
essem cum eis. Complē. Reple
ti domine muneribus sacris:
da quesumus: ut in gratiarũ
actione semꝑ maneamus. P.

Feria quarta. Ad Hebreos. ij

Fratres: Videmus iesũ
propter passionem mor
tis gloria et honore coronatũ
ut gratia dei ꝑ omnibus gu
staret mortē. Decebat eñ eum
propter quem omnia et ꝑ quē
oĩa: q̃ multos filios in glo
riam adduxerat: auctorem sa
lutis eorum per passionē con
summari. Qui eñ sanctificat
et qui sanctificātur ex uno om
nes. Propter quam causam
non confunditur fratres eos
vocare dicēs. Narrabo nomē
tuum fratribus meis: in me
dio ecclesie laudabo te. Et ite
rum. Ego ero fidens in eũ. Et
iterum. Ecce ego et pueri mei:
quos dedit mihi deus. Quia
ergo pueri cõmunicauerũt car
ni et sanguini: et ipse similiter
participauit eisdē: ut per mor
tem destrueret eum qui habet
mortis imperium: id est diabo
lum: et liberaret eos qui timo
re mortis per totam vitam ob
noxij erant seruituti. Nusq̃ꝫ
eñ angelos apprehendit: sed
semē abrae apprehēdit. Vnde
debuit per omnia fratribus si
milari: ut misericors fieret ⁊ fi
delis pontifex ad deum: ut re
propiciaret delicta populi. In
eo eñ in quo passus est ipse et
temptatus: potēs est et eis qui
temptantur auxiliari. Vnde
fratres sancti vocationis cele
stis participes: cõsyderate apo
stolũ et pontificem confessio
nis nostre iesum christũ domi
num nostrũ.

Scdm Johannē. xv.

In illo tēpore: Di
xit iesus discipulis suis.
Si manseritis in me: et verba
mea in vobis mãserint: quod
cunqꝫ volueritis petetis: et fi
et vobis. In hoc clarificatus
est pater me⁹: ut fructũ pluri
mum afferatis: et efficiamini
mei discipuli. Sicut dilexit me
pater ⁊ ego dilexi vos. Mane
te in dilectione mea. Si prece
pta mea seruaueritis: manebi
tis in dilectiõe mea: sicut ego

precepta patris mei seruaui: et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit: et gaudiũ vestrũ impleatur. Feria sexta. Johannis apl'i. i. ca. i.

Charissimi: Qđ fuit ab initio: quod audiuim⁹: quod vidimus oculis nostris quod perspeximus: et manus nostre contrectauerunt de verbo vite: et vita manifestata est et vidimus et testamur: et annunciamus vobis vitam eternam: que erat apud patrem: et apparuit nobis. Quod vidimus et audiuimus: annunciamus vobis: ut et vos societatem habeatis nobiscũ: et societas nostra sit cum patre et cũ filio ei⁹ iesu christo. Et hec scribimus vobis ut gaudeatis et gaudium vestrum sit plenũ In christo iesu dño nostro.

Scđm Johannem. vij.

In illo tempore. In nouissimo die magno festiuitatis: stabat iesus: et clamabat dicẽs. Si quis sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum. Nondũ enim erat spiritus datus: quia iesus nondum fuerat glorificatus.

In vigilia Pẽthecostes ꝓphetie per ordinem sine titulo leguntur. Lectio libri Genesis. ca. xxij.

Temptauit deus abraam: et dixit ad eum. Abraam abraam. Et ille respondit. Assum. Ait illi. Tolle filium tuum unigenitũ quẽ diligis ysaac: et vade in terrã visionis: atqꝫ ibi offeres eum in holocaustũ super vnũ montium quem monstrauero tibi Igitur abraam de nocte consurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes: et ysaac filium suum. Cũqꝫ cõcidisset ligna in holocaustũ: abijt ad locum quem preceperat ei deus. Die autem tertio: eleuatis oculis vidit locũ procul. Dixitqꝫ ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego et puer illuc usqꝫ properantes: postq̃ꝫ adorauerimus: reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocausti: et imposuit super ysaac filiuꝫ suũ. Ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Cũqꝫ duo pergerẽt simul: dixit ysaac patri suo Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inq̃t ignis et ligna: vbi est victima holo-

causti. Dixit autē abraā. De-
us prouidebit sibi victimā ho
locausti fili mi. Pergebāt er-
go pariter: et venerunt ad lo-
cū quē ostenderat ei deus. In
quo edificauit altare: et desup
ligna composuit. Cūqz colli-
gasset ysaac filium suū: posuit
eum in altare super struem li-
gnorū: extenditqz manum: et
arripuit gladiū vt immolaret
filiū suū. Et ecce angelus do-
mini de celo clamabat dicens
Abraā abraā. Qui respondit
Assum. Dixitqz ei. Nō exten-
das manū tuam super puerū:
neqz facias illi quicq̄z. Nunc
cognoui qz timeas deū: et non
pepercisti vnigenito filio tuo
propter me. Leuauit abraam
oculos suos: viditqz post ter-
gū arietē inter vepres: heren-
tem cornibus. Quē assumēs:
obtulit holocaustum pro pue
ro: appellauitqz nomē loci il-
lius: dñs videt. Vnde vsqz ho
die dicitur: in mōte dominus
videbit. Vocauit autem ange-
lus domini de celo abraā secū-
do dicens. Per memetipsum
iuraui dicit dñs: quia fecisti
rem hanc: et non pepercisti fi-
lio tuo vnigenito propter me
benedicā tibi: et multiplicabo
semē tuū sicut stellas celi: et ve-
lut arenā que est in littore ma
ris. Possidebit semē tuū por-
tas inimicorū suorum: et bene
dicentur in semine tuo om̄es
gentes terre: quia obedisti vo-
ci mee. Reuersus est abraā ad
pueros suos: abieruntqz ber-
sabee simul: et habitauit ibi.

Oro.

Deus qui in abrae famuli tui opere: huma
no generi obedientie exempla
tribuisti: concede nobis et no-
stre voluntatis prauitatē frā-
gere: et tuorū preceptorum recti-
tudinē in om̄ibus adimplere.
Per do.

Prophetia. Deuteronomij. xxxi.

Scripsit moyses canticū: et docuit
filios israel. Precepitqz iosue
filio nun: et ait. Confortare et
esto robustus. Tu em̄ introdu-
ces filios israel in terrā quam
pollicitus sum: et ego ero tecū.
Postq̄z ergo scripsit moyses
verba legis huius in volumi-
ne atqz cōpleuit: precepit leui-
tis qui portabāt archā federis
dñi dicens. Tollite librū istū:
et ponite eum in latere arche fe
deris domini dei vestri: vt sit
ibi contra te in testimonium.
Ego em̄ scio contentionē tuā:
et ceruicem tuā durissimā. Ad
huc viuente me et ingrediente
vobiscum semper contentiose

egistis contra dominũ: quãto magis cũ mortuus fuero. Cõgregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atqꝫ doctores: et loquar audiẽtibꝰ eis sermones istos: et inuocabo cõtra eos celũ et terrã. Noui enim ꝙ post mortẽ meã inique agetis: et declinabitis cito a via quã precepi vobis: et occurrẽt vobis mala in extremo tẽpore quādo feceritis malũ in cõspectu dñi: ut irritetis eũ per opera manuũ vestrarũ. Locutus est ergo moyses audiente uniuerso cetu filiorũ israel verba carminis huius: et ad finem usqꝫ compleuit. Tractus. Attende celum que loquar: et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meũ: et descendant sicut ros verba mea: quasi imber super gramina. ℣. Et sicut nix super fenum: quia nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnificentiam deo nostro: deus vera opera eius: et omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustus ⁊ sanctus dominus.

Deus q̃ nobis p̱ p̱- Oro. phetaꝝ ora ꝓcepisti tẽporalia relinquere ⁊ ad eterna festinare: da famulis tuis: ut q̃ a te iussa cognouimus: implere celesti inspiratiõe valeamꝰ. Per dñ. Prophetia. Apphẽdẽt septẽ mulieres. Tractꝰ. Vinea facta est.

Deus q̃ Oro. nos ad celebrandũ presentẽ festiuitatẽ utriusqꝫ testamẽti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuã: ut ex ꝑceptione presentiũ munerũ firma sit expectatio futuroꝝ. Per. Prophetia Baruch. iij.

Audi israel man data vite: auribus ꝑcipe ut scias prudentiaꝫ. Quid est israel ꝙ in terra inimicoꝝ es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatꝰ es cũ mortuis. Deputatus es cum descendentibus in infernũ: dereliq̃sti fontem sapientie. Nã si in via dei ambulasses: habitasses utiqꝫ in pace super terrã. Disce ubi sit prudentia: ubi sit virtus: ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vite ⁊ victus: ubi sit lumẽ oculorum ⁊ pax. Quis inuenit locũ eius? Et q̃s intrauit in thesauros eius? Ubi sunt ꝓncipes gẽtiũ: ⁊ qui dominãtur super bestias que sunt sup̱ terrã? Qui in auibus celi ludũt: qui argẽtũ thesaurizant: ⁊ aurũ in quo confidũt homines: et nõ est finis acquisitionis eoꝝ. Qui argentũ fabricãt: et solliciti sunt

nec est inuẽtio operũ suorũ. Exterminati sunt et ad inferos descẽderũt: et alij loco eorũ exurrexerũt. Iuuenes viderũt lumẽ et habitauerũt sup terrã. Viã aũt discipline ignorauerunt: neqȝ intellexerũt semitas ei⁹: neqȝ filij eorũ susceperunt eã. A facie ipsorũ longe facta est. Nõ est audita in terra chanaan: neqȝ visa est in theman. Filij quoqȝ agar q̃ exq̃sierũt prudẽtiã q̃ de terra est: negociatores terre et theman: et fabricatores et exq̃sitores prudẽtie et intelligẽtie: viã aũt discipline nescierũt: neqȝ meminerũt semitarũ eius. O israel q̃ȝ magna est domus dei: et ingẽs loc⁹ possessionis eius. Magn⁹ et nõ habẽs finẽ: excelsus et imẽsus. Ibi fuerũt gigãtes viri noiati: illi q̃ ab initio fuerũt statura magna et sciẽtes bellũ. Non hos elegit dñs: neqȝ viã discipline inuenerũt: pterea perierũt. Et qm̃ nõ habuerunt sapientiã: interierũt pter insipientiã. Quis ascendit in celũ et accepit eã: et deduxit eã de nubibus? Quis transfretauit mare et inuenit eam: et attulit eã sup aurũ electũ. Nõ est qui sciat viã eius: neqȝ q̃ excogitet semitas eius. Sed qui scit uniuersa nouit illam: et adinuenit eã prudẽtia sua. Qui pfecit terrã in sempiterno tpe: et adimpleuit eã pecudibus et q̃drupedib⁹. Qui emittit lumen et vadit: et vocauit illud et obedit illi i tremore. Stelle aũt dederũt lumẽ i custodijs suis: et letate sunt. Vocate sunt et dixerũt. Assum⁹. Et luxerũt ei cũ iocũditate qui fecit illas. Hic est deus noster: et non estimabit̃ alius aduersus eũ. Hic adinuenit omnẽ viã discipline: et dedit illã iacob puero suo et israel dilecto suo. Post hec sup terrã visus est: et cũ hominibus ↄuersat⁹ est. Orõ

DEus incõmutabilis virtus et lumẽ eternũ: respice pricius ad totius ecclesie mirabile sacramẽtũ: et da famulis tuis: vt hoc quod deuote agimus: etiã rectitudine vite teneam⁹. Per dñm. Tractus. Sicut ceruus desyderat ad fontes. Oratio

COncede quesumus omnipotẽs deus: vt qui solẽnitatẽ doni spiritussancti colim⁹ celestib⁹ desyderijs accẽsi: fontem vite sitiamus. Dñm nr̃m

Sequit̃ imediate letania. Et bñdictio fontis ipo ordine ut in vigilia pasche est notatum. Quo facto cãtor incipit Kyrie eleyson. Gloria i excelsis dicit̃.

PResta q̃s omĩp Oro.
tens deus: ut claritatis
tue sup̱ nos splẽdor effulgeat:
⁊ lux tue lucis corda eoꝝ qui p̱
gratiã tuã renati sunt: sancti-
spiritus illustratiõe cõfirmet.
Per eius. Lctõ Actuũ aposto-
IN diebus illis: lorũ. xix.
Factũ est autẽ cũ apollo
esset corinthi: ut paulus pera-
gratis superioribus partibus
veniret ephesum: et inueniret
quosdã de discipulis: dixit ad
eos. Si spiritumsanctũ accepi
stis credentes. At illi dixerũt
ad eum. Sed neqȝ si spiritus-
sanctus est audiuimus. Ille
vero ait. In quo ergo bapti-
zati estis? Qui dixerũt. In io-
hannis baptismate. Dixit au
tẽ paulus. Johãnes baptiza-
uit baptismo penitentie popu
lum: dicens in eũ qui ṽturus
esset post ip̃m ut crederent: hoc
est i iesum. His auditis bapti-
zati sunt in nomine dñi iesu.
Et cũ imposuisset illis manus
paulus: venit sp̃ussanctus su-
per eos: ⁊ loquebãtur linguis
⁊ prophetabant. Erãt autem
oẽs viri fere duodecim. Intro
gressus autẽ paulus synago-
gam cũ fiducia: loquebat̃ per
tres menses: disputans et sua-
dẽs de regno dei. All'a. V. Cõ
fitemini dño q̃m bonus: q̃m i secu-
lum misericordia eius. Tractus.
Laudate dñm omnes gẽtes: ⁊ col-
laudate eũ oẽs populi. V. Quoni-
am ꝯfirmata est sup̱ nos misericor
dia eius: ⁊ veritas dñi manet i eter-
num. Scd̃m Johannẽ. xiiij.
IN illo tp̃e: Dixit ie. disci.
suis. Si diligitis me: mã
data mea seruate. Et ego roga
bo patrẽ: ⁊ alium paracletũ da
bit vobis: ut maneat vobiscũ
in eternũ: spiritũ veritatis quẽ
mũdus nõ potest accipere: q̃a
nõ videt eũ: nec scit eum. Uos
aũt cognoscetis eũ: quia apud
vos manebit: et in vobis erit.
Nõ relinquã vos orphanos:
veniã ad vos. Adhuc modicũ
⁊ mũdus me iã nõ videt. Uos
aũt videbitis me: quia ego vi-
uo: et vos viuetis. In illo die
vos cognoscetis: quia ego suꝫ
in p̃re meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego
in vobis. Qui habet mandata
mea ⁊ seruat ea: ille est qui dili
git me. Qui aũt diligit me: di-
liget̃ a p̃re meo: et ego diligã
eũ: ⁊ manifestabo ei meipsum.
Credo nõ dicit̃. Offer. Emitte
spiritũ tuũ ⁊ creabunt̃: ⁊ renouabis
faciẽ terre: sit gloria dñi i secl'a all'a
Munera q̃s domine Secre.
oblata sanctifica: et corda no-
stra sanctispiritus illustratiõe

emūda. Per. eius. Prefatio. Qui ascēdēs sup omnes celos. Cōmunicantes. Hanc igitur. Ultimo festiuitatis die di- Cōio. cebat iesus: qui in me credit flumina de vētre ei⁹ fluēt aque viue: hoc aūt dixit de spiritu quem accepturi erāt credētes i eū all'a all'a. Cōpl'. Sanctispūs dn̄e corda nostra mūdet infusio: ꝛ sui roris intima aspersione fecundet. Per. eiusdē. ¶ In die sancto Intr.



Spiritus domini repleuit orbē terrarū alleluia: et hoc qd̄ continet omnia scientiā habet vocis alleluia all'a all'a. Ps. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: a tēplo sancto tuo qd̄ est i hier'lm. Gl'ia Deus qui hodier- Oro. na die corda fideliū sanctispūs illustratione docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere: et de eius semp cōsolatione gaudere. Per. eiusdem. Lectio Actuū apostolorū. ij. In diebus illis: Dū cōplerentur dies penthecostes: erant omnes discipuli pariter in eodē loco. Et factus est repente de celo sonus: tanq̄ͣ aduenientis spiritus vehemētis: ꝛ repleuit totā domū vbi erāt sedentes. Et apparuerūt illis dispartite lingue tanq̄ͣ ignis seditq̄ supra singulos eorum Et repleti sunt omnes spiritusancto: et ceperūt loqui varijs linguis: prout spiritussanct⁹ dabat eloqui illis. Erāt autē in hierusalē habitantes iudei viri religiosi: ex oīmi natione que sub celo est. Facta autem hac voce: conuenit multitudo et mente cōfusa est: quoniam audiebat vnusquisq̄ lingua sua illos loquētes. Stupebāt autē oēs: ꝛ mirabātur ad inuicē dicētes. Nōne ecce oēs isti qui loquūtur galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisq̄ linguā nostrā in qua nati sumus? Parti ꝛ medi ꝛ elamite: ꝛ qui habitāt mesopotamiā: iudeā et capadociā ponthū et asyā: frigiā et pamphiliā: egyptū et partes libye que est circa cyrenen: ꝛ aduene romani. Judei quoq̄ ꝛ pselyti: cretes et arabes: audiuimus eos loquētes nostris linguis magnalia dei. All'a. ℣. Emitte spm̄ tuū et creabūtur: et renouabis faciē terre. All'a. ℣. Ueni sancte spūs: reple tuoꝝ corda fideliū: ꝛ tui amoris in eis ignē accēde. Sequē. Ueni sancte spūs. Scd̄m Johānē. xiiij In illo tpe: Dixit iesus dis. suis. Si q̄s dili-

git me: sermonē meū seruabit et pater meus diliget eū: et ad eum veniemus: et mansionē apud eū faciemus. Qui nō di ligit me: sermones meos non seruat. Et sermonē quē audi- stis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manēs. Paracletus aūt spūssanctus quē mittet pater in noie meo: ille vos docebit omnia: et sug geret vobis oīa quecunqz di xero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Nō quomō mundus dat ego do vobis. Nō turbet cor vrm neqz formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gau deretis utiqz quia vado ad pa- trem: quia pater maior me est Et nunc dixi vobis prius qz fiat: ut cum factū fuerit creda- tis. Iā non multa loquar vo biscū. Venit eñ princeps mū- di huius: et in me non habet quicqz. Sed ut cognoscat mū- dus quia ego diligo patrē: ut sicut mandatū dedit mihi pa- ter: sic facio. Credo dicitur per octauam. Offer. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo sancto tuo quod est in hieru- salē: tibi offerēt reges munera alla.

Munera qs dne ob Secre. lata sanctifica: et corda nostra sanctispūs illustratione emū- da. Per. eius. Prefatio. Qui ascendēs sup oēs celos. Cōi- cantes. Hanc igit. Cōio. Fa- ctus est repente de celo sonus adue nientis spiritus vehemētis ubi erāt sedentes alleluia: et repleti sunt oēs spiritusancto loquentes magnalia dei alla alla. Cōpl. Sanctispi- ritus qs dne corda nra mū- det infusio: et sui roris intima asplione fecūdet. Per. eiusdē.

Feria scda Intro.

Cibauit eos ex adipe fru- menti alleluia: et de petra melle saturauit eos alleluia allelu- ia alla. Ps. Exultate deo adiuto ri nostro: iubilate deo iacob. Oro.

Deus qui apostolis tuis sanctū dedisti spiritū: cō cede plebi tue pie petitiōis effe ctū: ut quibus dedisti fidē: lar- giaris et pacē. Per do. eiusdē.

Lectio Actuū apostolorum. x.

In diebus illis: Aperiens petrus os suum dixit. Vi- ri fratres et patres: nobis pre- cepit dñs predicare populo et testificari: quia ipse est qui cō- stitutus est a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic omnes phe te testimoniū perhibent remis- sionem peccatorū accipere per

nomē eius: omnes qui credūt in eum. Adhuc loquēte petro verba hec: cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant verbū. Et obstupuerunt ex circūcisione fideles qui venerant cū petro: quia et in nationes gratia spiritussancti effusa est. Audiebāt eñ illos loquētes linguis: et magnificātes deum. Tunc respondit petrus. Nunquid aquā quis prohibere potest: ut nō baptizētur hij qui spiritū sanctū acceperūt sicut ⁊ nos? Et iussit eos baptizari in nomine dñi nostri iesu christi. Alleluia. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur: ⁊ renouabis faciē terre. All'a. ℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarum: ⁊ hoc quod cōtinet omnia scientiā habet vocis. Scdm Johānem. iij.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mundū: ut filium suum vnigenitū daret: ut omnis qui credit in eū non pereat: sed habeat vitam eternam. Nō enim misit deus filium suum in mundū: ut iudicet mundū: sed ut saluet mundus per ipsū. Qui credit in eū nō iudicatur. Qui autem nō credit: iam iudicatus est: quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autē iudiciū: quia lux venit in mundū: ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras q̄z lucem. Erant eñ eoꝝ mala opera. Oñis eñ qui male agit odit lucem: ⁊ nō venit ad lucē ut nō arguantur opera eius. Qui autē facit veritatē: venit ad lucem: ut manifestent̄ opera eius: quia ī deo sunt facta. Offer. Intonuit de celo dominus: et altissimus dedit vocem suā: et apparuerunt fontes aquarū alleluia. Secre. Propicius q̄s dñe hec dona sanctifica: et hostie spiritalis oblatione suscepta: nosmetipsos tibi pfice munus eternū. Per. Cōio. Spiritussanct' docebit vos all'a quecūq̄z dixero vobis all'a all'a. Cōpleñ. Adesto q̄s dñe populo tuo: ut quē mysterijs celestibus imbuisti: ab hostiū furore defende. Per dn.

¶ Feria tertia Introitus.

Accipite iocunditatē glorie vestre all'a: gratias agētes deo all'a: q̄ vos ad celestia regna vocauit all'a all'a all'a. Ps. Attendite popule meus legē meā: inclinate aurē vestrā in verba oris mei. Oratio.

Assit nobis q̄s dñe virtus sanctispūs: q̄ et corda nr̄a clemēter expurget: ⁊ ab oñib' tueatur aduersis. P. eiusdē.

Lectio Actuū apostoloꝝ. viij.

IN diebus illis. Cū audis-
sent apostoli qui erant hie
rosolymis quia recepit sama-
ria verbū dei: miserunt ad il-
los petrū et iohannē. Qui cū
venissent: orauerūt pro ipsis
vt acciperent spiritumsanctū.
Nondum em̄ in quenq̄ȝ illo-
rū venerat: sed baptizati erāt
tm̄ in nomine domini iesu.
Tunc imponebāt manus su-
per illos: et accipiebant spiri-
tūsanctū. Alleluia. ℣. Emitte
spiritū tuū et creabūtur: et renoua
bis faciē terre. Alla. ℣. Paracle
tus spūsanct' quē mittet pater in
nomine meo: ille vos docebit omnē
veritatem. Sc'dm Johannē. x.

IN illo tēpore: Dixit iesus
phariseis. Amē amē dico
vobis: qui nō intrat per ostiū
in ouile ouiū: sed ascēdit aliū-
de: ille fur est ꝛ latro. Qui aūt
intrat ꝑ ostiū: pastor est ouiū.
Huic ostiarius aperit: et oues
vocē eius audiunt. Et ꝓprias
oues vocat nominatim: ꝛ edu
cit eas. Et cū ꝓprias oues emi-
serit ante eas vadit: et oues il-
lum sequunt᷑: quia sciūt vocē
eius. Alienū aūt nō sequunt᷑:
sed fugiunt ab eo: q̄ꝛ nō noue
runt vocē alienoꝝ. Hoc ꝓuer-
biū dixit eis iesus. Illi aūt nō
cognouerūt q̄d loqueret᷑ eis.
Dixit ergo eis iterꝝ iesus. Amē
amē dico vobis: quia ego sū
ostiū ouiū. Oēs quotquot ve
nerunt: fures sunt ꝛ latrones:
sed non audierunt eos oues.
Ego sum ostiū. Per me si q̄s
introierit: saluabitur: ꝛ ingre-
diet᷑ ꝛ egrediet᷑: ꝛ pascua inue-
niet. Fur nō venit nisi vt fu-
ret᷑ ꝛ mactet ꝛ ꝑdat. Ego veni
vt vitā habeāt: et abūdāti' ha-
beāt. Offer. Portas celi aperuit
dn̄s: ꝛ pluit illis māna vt ederēt: pa
nem celi dedit eis: panē angelorum
māducauit hō alla. Secre. Puri
ficet nos quesum' domine mu
neris presentis oblatio: et di-
gnos sacra participatione ef-
ficiat. Per. Cōio. Spiritus q̄
a patre procedit alla: ille me clarifi
cabit alla alla. Cōplen̄. Mētes
nostras q̄s dn̄e spūsanctus
diuinis reparet sacramentis:
quia ip̄e est remissio oim̄ pecca
torum. Per. eiusdē. ¶ Feria
quarta Intro.

DEus dū egredieris coram populo
tuo alla: iter faciēs eis alla
habitās in illis alla alla. Ps. Ex
urgat deus ꝛ dissipent᷑ inimici eius
et fugiant qui oderunt eum a facie
eius. Gloria in excelsis dicitur.
Et statim Oremus. sine Dn̄s
vobiscū. et sine genuflexione.

Mentes nostras qs̄ domine paracletus q̄ a te procedit illuminet: et inducat in omnē sicut tuus pmisit filius veritatē. Qui tecū vi. eius.

Lectio Actuū apl'orū. ij.

In dieb' illis: Stās petr' cū undecim leuauit vocē suā: ⁊ locutus est eis. Viri iudei ⁊ q̄ habitatis hierusalē uniuersi: hoc vobis notū sit: ⁊ aurib' pcipite verba mea. Nō eñ sicut estimatis hij ebrij sunt: cuȝ sit hora diei tertia. Sed hoc est qđ dictū est p ꝓphetā iohel. Et erit i nouissimis diebus dicit dn̄s: effundā de spū meo super oēm carnē. Et pphetabūt filij vestri ⁊ filie vr̄e: et iuuenes vestri visiones videbūt: et seniores vestri somnia somniabūt. Et quidē super seruos meos ⁊ ancillas meas in diebus illis effundā de spiritu meo ⁊ ꝓphetabunt: et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum: sanguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet̄ i tenebras et luna in sanguinē: anteq̄ȝ veniat dies dn̄i magnus et manifestus. Et omnis quicunqȝ inuocauerit nomē dn̄i: saluus erit. All'a. ℣. Emitte spiritum tuū ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. Dn̄s vobiscū.

Presta qs̄ omnip͞o- Oro. tens ⁊ misericors deus: ut spiritussanctus adueniens templū nos glorie sue dignāter inhabitando pficiat. Per dominū. eiusdē. Lectio actuū apostolorū. v.

In diebus illis. Per manus apostolorū fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter oēs in porticu salomonis. Ceterorꝫ aūt nemo audebat cōiūgere se illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentiū in domino multitudo virorū ac mulierū: ita ut in plateas eijcerent infirmos: et ponerent in lectulis ac grabatis: ut veniente petro saltē umbra illius obumbraret quenq̄ȝ illorū: et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autē et multitudo vicinarū ciuitatum hierusalē: afferentes egrotos et vexatos a spiritib' immūdis: qui curabant̄ omnes. Alleluia. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: et spū oris eius omnis virtus eorꝫ. Scd̄m Johā nem. vj.

In illo tēpore: Dixit iesus turbis iudeorū. Nemo pōt venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eū: ⁊ ego resuscitabo eū in nouissi-

mo die. Est scriptū in ꝓphetis.
Et erunt omēs docibiles dei.
Omīs qui audiuit a patre ⁊ di
dicit venit ad me. Nō quia pa
trē vidit quisq̄: nisi is qui est
a deo: hic vidit patrē. Amen
amē dico vobis: qui credit in
me: habet vitam eternā. Ego
sum panis vite. Patres vestri
manducauerunt māna in de-
serto: ⁊ mortui sunt. Hic est pa
nis de celo descendens: vt si ꝙs
ex ipso manducauerit: nō mo-
riatur. Ego sum panis viuus
qui de celo descendi. Si quis
manducauerit ex hoc pane: vi
uet ī eternū. Et panis quē ego
dabo caro mea est: pro mundi
vita. Offer. Emitte spiritū tu-
um et creabuntur: et renouabis fa-
ciē terre: sit gloria dn̄i ī secula all'a.
Accipe q̄s dn̄e mun⁹ Secre.
oblatū: et dignāter operare: vt
qđ mysteriis agimus: piis affe
ctibus celebrem⁹. Per. Cōio.
Pacem meā do vobis all'a: pacem
relinquo vobis all'a all'a. Cōplē.
Sumentes dn̄e celestia sacra-
menta: q̄s clementiā tuā: vt
quod tpaliter gerim⁹: eternis
gaudiis consequamur. Per.
¶ Feria q̄nta Intr. Spūs dn̄i.
Per totū in cātu. Orō.
Deus q̄ hodierna die cor
da fideliū sanctispūs illustra-
tione docuisti: da nobis in eo-
dē spiritu recta sapere: ⁊ de eius
semper consolatione gaudere.
Per. eius. Lectio Actuū apo-
stolorū. viii.
In diebus il-
lis: Philippus descēdens
in ciuitatē samarie: p̄dicabat
illis christū. Intendebant au
tem turbe his que dicebant̄ a
philippo: vnanimiter audien
tes et videntes signa que facie-
bat. Multi eī eorū qui habe-
bant spiritus immundos: cla
mantes voce magna exibant.
Multi autē paralitici ⁊ claudi
curati sunt. Factū est ergo gau
dium magnū in illa ciuitate.
In illo tē- Scdm Lucā. ix.
pore. Conuocatis iesus
duodecim apostolis: dedit il-
lis virtutē ⁊ potestatē sup om-
nia demonia: et vt omēs lan-
guores curarēt. Et misit illos
predicare regnū dei: et sanare
infirmos. Et ait ad illos. Ni-
hil tuleritis ī via: neq̄ virgā:
neq̄ perā: neq̄ panē: neq̄ pe-
cuniā: neq̄ duas tunicas ha-
beatis. Et in quācūq̄ domū in
traueritis: ibi manete: et inde
ne exeatis. Et q̄cūq̄ nō recepe-
rint vos: exeūtes de ciuitate il
la: etiā puluerē pedū vestrorū
excutite: ī testimoniū supra il-
los. Egressi aūt circuibāt p ca-

stella: euangelizātes ⁊ curātes vbiqȝ. Secre. Virtute sancti spūs dn̄e munera nostra ꝯtinge: vt qđ solēnitate p̄senti tuo nomini dedicauit: et intelligibile nobis faciat ⁊ eternū. P. eius. Cōpl. Sacris celestibus dn̄e opꝑātespūsancto vitia nostra purgent: vt muneribꝰ tuis possīmus semp aptari. Per eius. ⁋ Feria sexta Introitus

Repleat os meū laude tua all'a: vt possim cātare all'a gaudebūt labia mea dum cātauero tibi all'a all'a. Ps. In te dn̄e speraui nō ꝯfundar i eternū: in iusticia tua libera me. Oro

Da q̄ms ecclesie tue misericors deus: vt spūsancto ꝯgregata: hostili nullatenꝰ incursiōe turbetur. Per do. eiusdē.

Lectio Actuū apostolorū. ij.

In diebus illis: Aperiens petrus os suū dixit. Viri israelite: audite verba hec. Jesum nazarenū virū approbatū a deo in vobis virtutibus et prodigijs et signis que fecit deus p illū in medio vestri sicut vos scitis: hūc definito cōsilio et prescientia dei traditū per manus iniquorū: affligentes interemistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illuȝ ab eo. Dauid eī dicit in eū. Prouidebā dominū i cōspectu meo semp: q̄m a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meū et exultauit lingua mea: insup ⁊ caro mea requiescet in spe. Q̄m nō derelinques aīam meā in inferno: nec dabis sanctum tuū videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocunditate cū facie tua. Alleluia. ℣. Emitte spiritum tuū et creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. All'a. ℣. Spiritussanctus procedēs a throno apostolorū pectora inuisibili hodie glustrauit potētia. Scđm Lucā. v.

In illo tempore. Factū est in vna dierū: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedentes ⁊ legisdoctores qui venerant ex omni castello galilee: et iudee et hierusalē. Et virtus dn̄i erat ad sanandū eos. Et ecce viri portātes i lecto hominem qui erat paraliticus: ⁊ querebant eū inferre et ponere ante eū: ⁊ nō inuenientes qua parte inferrēt p̄ turba: ascēderūt supra tectū: ⁊ p tegulas submiserunt eū cū lecto in mediū ante ipsum. Quorū fidem vt vidit dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et ceperūt

cogitare scribe et pharisei dicētes. Quis est hic q̄ loquit̄ blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Et autē cognouit iesus cogitationes eorū: respondens dixit ad eos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere: surge et ambula? Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra dimittēdi peccata: ait paralitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et cōfestim surgēs corā illis: tulit lectū suū in quo iacebat: et abijt in domū suā magnificans deū. Et stupor apprehendit oēs: et magnificabant deū Et repleti sunt timore dicētes quia vidim⁹ mirabilia hodie. Lauda anima mea domi Offer. nū: laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo quādiu ero all'a. Sacrificia domine tu Secre. is oblata conspectibus: ignis iste diuin⁹ assumat: qui discipulorū christi tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundē. eiusdē. Cōio. Spiritus vbi vult spirat: et vocē eius audis alleluia: et nescis unde veniat aut quo vadat alleluia alleluia alleluia Cōpleñ. Sumpsimus domine sacri dona mysterij: humiliter deprecantes: ut que in tui cōmemoratione nos facere p̄cepisti: largiēte spiritusancto: in nostre proficiāt infirmitatis auxiliū. Per dñm. eiusdē.

¶ Sabbato quatuor tempoꝝ

Charitas dei dif Intro. fusa est i cordibus vestris all'a p inhabitātē spm̄ eius in vobis all'a all'a. Ps. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte

Mentibus Oro. corā te. nostris q̄s dñe spiritumsanctū benignus infunde cui⁹ ⁊ sapiētia cōditi sum⁹: ⁊ prouidētia gubernamur. P eiusdē. Lectio Johelis p̄phete. ij.

Hec dicit dñs de⁹. Effundam de spiritu meo super omnē carnē: et prophetabunt filij vestri et filie vestre. Senes vestri somnia somniabūt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed ⁊ super seruos meos et ancillas in diebus illis effundā spiritū meū: et dabo prodigia in celo sursum: ⁊ signa in terra deorsuꝫ: sanguinem et vaporē fumi. Sol conuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinē: anteq̄ꝫ veniat dies dñi magnus ⁊ manifestus. Et om̄is quicūqꝫ inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Alleluia.

℟. Emitte spiritū tuū et creabuntur: et renouabis faciē terre. Orō.

Illo nos igne q̄s domine spūssanctus inflāmet: quē dn̄s noster iesus christus misit in terram: et voluit vehementer accēdi. Qui tecū. eiusdē. Lectio libri Leuitici. xxiij.

In diebus illis: Locutus est dn̄s ad moysen dicens. Loquere filijs israel: et dices ad eos. Cū ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis: et messueritis segetē: feretis manipulos spicarū primitias messis vestre ad sacerdotē. Qui leuabit fasciculū corā domino: vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: et sanctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipso die sabbati in quo obtulistis manipulos primitiarū septē hebdomadas plenas vsq3 ad alterā diem expletionis hebdomade septime: et sic offeretis sacrificiū nouū domino: ex omibus habitaculis vestris: panes primitiarū duos de duabus decimis simile fermentate: quos eleuabit sacerdos coram dn̄o. Et vocabitis hunc diē celeberrimū atq3 sanctissimū. Omne opus seruile nō facietis i eo. Legitimū sempiternū erit i cūctis habitaculis et generationibus vr̄is: ait dn̄s omp̄s. All'a. ℣. Paraclet' spiritussctūs quē mittet pr̄ i noīe meo ille vos docebit oēm veritatē. Orō

Deus qui ad aīarū medelā ieiunij deuotiōe corpora nostra castigare p̄cepisti: cōcede nobis ꝓpicius mēte ↄ corpore semp tibi esse deuotos. Per

Lctō lib. Deuteronomij. xxvi

In dieb' illis: Dixit moyses. Audi israel q̄ ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris in terrā quā dn̄s deus tuus daturus est tibi possidendā: ↄ obtinueris eam: atq3 habitaueris in ea: tolles de cūctis frugibus tuis primitias: et pones in cartallo: pergesq3 ad locum quē dn̄s deus tuus elegerit: vt ibi inuocet nomē eius: accedesq3 ad sacerdotē qui fuerit in diebus illis: et dices ad eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo q̄ exaudiuit nos: et respexit humilitatē nostram et laborem atq3 angustiam: et eduxit nos de egypto in manu forti et brachio extēto: in ingēti pauore: in signis atq3 portentis: et introduxit ad locū istū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manantē. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre: quā dn̄s deus

dedit mihi. Et dimittes eas in
cõspectu dñi dei tui: ꝛ adorato
dño deo tuo epulaberis ĩ omni-
bus bonis q̃ dñs de⁹ tu⁹ dedit
tibi. All'a. ℣. Verbo dñi celi fir-
mati sunt ꝛ spũ oris ei⁹ oĩs virt⁹ eoꝝ

Presta q̃s omps Orõ.
de⁹ ut salutarib⁹ ieiuniis
eruditi: ab omnibus vitiis etiã
abstinẽtes: ꝓpiciationẽ tuã fa-
cili⁹ impetrem⁹. P. Lctõ libri

In dieb⁹ ill' Leuitici. xxvi
Dixit dñs ad moysen. Si
ĩ pceptis meis ambulaueritis
ꝛ mãdata mea custodieritis ꝛ
feceritis ea: dabo vob̃ pluuias
tpibus suis: ꝛ terra gignet ger
mẽ suũ: ꝛ pomis arbores reple-
buntur. Apphẽdet messiũ tritu-
ra vindemiã: ꝛ vindemia occu
pabit sementẽ: ꝛ comedetis pa
nẽ vestrũ in saturitate: ꝛ absqꝫ
pauore habitabitis ĩ terra ve-
stra. Dabo pacẽ ĩ finibus vr̃is
dormietis: ꝛ nõ erit q̃ exterreat
Auferã malas bestias: ꝛ gladi-
us nõ trãsibit terminos vr̃os
Persequimini inimicos vr̃os:
et corruent corã vobis. Per-
sequentur q̃nqꝫ de vestris centũ
alienos: ꝛ centũ ex vobis decẽ
milia. Cadẽt inimici vestri in
cõspectu vestro gladio. Respi-
ciã vos ꝛ crescere faciã: multi-
plicabimini: et firmabo pactũ
meũ vobiscũ. Comedetis ve-
tustissima veterũ: ꝛ vetera no-
uis superuenientibus ꝓiicietis.
Ponã tabernaculũ meũ ĩ me-
dio vr̃i: ꝛ nõ abiiciet vos aĩa
mea. Ambulabo inter vos: et
ero vester deus: vosqꝫ eritis ꝑ
pulus meus. Dicit dñs omps
All'a. ℣. Veni sancte spiritus: re
ple tuorũ corda fideliũ: et tui amo-
ris in eis ignẽ accẽde. Orõ.

Presta q̃s omps de⁹ sic
nos ab epulis carnalib⁹ absti-
nere: ut a vitiis irruẽtibus pa-
riter ieiunem⁹. Per. Prophe
tia. Angelus dñi. Require in
aduentu. All'a. ℣. Benedictus
es dñe de⁹ patrũ nostroꝝ: ꝛ lauda-
bilis in secula. Orõ. Deus q̃ tri
bus. Lectio actuũ aplõꝝ. xiii.

In diebus illis. Cõuenit
uniuersa ciuitas audire
verbũ dei. Videntes autẽ tur-
bas iudei: repleti sunt zelo: et
cõtradicebãt his q̃ a paulo di-
cebãtur blasphemãtes. Tunc
constãter paulus ꝛ barnabas
dixerũt. Vobis oportebat pri-
mũ loqui verbũ dei: sed q̃m re
pellitis illud: et indignos vos
iudicastis eterne vite: ecce con-
uertimur ad gentes. Sic enĩ p̃-
cepit nobis dñs. Posui te in
lucẽ gentibus: ut sis in salutẽ
usqꝫ ad extremũ terre. Audiẽ-

tes autẽ gentes gauise sunt: et glorificabant verbũ dñi: ⁊ crediderũt quotquot erãt preordinati ad vitã eternam. Disseminabat̃ aũt verbũ dñi p vniuersam regionẽ. Judei aũt cõcitauerũt mulieres religiosas et honestas et primos ciuitatis: ⁊ excitauerunt psecutionẽ in paulũ et barnabam: ⁊ eiecerũt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ i eos: venerunt iconiũ. Discipuli aũt replebant̃ gaudio ⁊ spiritu sancto. Alla. ℣. Laudate dñm oẽs gẽtes: ⁊ collaudate eũ oñes populi

Euange. Surgẽs iesus de synagoga. Require feria q̃nta ante dominicã Letare. Offer.

Emitte spiritũ tuũ ⁊ creabunt̃: et renouabis faciẽ terre: sit gloria dñi in secula alla. Secr. Omps sempiterne deus: q̃ nõ sacrificioꝝ ambitiõe placaris: sed studio pie deuotionis intẽdis: da familie tue rectũ spiritũ habere ⁊ cor mũdũ: vt fides eoꝝ hec dona tibi ꝯciliet: ⁊ humilitas oblata cõmẽdet. Per eũ. Cõio.

Nõ vos relinquã orphanos: veniam ad vos iterũ alla ⁊ gaudebit cor vestrũ alla alla. Cõpl. Prebeãt nobis dñe diuinũ tua sancta feruorẽ: quo eorũ pariter et actu delectemur et fructu. Per do.

Carmen Angelicum.

Gloria in excelsis deo. Et i terra pax hoibus bone volũtatis. Laudam⁹ te. Bñdicimus te. Adoramus te. Glorificam⁹ te. Gratias agim⁹ tibi ꝑpter magnã gloriã tuã. Dñe deus rex celestis: deus pr̃ omnipotẽs. Dñe fili vnigenite iesu christe altissime et sancte spiritus. Dñe deus agn⁹ dei filius patris: qui tollis peccata mũdi miserere nobis. Qui tollis pctã mũdi: suscipe deprecationẽ nostram. Qui sedes ad dexterã patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus domin⁹. Tu solus altissimus iesu christe. Cũ sctõ spiritu in gloria dei patris Amen.

De dña nostra. Coronatũ.

Gloria in excelsis deo. Et i terra pax hoibus bone volũtatis. Laudamus te. Bñdicimus te Adoramus te. Glorificamus te. Grãs agim⁹ tibi ꝑpter magnã gloriã tuã. Dñe deus rex celestis deus pr̃ oĩpotẽs. Dñe fili vnigenite iesu christe altissime. Spiritus et alme orphanoruꝫ paraclete. Dñe deus agnus dei filius patris. Primogenit⁹ marie virginis mr̃is. Qui toll' pctã mũdi miserere nobis. Qui tollis pctã mũdi suscipe deꝑcationẽ nostrã. Ad marie gloriã. Qui sedes ad dexterã patris miserere nobis. Qm̃ tu solus

sanct⁹. Mariā sanctificās. Tu sol⁹ dn̄s. Mariā gubernās. Tu sol⁹altissim⁹. Mariā coronās ie su christe. Cū sctōspū i gloria dei pa tris. Amē. Symbolū Nicenū.

Credo in vnū deū. Patrē omnipotentē factorē celi ꝛ terre visibiliū omniū ꝛ inuisibiliū. Et in vnū dn̄m iesuȝ christum filiū dei vnigenitū: et ex patre natū ante oīa secula. Deū de deo lumē de lumine: deū verum de deo vero. Genitum non factum cōsubstantialē patri: per quē omnia facta sunt. Qui ꝓpter nos hoīes ꝛ propter nostram salutē descendit de celis. Et incarnatus est de spūsancto ex maria virgine: et homo ✠ factus est. Crucifixus etiā pro nobis sub pontio pilato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die scđꝫ scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexterā patris. Et iterum venturus est cū gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritūsanctū dn̄m et viuificantē. Qui ex patre filioqȝ procedit: qui cū patre et filio simul adoratur et cōglorificatur. Qui locutus est per ꝓphetas. Et vnā sanctam catholicam et apostolicā ecclesiā. Confiteor vnū baptisma in remissionem peccatorū: et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitam venturi seculi Amen.

¶Cum calix stat paratus dic. Iube domine benedicere.

Veni sanctificator omnipotēs eterne deus: ꝛ bene ✠ dic hoc sacrificiū nomini tuo preparatū. Per christum dn̄m nostrū Amen. Cū accepris calicē dic. Quid retribuā domino pro oībus que tetribuit mihi. Calicē salutaris accipiā: ꝛ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero. Leua calicē sursum. Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quā tibi offerimus in memoriā venerādе passionis: resurrectionis: ascēsionis dn̄i nr̄i iesu christi: et in honore beate et gloriose semꝑ qȝ virginis dei genitricis marie: et oīm sanctoꝝ tuoꝝ qui tibi placuerūt ab initio mūdi: ꝛ quoꝝ hodie festiuitas celebratur: et quoꝝ noīa ꝛ reliquie in hoc altari cōtinētur: vt illis ꝓficiat ad honorē: nobis aūt ad salutē: ꝛ animabus omniū fideliū defunctoꝝ ad vitā et requiem sempiternā. Per eundē christum dominū nostrū Amen. Ponēdo calicē in modū crucis dic. Veni sancte spiritus:

reple tuorum corda fideliũ: ⁊ tui amoris in eis ignem accende: qui per diuersitatẽ linguarum cunctarũ gentes in vnitate fidei cõgregasti. Oremus

Sanctifica quesum⁹ domine hanc oblationẽ: ut nobis vnigeniti filij tui cor ✠ pus ⁊ san ✠ guis fiat. Inclinando se dicat. In spiritu humilitatis et in animo contrito: suscipiamur domine a te: vt sic fiat sacrificiũ nostrũ: vt a te suscipiat̃ hodie: et placeat tibi domine deus. Amẽ. Vertẽdo ad populũ dic. Orate pro me peccatore fratres ⁊ sorores: vt meum pariter ac vestrũ acceptabile fiat in conspectu dñi sacrificium. ℂ Sequuntur prefationes. Et p̃mo de natiuitate dñi

Eterne deus. Quia per incarnati verbi mysteriũ: noua mentis nostre oculis lux tue claritatis infulsit. Vt dũ visibiliter deum cognoscimus: per hunc in inuisibiliũ amorem rapiamur. Et ideo cũ angelis et archãgelis: cum thronis et dominationibus. Cũq; omni militia celestis exercitus: hymnũ glorie tue canimus sine fine dicẽtes.

Communicãtes ⁊ noctẽ vel diẽ sacratissimã celebrantes q̃ beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorẽ. Sed et memoriã venerantes. In p̃mis eiusdẽ gl'iose semp̃q; virginis marie genitricis eiusdẽ dei ⁊ dñi nostri iesu christi. Sed ⁊ beatorum ap̃lorum ac martyrum tuorum. In epiphania dñi.

Eterne de⁹. Quia cũ vnigenitus tu⁹ in substãtia nostre mortalitatis apparuit in noua nos ĩmortalitatis sue luce repauit. Et ideo cũ angel'

Communicãtes ⁊ diem sacratissimũ celebrãtes: quo vnigenit⁹ tuus in tua tecũ gloria coeternus in veritate nostre carnis visibiliter corpalis apparuit. Sed et memoriã venerantes. In quadragesima Prefatio

Eterne deus. Qui corporali ieiunio vicia cõprimis mentẽ eleuas: virtutẽ largiris ⁊ premia. Per christum dñm nostrũ. Per quẽ maiestatem. In passiõe dñi ⁊ de sctã cruce

Eterne deus. Prefatio. Qui salutem humani generis ĩ ligno crucis ꝯstituisti: ut vnde mors oriebat̃: inde vita resurgeret. Et q̃ ĩ ligno vincebat ĩ ligno quoq; vinceret̃. Per christum dñm nostrum.

Per quē maiestatē tuā. In ce
Communicātes na dñi.
C et diem sacratissimū cele
brantes: quo dominus noster
iesus christ9 est traditus. Sed
et memoriā venerātes. Infra
actū. Hanc igitur oblationē
seruitutis nostre: sed et cuncte
familie tue: quam tibi offeri-
mus ob diē in qua dominus
noster iesus christus tradidit
discipulis suis corporis et san
guinis sui mysteria celebran-
da. Quesumus domine. Qui
pridie q̄z pateretur pro nostra
omniū salute: hoc est hodie: ac
cepit panem. In die Pasche
Quum et sa- Prefatio.
E lutare. Te quidē domi-
ne omni tēpore: sed in hoc po-
tissimuz die gloriosius predi-
care: cum pascha nostrū im-
molatus est christus. Ipse em̄
verus est agnus: qui abstulit
peccata mundi. Qui mortem
nostrā moriendo destruxit: et
vitā resurgendo reparauit. Et
ideo cū angelis et archāgelis:
cum thronis et dominationi-
bus. Cumqz omni militia ce-
lestis exercitus: hymnū glorie
tue canim9: sine fine dicētes.
Communicā Infra actū.
C tes et noctē vel diē sacra-
tissimā resurrectionis celebrā
tes domini nostri iesu christi
scd̄m carnem. Sed et memori
am venerantes. Hanc igitur
oblationem seruitutis nostre
sed et cuncte familie tue: quā
tibi offerimus: pro his quoqz
quos regenerare dignatus es
ex aqua et spiritusancto: tribu
ens eis remissionē omniū pec-
catorū. Quesumus domine.

In die Ascensionis domini

Eterne deus: Prefatio.
E per christū dominū no-
strum. Qui post resurrectionē
suam omnibus discipulis su-
is manifest9 apparuit: et ipsis
cernentibus est eleuatus in ce-
luz: vt nos diuinitatis sue tri-
bueret esse participes. Et ideo
cum angelis et archangelis.
Commu- Infra actum.
C nicantes et diem sacra-
tissimuz celebrantes: quo do-
minus noster vnigenitus fi-
lius tuus vnitam sibi fragili-
tatis nostre substantiam: in
glorie tue dextera collocauit.
Sed et memoriā venerantes.

De sancto spiritu Prefatio.

Eterne deus: per christū
E dominū nostrum. Qui
ascendens super om̄es celos:
sedensqz ad dexteraz tuā pro-
missum spiritūsanctū: hodier-
na die in filios adoptionis ef-

fudit. Quapropter profusis gaudijs: totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superne virtutes: atqz angelice potestates: hymnum glorie tue concinunt: sine fine dicentes. Infra actionem.

Communicātes: et noctē vel diem sacratissimā penthecostes celebrantes: qua spiritussanctus apostolos plebēqz credentiū presentia sue maiestatis impleuit. Sed et memoriaz. Hanc igitur oblationē seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quā tibi offerimus pro hijs quoqz quos regenerare dignatus es ex aqua ꝛ spiritusancto: tribuens eis remissionem omniū peccatorum. Quesumus domine. De sancta Trinitate Prefatio.

Eterne deus. Qui cū unigenito filio tuo et spiritusancto unus es deus: unus es dominus. Nō in unius singularitate persone: sed in unius trinitate substātie. Quod eñ de tua gloria reuelante te credimus: hoc de filio tuo: hoc de spiritusancto: sine differentia discretionis sentimus. Ut in cōfessione vere sempiterneqz deitatis: et ī personis proprietas: et in essentia unitas: et in maiestate adoretur equalitas. Quā laudāt angeli: adorāt dominatiōes: tremūt potestates. Celi celorūqz virtutes: ac beata seraphin: socia exultatione concelebrāt. Cū quibus et nostras voces: ut admitti iubeas deprecamur: supplici cōfessione dicētes. De Domina Prefatio.

Eterne deus. Et te in veneratiōe beate marie semꝑ virginis exultātibus animis collaudare: bñdicere ꝛ predicare. Que et unigenitū tuū sanctispiritus obumbratione cōcepit: et virginitatis gloria permanēte huic mūdo lumē eternū effudit: iesuz christū dñm nostrū. Per quē maiestatē tuā laudāt angeli: adorāt dominationes: tremūt potestates. Celi celorumqz virtutes: ac beata seraphin: socia exultatiōe cōcelebrāt. Cū qͥbus ꝛ nostras voces: ut admitti iubeas deprecamur: supplici cōfessione dicētes. Prefatio de Aplis.


Equū et salutare. Te dñe suppliciter exorare: ut gregē tuū pastor eterne nō deseras: sed per beatos apostolos tuos cōtinua protectione custodias. Ut isdē rectoribus gubernetur: quos operis tui vicarios eidē cōtulisti

preesse pastores. Et ideo cum angelis et archãgelis: cũ thronis et dominationibus. Cũqz omni militiã celestis exercitus hymnũ glorie tue canim⁹ sine fine dicẽtes. Generalis p̃fatio

Per om̃ia secula seculoꝝ. Amẽ. Dominus vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominũ. Gratias agam⁹ domino deo nostro. Dignum ⁊ iustum est.

Vere dignũ et iustum est equum ⁊ salutare. Nos tibi semꝑ ⁊ vbiqz gratias agere: domine sancte pater om̃ipotens eterne deus: per christum dominum nostrũ. Per quem maiestatem tuam laudant angeli: adorant dominationes: tremunt potestates. Celi celorumqz virtutes: ac beata seraphin: socia exultatione cõcelebrãt. Cũ quibus ⁊ nostras voces: vt admitti iubeas deprecamur: supplici cõfessione dicentes. Sanctus sanctus sanctus domin⁹ deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini. Osanna in excelsis.



TE igitur clemētissime
pater: per iesum chri=
stum filium tuum do
minū nostrum suppli
ces rogamus ac peti=
mus: vti accepta ha=
beas ⁊ benedicas: Hec do ✠ na: Hec
mu ✠ nera. Hec san ✠ cta sacrificia il
libata. In primis que tibi offerimus
pro ecclesia tua sancta catholica: quā
pacificare: custodire: adunare et rege=
re digneris toto orbe terrarum: vna
cum famulo tuo papa nostro. N. ⁊ an
tistite nostro. N. et rege nostro. N. Et
omnibus orthodoxis: atqꝫ catholi=
ce et apostolice fidei cultoribus. Me=
mento domine famulorum famula=
rumqꝫ tuarū. N. Memoria viuorū.

Et omnium circumstantium quo=
rum tibi fides cognita est et nota de=
uotio: pro quibus tibi offerimus:
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium
laudis: pro se suisqꝫ omnibus: pro re
demptione animarum suarum: pro
spe salutis et incolumitatis sue: tibi
qꝫ reddunt vota sua: eterno deo vi=
uo et vero. Communicantes et me=
moriam venerantes. In primis glo
riose semperqꝫ virginis marie geni=
tricis dei: et domini nostri iesu chri=
sti. Sed et beatorum apostolorum
ac martyrum tuorum Petri Pauli
Andree Iacobi Iohannis Tho=
me Iacobi Philippi Bartholomei
Mathei Simonis et Thadei Lini
Cleti Clementis Sixti Cornelij

Cypriani Laurentij Crisogoni: Iohannis et Pauli Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusqꝫ concedas: ut in omnibus protectionis tue semper mu ✠ niamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Inclinando dic. Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue. Quesumus domine: ut placatus accipias: diesqꝫ nostros in tua pace disponas: atqꝫ ab eterna damnatione nos eri ✠ pi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christum dominū nostrum. Erigendo dic. Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus bene ✠ dictam: ascri ✠ ptam

ra ✠ tam: rationabilem acceptabi-
lemqꝫ facere digneris: ut nobis Cor
✠ pus et San ✠ guis fiat dilectis-
simi filij tui domini nostri iesu chri-
sti. Qui pridie quā pateretur: acce-
pit panem in sanctas ac venerabiles
manus suas: et eleuatis oculis in ce-
lum: ad te deum patrem suum omni-
potentem: tibi gratias agēs: bene ✠
dixit: fregit: dedit discipulis suis: di-
cens. Accipite: et manducate ex hoc
omnes. Hoc est enim corpus meum
Leua corpus in altum: et posito cor-
pore dic. Simili modo postquam
cenatum est. Accipiens et hunc pre-
clarum calicem in sanctas ac vene-
rabiles manus suas. Item tibi gra-
tias agens: bene ✠ dixit: dedit di-

scipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei: noui et eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Leua calicem. Repone: et dic. Hec quotienscunqz feceritis: in mei memoriam facietis. Unde et memores nos domine serui tui: sed et plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei nostri: tam beate passionis: necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hostiam pu✠ram. Hostiam san✠ctam. Hostiam imma✠culatam. Panem san-

ctum ✠ vite eterne: et Calicem ✠ salutis perpetue. Extende manus supra utrunqz. Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel: et sacrificium patriarche nostri abrae: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech: sanctum sacrificium: immaculatam hostiam. Inclinando dic. Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui: in sublime altare tuum: ante conspectum diuine maiestatis tue: et presta ut quotquot ex hac altaris participatione: Hic oscular altare sacrosanctũ filij tui Cor ✠ pus et san-

✠ guinem sumpserimus: omni be-
ne ✠ dictione celesti et gracia reple-
mur. Per eundem christum dominū
nostrum. Amen. Memento etiam
domine famulorum famularumqȝ
tuarum: et eorū qui nos precesserunt
cum signo fidei: et dormiūt in somno
pacis. Memoria mortuorū. Ipsis
dn̄e ⁊ omnibus hic ⁊ ubiqȝ in christo
quiescentibus: locum refrigerij: lucis
ac pacis ut indulgeas: deprecamur.
Per eundem christum dominum no
strum. Amen. Nobis quoqȝ pec-
catoribus famulis tuis de multitu-
dine miserationum tuarum speran-
tibus: partem aliquā et societatē do-
nare digneris: cum tuis sanctis apo-
stolis et martyribus. Iohāne. Ste-

phano. Mathia. Barnaba. Ignacio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cecilia. Anastasia: et cum omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium non estimator meriti: sed venie quesumus largitor admitte. Per christū dominū nostrū. Non dicitur Amen.
Per quē hec omnia domine semper bona creas. Sancti✠ficas. Uiui✠ficas. Bene✠dicis: ⁊ prestas nobis Per ip✠sum. Et cum ip✠so. Et in ip✠so est tibi deo✠patri omnipotenti: in unitate spiritus✠sancti omnis honor et gloria. Per omnia secula seculorum. Oremus. Preceptis salutaribus moniti: et diuina

institutione formati audemus dice-
re. Pater noster qui es in celis. San
ctificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Fiat voluntas tua:
sicut in celo et in terra. Panem no-
strum quotidianum da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita nostra:
sicut et nos dimittimus debitori-
bus nostris. Et ne nos inducas in
temptationem. Sed libera nos a ma
lo: Amen. Libera nos quesumus
domine ab omnibus malis: prete-
ritis: presentibus et futuris: et inter-
cedente pro nobis beata et gloriosa
semperqz virgine dei genitrice Ma-
ria: et beatis Apostolis tuis: Pe-
tro et Paulo: atqz Andrea: cum
omnibus sanctis tuis. Da propi-

cius pacem in diebus nostris: ut ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi: et ab omni perturbatione securi. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū vivit et regnat in unitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Pax ✠ domini sit ✠ semper vo ✠ biscum. Ter dicitur. Agnus dei qui tollis peccata mūdi. Miserere nobis. Dona nobis pacem. Fiat hec commixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi: mihi et omnibus sumentibus salus mentis et corporis: et ad vitam eternam capessendam preparatio salutaris: Amen.



Domine Jesu christe: qui di-

xisti apostolis tuis. Pacem meam
do vobis: pacē relinquo vobis: que-
so ne respicias peccata mea: sed fidem
ecclesie tue: eamqꝫ secundum volun-
tatem tuam paci ✠ ficare: custodire
adunare et regere digneris. Qui cum
deo patre et spiritusancto viuis et re-
gnas deus: Per omnia secula seculo-
rum: Amen. Habete vinculum pa-
cis et charitatis: vt apti sitis sacrosan
ctis mysterijs christi. Pax ✠ tecum.
Pax christi et ecclesie abundet in cor-
dibus vestris per spiritumsanctum
qui datus est vobis. Dñe iesu chri-
ste fili dei viui: qui ex volūtate patris
cooperante spūsancto per mortē tuā
munduꝫ viuificasti: libera me queso
per hoc sacrosanctū corpus ꝛ sangui-

nem tuum a cunctis malis et iniqui-
tatibus meis: et fac me tuis semper
obedire mandatis: et a te nunquā in
perpetuum permittas separari. Qui
viuis et regnas cum eodem deo pa-
tre in vnitate eiusdem spiritussancti
deus. Per omnia secula seculorum:
Amē. Quid retribuam domino pro
omnibus que retribuit mihi. Panē
celestem accipiam: et nomen domini
inuocabo. Laudans inuocabo do-
minum: et ab inimicis meis saluus
ero. Domine non sum dignus vt in-
tres sub tectum meum: sed tantū dic
verbo: ⁊ sanabitur anima mea. Cor
pus domini nostri iesu christi profici-
at mihi in vitā eternā: Amen. Quid
retribuā domino: pro omnibus que

retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero. Item signet se cum calice et sumat: dicens. Sanguis domini nostri iesu christi proficiat mihi in vitã eternã. Amen. Inclinatus dicat. Corpus tuũ domine quod ego miser accepi: et calix quem ego indignus potaui: adhereat anime mee et corpori meo. Et presta: vt ibi non remaneat vlla peccati macula: vbi tua deus tam pura ⁊ sancta intrauerunt sacramenta. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Sumpta ablutione. Quod ore sumpsimus do-

mine pura mente capiamus: et de mu
nere temporali fiat nobis remedium
sempiternum. Per christū dominum
nostrum. Amen. Post benedictionē
seu finita missa inclinatꝰ dicat. Pla=
ceat tibi sancta trinitas obsequium
seruitutis mee: ⁊ presta: vt hoc sacrifi=
cium quod oculis tue maiestatis in=
dignus obtuli: tibi placēs et accepta=
bile: mihiqꝫ et omnibus pro quibus
illud obtuli: sit te miserante propicia=
bile in vitam eternam. Amen.

De sancta Trinitate Intr.



Enedicta sit sctã trinitas atqz indiuisa vnitas: cõfitebimur ei qr fecit nobiscũ misericordiaz suam. Ps. Benedicamus patrẽ et filiũ cũ sctõ spũ: laudemus et superexaltemus eũ in secula seculorũ Amen. Oro.


Omnipotens sempiterne deus: q dedisti famulis tuis in cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: et in potẽtia maiestatis adorare vnitatem: qsumus: vt eiusdẽ fidei firmitate ab omnibus semp muniamur aduersis. Per dñm. Ad Romanos. xi.

Fratres: O altitudo diuitiarum sapiẽtie et scientie dei: qz incõprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Quis eñ cognouit sensum dñi: aut qs cõsiliarius ei⁹ fuit? Aut qs prior dedit illi: et retribuet ei. Quoniã ex ipso et p ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi honor et gloria in secula seculorũ Amen.

Benedictus es dñe qui in Grad. tueris abyssos: et sedes super cherubin. V. Benedictus es in throno regni tui: et laudabilis in secula. Alla. V. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorum: et laudabilis in secula. Seque. Bñdicta semp sctã.

In illo Scdm Johañẽ. iij tpe: Erat hõ ex phariseis nicodemus nomine: pnceps iudeorum: hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi scimus qr a deo venisti magister. Nemo eñ potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cũ eo. Respõdit iesus et dixit ei. Amẽ amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nõ potest videre regnũ dei. Dixit ad eũ nicodemus. Quõ potest homo renasci cũ sit senex? Nunquid potest in ventrẽ mris sue iterato introire et renasci? Respondit iesus. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spũsancto: non potest introire in regnũ dei. Quod natũ est ex carne caro est: et qd natũ est ex spiritu spiritus est. Nõ mireris qr dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: et vocẽ eius audis: sz nescis vnde veniat: aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respõdit nicodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respõdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel et hec ignoras? Amẽ amẽ dico tibi: qr qd sci-

mus loq̃mur: ꝛ q̄d vidimus te stamur: et testimoniū nr̄m nō accipitis. Si terrena dixi vob ꝛ nō creditis: quō si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascēdit i celū nisi q̄ descēdit de celo: filius hois q̄ est i celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois: vt oīs q̄ credit in ipso nō pereat: sed habeat vitā eternā. Offer. Benedict⁹ sit deus pater vnigenitusq; dei filius sanctus quoq; spūs: quia fecit nobiscū misericordiā suā. Secre. Sactifica q̄ms dn̄e de⁹ noster: p vnigeniti filij tui virtutē hui⁹ oblationis hostiā: ꝛ cooprāte spūsancto p eā nosmetipos tibi pfice mun⁹ eternū. P. eiusdē. Benedicite deū celi: ꝛ corā Cōio. oīmibus viuētibus confitebimur ei q̄a fecit nobiscū misericordiā suā. Proficiat nobis ad sa Cōplē. lutē corpis et anime dn̄e deus hui⁹ sacramēti pceptio: ꝛ sempiterne sancte trinitatis eiusdemq; indiuidue vnitatis cōfessio. Per. De corpe christi Introit⁹.



Cibauit eos ex adipe frumenti all'a: et de petra melle saturauit eos alleluia alleluia alleluia. Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio. Deus q̄ nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliq̄sti: tribue quesumus ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiōis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ꝛ. Ad Corinthios. j. ca. xj. Fratres: Ego eñ accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam dn̄s iesus in qua nocte tradebat: accepit panē: ꝛ gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meū quod pro vobis tradet. Hoc facite in meā cōmemorationem. Similiter et calicem: postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētū est i meo sanguine. Hoc facite quotiēscūq; bibetis in meā cōmemorationem. Quotiēscunq; eñ manducabitis panē hunc et calicē bibetis: mortē dn̄i annunciabitis donec veniat. Itaq; quicūq; māducauerit panē vel biberit calicē dn̄i indigne: re⁹ erit corpis ꝛ sanguinis dn̄i. Probet aūt seipm homo: ꝛ sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui eñ manducat et bibit indigne: iudiciū sibi māducat ꝛ

bibit: nõ diiudicãs corp⁹ dñi.
Oculi omniũ in te sperãt Grad.
dñe: et tu das illis escã in tempore
opportuno. ℣. Aperis tu manũ
tuã: ⁊ imples omẽ anial bñdictione
Allꝉa. ℣. Caro mea vere est cib⁹:
et sanguis meus vere est potus: qui
mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meum
sanguinẽ: in me manet ⁊ ego in eo.
Sequẽ. Lauda sion. Scdm Jo
In illo tpe: Di hannẽ. vj.
xit Jesus discipulis suis
et turbis iudeorũ. Caro mea
vere est cibus: ⁊ sanguis meus
vere est potus. Qui manducat
meam carnẽ et bibit meũ san-
guinem: in me manet ⁊ ego in
eo. Sicut misit me viuens pa-
ter: et ego viuo ꝓpter patrẽ. Et
qui manducat me: ⁊ ipse viuet
propter me. Hic est panis qui
de celo descẽdit. Nõ sicut mã-
ducauerunt patres vestri mã-
na in deserto: et mortui sunt.
Qui manducat hunc panẽ: vi
uet in eternum. Credo dicitur.
Sacerdotes incẽsum dñi Offer.
et panes offerũt deo: ⁊ ideo sctĩ erũt
deo suo: ⁊ nõ polluẽt nomẽ ei⁹ allꝉa.
Ecclesie tue qs dñe Secre.
vnitatis ⁊ pacis ꝓpiti⁹ dona cõ-
cede: q̃ sub oblatis muneribus
mystice designãtur. Per do.
Prefatio. Quia ꝑ incarnati.
Cõio. Quotiẽscũqꝫ mãducabitis
panẽ hũc ⁊ calicẽ bibetis: mortẽ dñi
annũciabitis donec veniat: itaqꝫ q̃-
cũqꝫ mãducauerit panẽ vel biberit
calicẽ dñi indigne: reus erit corpis
⁊ sanguinis dñi allꝉa allꝉa. Cõplẽ.
Fac nos qs dñe diuinita-
tis tue sempiterna fruitiõe re-
pleri: quã ꝑciosi corpis et san-
guinis tui tpal' ꝑceptio ꝑfigu-
rat. Qui. ¶ Dñica prima post
trinitatis Intr.
Domine i tua miseri
cordia speraui: ⁊ ex
ultauit cor meũ i sa
lutari tuo: cantabo dño q̃ bona tri
buit mihi. Ps. Usqꝫquo dñe ob-
liuisceris me i finẽ: vsqꝫquo auertis
Deus i Orõ. faciẽ tuã a me
te sperãtiũ fortitudo: ad-
esto ꝓpicius inuocatiõib⁹ nr̃is
et q̃a sine te nihil potest morta-
lis infirmitas: presta auxiliũ
gratie tue: vt in exequẽdis mã
datis tuis: et voluntate tibi et
actiõe placeam⁹. Per. Lectio
epl'e beati Johãnis aplĩ. j. ca.
Charissimi: De⁹ cha- iiij.
ritas est. In hoc appa-
ruit charitas dei i nobis. Qm̃
filiũ suũ vnigenitũ misit deus
in hũc mundũ: vt viuamus ꝑ
eum. In hoc est charitas: nõ
quasi nos dilexerim⁹ deũ: sed
qm̃ ipse prior dilexit nos. Et
misit filiũ suũ ꝓpiciationẽ pro

peccatis nostris. Charissimi: si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrũ diligere. Deum nemo vidit unq̃z. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet: et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniã in eo manemus: et ipse in nobis: quoniã de spiritu suo dedit nobis Et nos vidimus: et testificamur: quoniã pater misit filiũ suũ saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniã iesus est filius dei: deus in eo manet: et ipse in deo: ꝛ nos cognouimus et credidimus charitati quã habet deus in nobis Deus charitas est: et q̃ manet in charitate: in deo manet ꝛ deus in eo. In hoc ꝑfecta est charitas dei nobiscũ: vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est: et nos sum⁹ in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorẽ: quoniaꝫ timor penã habet. Qui autẽ timet: nõ est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: quoniã de⁹ prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deũ: et fratrẽ suum oderit: mendax est. Qui eñ nõ diligit fratrẽ suũ quem videt: deũ quẽ nõ videt quõ potest diligere? Et hoc mandatũ habemus a deo: vt qui diligit deũ: diligat et fratrẽ suũ. Grad. Ego dixi domine miserere mei: sana animã meã quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum et pauperẽ: in die mala liberabit eũ dñs. Alleluia. ℣. Domine deus meus i te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequẽtib⁹ me ꝛ libera me.

In illo Scdm Lucã. xvj.

Tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidam erat diues: qui induebat purpura et bysso: et epulabat quotidie splẽdide. Et erat quidã mẽdicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: et lingebãt vlcera eius. Factũ est aũt vt moreretur mẽdicus: et portaretur ab angelis in sinũ abrae. Mortuus est aũt diues: ꝛ sepult⁹ est i inferno. Eleuans autẽ oculos suos cũ esset in tormẽtis: vidit abraã a longe: ꝛ lazarũ in sinu eius: et ipse clamãs dixit. Pater abraam miserere mei: ꝛ mitte lazarꝫ: vt intingat extremũ digiti sui in aquaꝫ: vt refrigeret linguam

meã: quia crucior i hac flãma. Et dixit illi abraã. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autẽ hic consolat̃: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnũ firmatũ est: ut hij qui volunt hinc trãsire ad vos nõ possunt: neqʒ inde huc trasmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: ut mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enĩ quinqʒ fratres: ut testet̃ illis: ne et ipsi veniant in locũ hunc tormentorum. Et ait illi abraã. Habent moysen et ꝓphetas: audiant illos. At ille dixit. Nõ pr̃ abraam: sed si q̃s ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agent. Ait autẽ illi. Si moysen et ꝓphetas non audiunt: neqʒ si quis ex mortuis resurrexerit credẽt

Intende voci orationis Offer. mee rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secre.

Oblationẽ nostrã quesumus dñe misericorditer acceptare et sanctificare digneris: ut p eiꝰ sanctificationẽ nobis salus ꝓueniat: et defensio sempiterna Per. Cõio. Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.

Cõpleñ. Tantis dñe repleti muneribus: quesumus ut salutaria dona capiamꝰ: et a tua laude nunq̃ʒ cessemꝰ. Per dñ.

Feria quarta. ad Colossenses iij.

Fratres: Mortificate membra vestra que sunt sup terrã: fornicationẽ: immũdiciã: libidinẽ: concupiscentiam malã: et auariciã: que est simulacrorũ seruitus: ꝑpter que venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus et vos ambulastis aliquando cũ viueretis in illis. Nunc autem deponite et vos omnia: iram: indignationẽ: maliciam: blasphemiã: turpẽ sermonẽ de ore vr̃o Nolite mẽtiri inuicẽ: expoliãtes vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis: et induẽtes nouũ: eũ qui renouat̃ in agnitionẽ dei ſm imaginẽ eius q̃ creauit eũ ubi nõ est masculus et femina: gentilis neqʒ iudeus: circũcisio et preputiũ: barbarus et scita: seruus et liber: sed oĩa et in oĩbꝰ christus. Qui est bñdictus in secula seculoꝝ. Amen.

In illo Scdm Matheũ. xj tẽpore. Cepit iesus exprobrare ciuitatibus i quibus facte sunt plurime virtutes eius quia non egissent penitentiã. Ve tibi corozaim: ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone

facte essent ꝟtutes q̃ facte sunt
in vobis: olim ĩ cilicio ⁊ cinere
penitẽtiã egissent. Verũtamẽ
dico vobis: tyro et sydoni re-
missius erit ĩ die iudicij q̃z vo-
bis. Et tu capharnaũ: nunq̃d
usqz in celũ exaltaberis? Usqz
in infernũ descendes. Quia si
in sydonijs facte fuissent virtu
tes q̃ facte sunt in te: forte mã-
sissent usqz in hũc diẽ. Verũta
men dico vobis: q̃a terre sodo-
moꝝ remissius erit in die iudi
cij q̃z tibi. Feria sexta. ij. ad

FRatres: Corinthios. iiij
Si opertũ est euangeliũ
nostrũ in his q̃ pereũt: opertũ
est in quib⁹ deus hui⁹ seculi ex-
cecauit mẽtes infideliũ: ut nõ
fulgeat illuminatio euangelij
glorie christi: q̃ est imago dei.
Nõ eñ nosmetipos p̃dicam⁹:
sed iesum christũ dñm nostrũ.
Nos aũt seruos vestros per ie-
sum: quoniã deus qui dixit de
tenebris lucẽ splẽdescere: ip̃e il
luxit in cordibus nostris ad il
luminationẽ sciẽtie claritatis
dei in faciẽ iesu christi. Scdm

IN illo tẽp- Matheũ. xij.
re. Abijt iesus per sata sab
bato: discipuli autẽ eius esuri-
entes ceperunt vellere spicas ⁊
manducare. Pharisei aũt vi-
dentes: dixerunt ei. Ecce disci-
puli tui faciunt quod nõ licet
eis facere sabbatis. At ille di-
xit eis. Non legistis quid fecit
dauid quãdo esurijt: et qui cũ
eo erant: quõ intrauit ĩ domũ
dei: ⁊ panes ꝓpositionis come
dit: quos non licebat ei edere:
neqz his qui cũ eo erãt: nisi so-
lis sacerdotibus? Aut nõ legi-
stis ĩ lege: quia sabbatis sacer-
dotes in templo sabbatũ vio-
lãt: et sine crimine sunt? Dico
autẽ vobis: quia templo ma-
ior est hic. Si autẽ sciretis q̃d
est: misericordiã volo et nõ sa
crificiũ: nunq̃z condemnasse-
tis innocentes. ¶ Dñica scda

FActus est Introitus.
dominus ꝓtector meus: et
eduxit me in latitudinem:
saluum me fecit quoniã voluit me.
Ps. Diligam te dñe virtus mea:
dñs firmamentũ meũ et refugium

SAncti nomi- Orõ. meũ.
nis tui dñe timorẽ pari-
ter ⁊ amorẽ fac nos habere per
petuũ: quia nunq̃z tua guber-
natiõe destituis: quos in soli-
ditate tue dilectiõis instituis.

CEper. j. Johannis. iij.
Harissimi. Nolite mira
ri si odit vos mũdus. Nos sci
mus quoniã translati sumus
de morte ad vitam: quoniã di
ligimus fratres. Qui nõ dili-

git: manet i morte. Omnis qui odit fratrē suū: homicida est. Et scitis quoniā omnis homicida non habet vitā eternā in se manentē. In hoc cognouimus charitatē dei: quoniā ille animā suā pro nobis posuit: ꝛ nos debemus ꝑ fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiā mūdi huius: ꝛ viderit fratrē suum necessitatē habere et clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo. Filioli mei: non diligamus verbo neqꝫ lingua: sed opere ꝛ veritate. Grad. Ad dominuꝫ cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Dñe libera animā meā a labijs iniquis et a lingua dolosa. All'a. ℣. Deus iudex iustus: fortis ꝛ patiēs: nūquid irascet̄ per singulos dies. Scdm Lucā. xiiij.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidā fecit cenā magnā: ꝛ vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt oīa. Et ceperūt se simul oēs excusare. Primus dixit ei. Villā emi: et necesse habeo exire et videre illā. Rogo te: habe me excusatū. Et alter dixit. Iuga boū emi q̄nqꝫ et eo probare illa. Rogo te habe me excusatū. Et alius dixit. Vxorē duxi: ꝛ ideo nō possum venire. Et reuersus seru⁹ nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles: et cecos: et claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine: factū est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: ꝛ compelle intrare: vt impleat̄ dom⁹ mea. Dico autē vobis: q̄ nemo virorū illorum qui vocati sunt gustabunt cenaꝫ meam. Offer. Domine cōuertere ꝛ eripe animā meaꝫ: saluū me fac propter misericordiā tuā. Secre. Oblatio nos dñe tuo nomini dicāda purificet: et de die in diem ad celestis vite trāsferat actionem. Per. Cōio. Cantabo domino qui bona tribuit mihi: ꝛ psallam nomini dñi altissimi. Cōpl'. Sumptis sacris muneribus dñe q̄s: vt cū frequētatione mysterij: crescat nostre salutis effect⁹. Per dñm. Feria quarta. Johannis apostoli. ij. ca. j.

Charissimi. Uidete vosmetipsos ne perdatis que operati estis: sed vt mercedē plenā accipiatis. Sciētes quoniā omnis qui recedit: et non per-

manet in doctrina christi: deū
nō habet. Qui ꝑmanet in do-
ctrina christi: hic patrem et fi-
lium habet. Si quis venit ad
vos: et hanc doctrinam nō af-
fert: nolite recipere eum in do
mū: nec aue ei dixeritis. Qui
enim dicit illi aue: communi-
cat operibus eius malignis.

Scdm Lucam. capi. xij.

In illo tempore. Ait ad ie
sum quidam de turba. Magi-
ster dic fratri meo: ut diuidat
mecum hereditatem. At ille di
xit ei. Homo: quis me consti-
tuit iudicē aut diuisorē super
vos? Dixitqȝ ad illos. Vide-
te et cauete ab omni auaricia:
quia nō ī abundātia cuiusqȝ
vita est ex his q̄ possidet. Di-
xit autem similitudinē ad il-
los. Hominis cuiusdā diuitis
vberes fruct⁹ ager attulit: ꝛ co-
gitabat intra se dicens: Quid
faciam q̄ nō habeo quo con-
gregem fructus meos? Et di-
xit. Hoc faciam. Destruā hor
rea mea: et maiora faciam: ꝛ il
luc congregabo oīa que na-
ta sunt mihi: ꝛ bona mea: et di
cā anime mee. Anima: habes
multa bona posita in annos
plurimos: requiesce: comede:
bibe: epulare. Dixit autē illi
de⁹. Stulte: hac nocte animā
tuā repetunt a te. Que autem
parasti: cui⁹ erunt? Sic est qui
sibi thesaurizat: et non est in
deum diues.

Feria sexta. Johannis apostoli. j. ca. ij.

Charissimi: Nouissima
hora est. Et sicut audistis: q̄a
antichristus venit: nunc anti-
christi multi facti sunt. Unde
scimus quia nouissima hora
est. Ex nobis prodierunt: sed
non erant ex nobis. Nā si fu-
issent ex nobis: permansissent
utiqȝ nobiscum. Sed ut mani
festi sint: quoniā nō sunt om-
nes ex nob. Sed vos unctio-
nem habetis a spiritusancto: ꝛ
nostis omnia. Nō scripsi vo-
bis quasi ignorantibus veri-
tatem: sed quasi scientibus eā
et quoniā omne mendacium
ex veritate non est. Quis est
mēdax: nisi is qui negat quo-
niā iesus est christus? Hic est
antichristus: qui negat patrē
ꝛ filiū. Omnis qui negat filiū
nec patrē habet: qui cōfitetur
filium: ꝛ patrem habet.

Scdm Lucā. xij.

In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis. No
lite solliciti esse aīe vestre q̄d
māducetis: neqȝ corpori q̄d in
duamini. Anima plus est q̄ȝ
esca: ꝛ corpus plus q̄ȝ vestimē-
tum. Cōsyderate coruos: quo-

niam nō semināt neqꝫ metūt quibus nō est cellarium neqꝫ horreū: ꝛ deꝰ pascit illos. Quā to magis vos pluris estis illis Quis autem vestrum cogitan do potest adijcere ad staturam suam cubitū vnum? Si ergo neqꝫ quod minimū est potestis quid de ceteris solliciti estis? Cōsyderate lilia agri quomo do crescunt? Nō laborāt neqꝫ nent. Dico autem vobis: nec salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnū ex istis. Si autem fenum quod hodie est in agro: et cras in clybanū mittitur deus sic vestit: quan to magis vos pusille fidei? Et vos nolite querere quid man ducetis: aut qd bibatis: et no lite in sublime tolli. Hec enim omnia gentes mundi querūt. Pater autem vester scit quo niam his indigetis. Veruntamen querite primū regnū dei et iusticiam eius: et hec omnia adijcientur vobis. ¶ Dominica tertia Introitus.

Respice i me ꝛ miserere mei domine: quoniam vnicus ꝛ pauper sum ego: vide humilitatē meam et laborem meum: ꝛ dimitte oīa peccata mea deus meus. Ps. Ad te dñe leuaui animā meam: de us meus in te confido nō erubescā.

Deprecationē no- Orō. stram quesumus dñe be nignus exaudi: ꝛ quibus sup plicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū. P. Lctō epistole beati Petri apostoli. i. ca. v.

Charissimi: Hu miliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tē pore visitationis. Omnē solli citudinē vestram proijcientes in eum: quoniā ipsi est cura de vobis. Sobrij estote ꝛ vigila te: quia aduersariꝰ vester dia bolus tanqꝫ leo rugiēs circuit querens quē deuoret. Cui resi stite fortes in fide: sciētes ean dem passionē ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. De us autē omnis gratie qui vo cauit nos in eternam suā glo riā in christo iesu modicū pas sos: ipse perficiet: confirmabit solidabitqꝫ. Ipsi gloria et im periū in secula seculoꝝ Amen.

Iacta cogitatum tuū in Grad. domino: ꝛ ipse te enutriet. V. Dū clamarē ad dominū exaudiuit vo cem meā ab his qui appropinquāt mihi. Alla. V. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamētū meū ꝛ refugiū meum. Scdm Lucā. xv.

In illo tpe: Erant appro pinquantes ad iesum pu blicani ꝛ peccatores: vt audirēt

illũ. Et murmurabant pharisei et scribe dicẽtes: quia hic peccatores recipit: ⁊ manducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istã dicens. Quis ex vobis homo qui habet centũ oues: et si perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonagintanouem in deserto: et vadit ad illã que perierat donec inueniat eã? Et cũ inuenerit eã: imponit in humeros suos gaudens: et veniens domũ: conuocat amicos ⁊ vicinos dicens illis. Congratulamini mihi: q̃a inueni ouẽ meã que perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudiũ erit in celo super vno peccatore penitentiã agente: q̃z supra nonagintanouez iustis qui nõ indigẽt penitẽtia Aut que mulier habens dragmas decẽ: si ꝑdiderit dragmã vnã: nonne accendit lucernã: et euertit domũ: et querit diligenter donec inueniat? Et cũ inuenerit: conuocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmã quam perdiderã. Ita dico vobis: gaudiũ erit corã angelis dei super vno peccatore penitentiã agẽte. Offer. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuũ dñe: quoniã nõ derelinq̃s querentes te: psallite dño qui habitat in sion: qm̃ nõ est oblitus clamorẽ pauperũ. Secre. Munera dñe oblata sanctifica: vt tui nobis vnigeniti corp⁹ ⁊ sanguis fiat Qui tecũ. Cõio. Ego clamaui qm̃ exaudisti me deus: inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea. Cõpleñ. Sacris muneribus q̃s dñe ꝑceptis: vt nos eoꝝ virtute: et a vicijs om̃ib⁹ expies: et donis gratie tue iugiter repleas. Per dñ. Feria q̃rta. Ad Colossen. Fratres: Om̃e q̃d. les. iij. cũq3 facitis: in verbo aut in opere: om̃ia in nomine dñi nostri iesu christi: gratias agẽtes deo et patri ꝑ ip̃m. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domino. Viri diligite vxores vr̃as: ⁊ nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus ꝑ om̃ia: hoc eñ placitum est in dño. Patres nolite ad iracundiã prouocare filios vestros: vt nõ pusillo animo fiãt. Serui obedite ꝑ om̃ia dominis carnalib⁹: nõ ad oculum seruientes: quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes dominũ Quodcũq3 facitis: ex animo operamini: sicut dño: ⁊ nõ hominibus: sciẽtes ꝙ a dño accipietis retributionez hereditatis: Per iesum christum dñm

nostrū. Scdm Lucam. ca. ix.

In illo tpe. Accesserūt ad iesum discipuli ⁊ dixerūt. Dimitte turbas: ut euntes in castella villasq; que circa sunt diuertant: et inueniāt escas: quia hic in loco deserto sum⁹. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerunt. Nō sunt nobis plus q̄ quinq; panes et duo pisces: nisi forte nos eamus: et emamus in omnē hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinq; milia. Ait autē ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem iesus quinq; panibus et duobus piscibus: respexit in celū ⁊ benedixit illis: ⁊ fregit ⁊ distribuit discipulis suis: ut ponerent ante turbas. Et mādūcauerūt oēs: ⁊ saturati sunt. Feria sexta. Johannis apostoli. j. ca. iij.

Charissimi: Oīs q̄ natus est ex deo peccatū nō facit: quoniā semē ipsius in eo manet: ⁊ nō potest peccare: quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei et filij diaboli. Oīs qui nō est iustus nō est ex deo: et qui nō diligit fratrē suum. Quoniā hec est annunciatio quā audistis ab initio: ut diligatis alterutrum. Nō sicut cayn q̄ ex maligno erat: et occidit fratrem suū. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erāt: fratris autē eius iusta. Scdm Lucam. viij.

In illo tempore. Venit ad iesum vir cui nomen iayrus: ⁊ princeps synagoge erat: et cecidit ad pedes iesu: rogās eum ut intraret in domū ei⁹: quia unica filia erat ei fere annorū duodecim: et hec moriebat̄. Et contigit dum iret: a turbis cōprimebat̄. Et mulier quedā erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim: que ī medicos erogauerat omnē substantiā suā nec ab ullo potuit curari. Accessit retro: ⁊ tetigit fimbriā vestimēti ei⁹: ⁊ cōfestim stetit fluxus sanguinis ei⁹. Et ait iesus Quis est q̄ me tetigit? Negātibus aūt omibus dixit petrus ⁊ q̄ cū illo erāt. Preceptor: turbe te cōprimūt ⁊ affligūt: et dicis: quis me tetigit? Et dixit iesus. Tetigit me aliquis. Nā ⁊ ego noui virtutē de me exisse. Videns aūt mulier q̄a nō latuit tremēs venit: ⁊ procidit ante pedes ei⁹: ⁊ ob quā causam tetigerit eū: indicauit corā omi po-

pulo: et quemadmodū confe=
stim sanata sit. At ipse dixit ei
Filia: fides tua saluā te fecit.
Uade i pace. Adhuc illo loquē
te: venit quidā ad principē sy=
nagoge dicēs ei: quia mortua
est filia tua: noli vexare illum
Iesus autem audito hoc ver=
bo: respondit patri puelle. No
li timere. Crede tm̄: ⁊ salua erit
Et cum venisset domū: nō per
misit intrare secū quenq̄z: nisi
petrum et iacobum et iohannē
et patrem et matrē puelle. Fle
bant autē oēs et plangebāt
illā. At ille dixit. Nolite flere.
Nō est mortua puella: sed dor
mit. Et deridebant eū: scien=
tes quia mortua esset. Ipse au
tē tenēs manū eius: clamauit
dicēs. Puella surge. Et reuer
sus est spiritus eius: ⁊ resurre=
xit cōtinuo. Et iussit illi dare
manducare. Et obstupuerunt
parētes eius: quibus precepit
ne alicui dicerent quod factū
fuerat. ¶ Dn̄ica q̄rta Intro.

Dominus illuminatio mea ⁊
salus mea quē timebo: dn̄s
defensor vite mee: a quo
trepidabo: qui tribulāt me inimici
mei infirmati sunt ⁊ ceciderūt. Ps.
Si cōsistāt aduersuz me castra: nō
timebit cor meum. Oro.

Protector in te sperantiū
deus: sine quo nihil est validū
nihil sanctū: multiplica super
nos misericordiā tuā: ut te re=
ctore: te duce sic transeamus per
bona tēporalia: ut non amit=
tamus eterna. Per dn̄m. Lectio
epistole beati Pauli apl'i Ad
Romanos. viij. capi.

Fratres. Existimo enī q̄
non sunt condigne passiones
huius tēporis ad futurā glo=
riā que reuelabitur in nobis.
Nā expectatio creature reuela
tionē filiorū dei expectat. Ua=
nitati enī creatura subiecta est
non volens: sed propter eum
qui subiecit eā in spe: q̄a ⁊ ipsa
creatura liberabitur a seruitu=
te corruptiōis in libertatē glo
rie filiorum dei. Scimus enī
q̄ omnis creatura ingemiscit
et parturit usq̄z adhuc. Nō so=
lum autē illa: sed ⁊ nosipsi pri
mitias spiritus habētes: ⁊ ipsi
intra nos gemimus adoptio=
nem filiorū dei: expectantes re
demptionē corpis nostri. In
christo iesu dn̄o nr̄o. Grad.

Propicius esto peccatis nostris: ne
quando dicant gentes ubi est deus
eorū. ℣. Adiuua nos deus saluta=
ris noster: ⁊ propter honorē nominis
tui dn̄e libera nos. All'a. ℣. Dn̄e
in virtute tua letabitur rex: ⁊ super
salutare tuū exultabit vehemēter.

In illo tẽ Scdm Lucã. vj.
pore: Dixit iesus discipu-
lis suis. Estote misericordes:
sicut et pater vester misericors
est. Nolite iudicare: et non iu-
dicabimini. Nolite condẽna-
re: et nõ condẽnabimini. Di-
mittite et dimittemini. Date:
⁊ dabitur vobis. Mensurã bo-
nã: et confertã: et coagitatã: ⁊
supereffluentẽ dabunt in sinũ
vestrũ. Eadẽ quippe mensura
qua mensi fueritis remetietur
vobis. Dicebat autẽ illis ⁊ si-
militudinẽ. Nũquid potest ce-
cus cecũ ducere? Nonne ambo
in foueã cadunt? Nõ est disci-
pulus sup magistrũ: pfectus aũt
omnis erit si sit sicut magister
eius. Quid autẽ vides festucã
in oculo fratris tui: trabẽ aũt
que in oculo tuo est nõ cõsyde
ras? Aut quõ potes dicere fra
tri tuo: frater: sine: eijciã festu-
caz de oculo tuo: ipse in oculo
tuo trabẽ non vides? Hypocri
ta: eijce primũ trabẽ de oculo
tuo: et tunc pspicies vt educas
festucam de oculo fratris tui.
Illumina oculos meos ne Offer.
quãdo obdormiã in morte: nequã
do dicat inimic⁹ meus preualui ad-
uersus eum. Secre. Respice dñe
munera supplicãtis ecclesie: et
saluti credentiũ perpetua san-
ctificatiõe sumẽda cõcede. Per.
Dñs firmamentũ meũ et Cõio.
refugiũ meũ et liberator me⁹: deus
meus adiutor meus. Compleñ.
Sancta tua nos dñe sumpta
viuificẽt: ⁊ misericordie sempi
terne preparẽt expiatos. Per

Feria quarta. Ad Ephesios. j.

Fratres: Non cesso grãs
agẽs p vobis: et memo-
riã vestri faciẽs in oratiõibus
meis. Ut deus dñi nostri iesu
christi pater glorie det vobis
spiritũ sapiẽtie ⁊ reuelationis
in agnitionẽ ei⁹ illuminatos
oculos cordis vestri: vt sciatis
que sit spes vocationis vestre.
Que diuitie glie hereditatis
eius in sanctis. Et q̃ sit supemi
nẽs magnitudo virtutis ei⁹ in
nos q̃ credimus ẜm opationẽ
potẽtie virtutis ei⁹ quã opera-
tus est in christo: resuscitãs eũ
a mortuis: ⁊ ꝯstituẽs ad dexte
ram suã in celestibus sup oẽm
principatũ et potestatẽ et vir-
tutẽ et dominationẽ: et omne
nomẽ quod nominat̃ iu secu-
la seculorũ Amen. Scdm Lu
In illo tẽpore: cam. viij.
Accesserunt quidã phari-
seorũ ad iesum dicentes. Exi ⁊
vade hinc: quia herodes vult
te occidere. Et ait illis. Ite ⁊ di
cite vulpi illi. Ecce eijcio demo

nia: ꝛ sanitates ꝑficio hodie ꝛ
cras: ꝛ tertia die cõsumor. Ve-
runtamen oportet me hodie et
cras et sequenti die ambulare
Quia non capit ꝓphetã perire
extra hierusalẽ. Feria sexta.

Ad Romanos. xiiij.

[F]Ratres: Carnis curã ne
feceritis in desyderijs. Infir-
mũ autẽ in fide assumite: non
in disceptatiõib⁹ cogitationũ
Alius eñ credit manducare se
omia. Qui autẽ infirmus est:
holus mãducet. Is q̃ mandu
cat: nõ manducãtẽ nõ spernat
et q̃ nõ mãducat: mãducantẽ
nõ iudicet. De⁹ eñ illũ assum-
psit. Tu quis es qui alienũ iu-
dicas seruũ? Dño suo stat aut
cadit. Stabit autẽ. Potẽs est
eñ deus statuere illũ. Nã ali-
us iudicat diẽ inter diẽ: alius
autẽ iudicat omnẽ diẽ. Unus-
quisqꝫ in suo sensu abundet.
Qui sapit diẽ: dño sapit: ꝛ qui
mãducat: dño mãducat. Gra
tias enim agit deo. Et qui nõ
manducat: domino nõ mãdu
cat: ꝛ gratias agit deo. Scdm

Matheũ. xiij.

[I]N illo tẽp: Dixit iesus discipulis
suis parabolã hãc. Simile est
regnũ celorũ homini qui semi
nauit bonũ semen in agro suo
Cum autẽ dormirẽt homines:
uenit inimicus eius: ꝛ superse-
minauit zyzania in medio tri
tici: et abijt. Cũ autẽ creuisset
herba ꝛ fructũ fecisset: tunc ap
paruerũt ꝛ zyzania. Accedẽtes
aũt serui patrisfamilias: dixe-
rũt ei. Dñe: nõne bonũ semen
seminasti in agro tuo? Unde
ergo habet zyzania? Et ait il-
lis. Inimicus homo hoc fecit.
Serui autem dixerunt ei. Uis
imus ꝛ colligimus ea? Et ait.
Nõ: ne forte colligentes zyza-
nia: eradicetis simul et triticũ
Sinite utraqꝫ crescere usqꝫ ad
messem: et i tẽpore messis dicã
messoribus. Colligite ꝑmũ zy
zania: ꝛ alligate ea i fasciculos
ad comburendũ. Triticũ au-
tem cõgregate in horreũ meũ.

¶ Dñica quinta Introitus.

[E]Xaudi dñe vocẽ meã qua
clamaui ad te: adiutor me
us es tu ne derelinquas me
neqꝫ despicias me de⁹ salutaris me
us. Ps. Dñs illuminatio mea:
et salus mea quem timebo. Oro.

[D]A nobis quesumus do-
mine: ut ꝛ mũdi cursus
pacifice nobis tuo ordine diri
gat̃: ꝛ ecclesia tua tranq̃lla de-
uotiõe letet̃. Per. Petri apl'i

[C]Harissimi: Oẽs j. ca. iij.
unanimes i orõne estote
cõpatiẽtes: fraternitatis ama-

tores: misericordes: modesti:
humiles: nõ reddentes malũ
pro malo: nec maledictũ pro
maledicto: sed ecõtrario bene-
dicentes: quia in hoc vocati
estis: ut benedictionẽ heredi-
tate possideatis. Qui em̃ vult
vitã diligere: et dies videre bo
nos: coerceat linguã suã a ma
lo: et labia eius ne loquantur
dolũ. Declinet autẽ a malo et
faciat bonũ: inquirat pacẽ et
sequatur eã. Quia oculi domi-
ni super iustos: et aures eius
in preces eoꝝ. Vultus autem
dñi super facientes mala. Et
quis est qui vobis noceat: si bo
ni emulatores fueritis? Sed ⁊
si quid patimini propter iusti
ciam beati. Timorẽ autem eo
rum ne timueritis: ut nõ con-
turbemini. Dominũ autẽ chri
stum sanctificate in cordibus
vr̃is. Grad. Protector noster
aspice deus: et respice super seruos
tuos. ℣. Domine deus virtutum
exaudi preces seruoꝝ tuoꝝ. Alla.
℣. In te domine speraui non con-
fundar i eternũ: i iusticia tua libera
me et eripe me: inclina ad me aurẽ
tuã: accelera vt eruas me. Scdm
In illo tempore: Lucã. v.
Cũ turbe irruerent in ie-
sum vt audirẽt verbũ dei: ⁊ ipe
stabat secus stagnum geneza-
reth. Et vidit duas naues stã-
tes secus stagnũ. Piscatores
autẽ descenderant et lauabãt
retia. Ascendens autẽ in vnã
nauim que erat simonis: roga
uit eũ a terra reducere pusillũ
Et sedens docebat de nauicu-
la turbas. Ut cessauit autẽ lo-
qui: dixit ad simonẽ. Duc in
altuz: et laxate retia vestra in
capturã. Et respondẽs simon
petrus dixit illi. Preceptor: ꝑ
totam noctẽ laborantes nihil
cepimus: in verbo autẽ tuo la
xabo rete. Et cũ hoc fecissent:
concluserunt pisciũ multitu-
dinẽ copiosam. Rumpebatur
autẽ rete eorũ. Et annuerunt
socijs qui erãt in alia naui: vt
venirent ⁊ adiuuarent eos. Et
venerũt ⁊ impleuerũt ambas
nauiculas: vt ꝑne mergerent̃
Quod cũ videret simon petr⁹:
procidit ad genua iesu dicẽs.
Exi a me domine: quia homo
peccator sum. Stupor enim cir
cũdederat eũ: et omnes qui cũ
illo erant in captura piscium
quã ceperãt. Similiter aũt ⁊ ia
cobũ ⁊ iohannẽ filios zebedei
qui erant socij simonis. Et ait
ad simonẽ iesus. Noli timere
ex hoc iã homines eris capiẽs
Et subductis ad terrã nauib⁹:
relictis omnib⁹ secuti sunt eũ.

Benedicã dñm qui tribuit Offer.
mihi intellectũ: puidebã deũ in cõ-
spectu meo semper: qm̃ a dextris est
mihi ne cõmouear. Secre. Ascẽ
dant ad te qm̃s dñe preces hu
militatis nostre in cõspectu cle
mentie tue: et descendat super
hec oblata virtus tue diuinita
tis: quaꝫ nostris quoqꝫ puri-
ficandis mentibus largiaris.
Per. Cõio. Unam petij a dño
hanc requirã: vt inhabitẽ in domo
dñi om̃ibus dieb⁹ vite mee. Cõpl.
Mysteria nos dñe qm̃s sum-
pta purificẽt ⁊ tuo munere tue
anť. P. Feria q̃rta. Ad timo
Charissime: theũ. j. ca. iij.
Obsecro p̃mũ oĩm fieri
obsecratiões: orones: postula-
tiões: gratiarũactiões ꝑ om̃i-
bus hoibus: ꝓ regibus ⁊ om̃i-
bus qui ĩ sublimitate sunt: vt
quietã ⁊ trãquillã vitã agam⁹
in om̃i pietate ⁊ castitate. Hoc
em̃ bonũ est et acceptũ corã sal-
uatore nostro deo: q̃ oẽs hoies
vult saluos fieri: ⁊ ad agnitio-
nẽ veritatis venire. Un⁹ em̃ de
us: vn⁹ mediator dei et hoim
homo christus iesus: q̃ dedit re
demptionẽ semetipm̃ ꝓ omni
bus. Cuius testimoniũ tẽpori-
bus suis cõfirmatũ: in quo po-
situs sum ego p̃dicator ⁊ apl's
Ueritatẽ dico: nõ mentior: do
ctor gentiũ in fide et veritate.
In christo iesu domino nr̃o.
In illo tẽ- Scdm Lucã. x.
pore: Exultauit iesus ĩ spi
ritusancto et dixit. Confiteor
tibi dñe pater celi ⁊ terre: quia
abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus: et reuelasti ea
paruulis. Etiã pater: quoniã
sic placitũ fuit ante te. Om̃ia
mihi tradita sunt a patre meo
Et nemo scit quis sit fili⁹ nisi
pater: et quis sit pater nisi fili-
us: et cui voluerit filius reue-
lare. Uenite ad me om̃es qui
laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego
reficiã vos. Tollite iugũ me-
um super vos: et discite a me:
quia mitis suꝫ: et humilis cor-
de: ⁊ inuenietis requiẽ anima
bus vestris. Jugũ em̃ meum
suaue est: et onus meum leue.
Et cõuersus ad discipulos su-
os dixit. Beati oculi qui vi-
dent q̃ vos videtis. Dico au-
tem vobis: q multi reges et ꝓ-
phete voluerunt videre q̃ vos
videtis: et nõ viderunt: et au-
dire que auditis: et nõ audie-
runt. Feria sexta. Petri apo-
Charissimi: stoli. ij. ca. iij
Nam audistis quoniaꝫ
vnus dies apud dominũ si-
cut mille anni: ⁊ mille anni si-
cut dies vn⁹. Nõ tardat domi

nus promissionē suā sicut qui dam estimāt: sed patiēter agit propter vos: nolens aliquos perire: sed omnes ad penitentiam reuerti. Adueniet autē dies domini vt fur: in quo celi magno impetu transient: elementa vero calore soluentur. Terra autē et que in ipsa sunt omnia opera exurētur. Cum hec igitur omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus ꝛ pietatibus: expectantes et properantes in aduentum diei domini: per quē celi ardentes soluentur: et elementa ignis ardore tabescēt. Nouos vero celos et nouam terrā et promissa ipsius expectamus. In christo iesu dño nostro. Scdm Marcū. ca. x.

In illo tēpore. Offerebant iesu paruulos vt taugeret illos. Discipuli aūt cōminabātur offerentibus. Quos cuz videret iesus: indigne tulit. Et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ꝛ ne ꝓhibueritis eos. Taliū em̄ est regnū dei. Amē dico vobis quisqs nō recepit regnū dei velut paruulus: nō intrabit in illud. Et complexās eos ꝛ imponēs man⁹ sup illos bñdicebat eos. ¶ Dñica sexta Introitus

Dominꝰ fortitudo pleb̄ sue et ꝓtector salutariū christi sui est: saluū fac ppl̄m tuū dñe: ꝛ benedic hereditati tue: ꝛ rege eos vsqꝫ in seculū. Ps. Ad te dñe clamabo deꝰ meꝰ: ne sileas a me ne quando taceas a me. Oro.

Deus q̄ diligētibus te bona inuisibilia p̄parasti: infunde cordibꝰ nostris tui amoris affectū: vt te in om̄ibus et sup oīa diligētes: ꝓmissiones tuas que om̄e desyderiū superāt cōsequamur. Per. Ad Romanos. ca. vi.

Fratres. Quicūqꝫ baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsiꝰ baptizati sumus. Consepulti em̄ sumus cū illo per baptismū in mortē: vt quomō christus surrexit a mortuis per gloriā patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si em̄ complātati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes: quia vetꝰ homo noster simul crucifixus est: vt destruat̄ corpus peccati: vt vltra nō seruiamus peccato. Qui em̄ mortuus est iustificatus est a peccato. Si aūt mortui sumꝰ cū christo credimꝰ q̄a simul etiā viuemꝰ cū illo: sciētes q̄ christus resurgēs ex mortuis: iā nō morit̄:

mors illi vltra nō dominabit'.
Quod em̄ mortu' est peccato:
mortuus est semel: q' aūt viuit
viuit deo. Ita ꝛ vos existima-
te vos mortuos q̄dē esse pecca-
to: viuētes aūt deo. In christo
iesu dño nostro. Grad. Con-
uertere dñe aliquātulū: et dep̄care
sup̄ seruos tuos. ℣. Dñe refugiū
fact' es nobis a generatiōe ꝛ ꝓgenie
Alla. ℣. Oēs gētes plaudite ma
nibus: iubilate deo in voce exulta-
tionis. Scdm Matheum. v.

In illo tempore: Dixit ie-
sus discipulis suis. Amen
dico vobis: nisi abundauerit
iusticia vestra plus q̄ȝ scribaꝝ
ꝛ phariseorū: nō intrabitis in
regnū celoꝝ. Audistis quia di
ctum est antiq̄s: nō occides: q̄
aūt occiderit: reus erit iudicio
Ego aūt dico vobis: q̄a oīs
qui irascit' fratri suo: reus erit
iudicio. Qui autē dixerit fra-
tri suo racha: reus erit cōcilio.
Qui autē dixerit fatue: re' erit
gehenne ignis. Si ergo offers
mun' tuū ad altare: ꝛ ibi recor
datus fueris q̄a frater tu' ha-
bet aliquid aduersum te: relin
que ibi mun' tuū ante altare:
ꝛ vade prius recōciliari fratri
tuo: ꝛ tunc veniēs offeres mu-
nus tuū. Offer. Perfice gressus
meos in semitis tuis: vt nō moue-
antur vestigia mea: inclina aurem
tuam ꝛ exaudi verba mea: mirifica
misericordias tuas: q̄ saluos facis
sperātes in te. Secre. Propicia-
re dñe supplicatiōib' nostris:
et has oblationes famuloꝝ fa
mularūq; tuarum benignus
assume: vt quod singuli obtu-
lerūt ad honorē nominis tui:
cūctis ꝓficiat ad salutē. Per.
Circuibo ꝛ imolabo in ta Cōio.
bernaculo eius hostiā iubilationis:
cantabo ꝛ psalmū dicam domino.
Quos celesti dñe dono Cōpl.
satiasti: presta quesumus: vt a
nr̄is mūdemur occultis: et ab
hostiū liberemur insidijs. P.

Feria q̄rta. Ad Hebreos. xij.

Fratres. Habemus grati
am per quam seruiamus
placētes deo cū metu et reuerē
tia. Etenim deus noster ignis
cōsumēs est. Charitas frater-
nitatis maneat in vobis: ꝛ ho
spitalitatē nolite obliuisci. P
hāc em̄ placuerūt quidā ange
lis hospitio receptis. Memen
tote vinctoꝝ tanq̄ȝ simul vin-
cti: ꝛ laborantiū: tanq̄ȝ ꝛ ip̄i in
corpe cōmorātes. Honorabi-
le cōnubiū in oīb': ꝛ thorus
immaculatus. Fornicatores
em̄ ꝛ adulteros iudicabit deus
Sint mores sine auaricia: cō-
tenti p̄sentibus. Ipse em̄ dixit

Non te deseram neqꝫ derelinquam: ita vt cõfidẽter dicam⁹ Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi hõ. Mementote prepositorũ vestrorũ: qui vobis locuti sunt verbuꝫ dei: quorũ intuentes exitũ cõuersationis: imitamini fidẽ. Iesus christus heri et hodie: ipse est in secula seculoruꝫ Amen.

In illo Scdm Marcũ. x.

Tempore. Cũ egressus esset iesus in via: procurrens quidam genuflexo ante eũ: rogabat eũ dicens. Magister bone quid faciam vt vitaꝫ eternam percipiã? Iesus autẽ dicit ei. Quid me dicis bonũ? Nemo bonus nisi solus deus. Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres. Ne occides. Ne furaberis. Ne falsuꝫ testimoniũ dices. Ne fraudẽ feceris. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam. At ille respõdẽs ait illi. Magister: hec oĩa seruaui a iuuẽtute mea. Iesus aũt intuitus eũ: dilexit eũ: ⁊ dixit ei. Vnũ tibi deest. Vade: ⁊ quecũqꝫ habes vẽde ⁊ da pauperibus: et habebis thesaurum in celo: et veni sequere me. Feria sexta. Ad Romanos. xiiij.

Fratres: Nemo nostrum sibi viuit: et nemo sibi moritur. Siue enim viuimus: domino viuimus. Siue morimur: domino morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: dñi sum⁹. In hoc eñ christus mortuus est ⁊ resurrexit: vt et viuorũ et mortuorũ dominet̃. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuuꝫ? Aut tu quare spernis fratrẽ tuum? Omnes eñ stabimus ante tribunal dei. Scriptum est eñ. Viuo ego dicit dñs: quoniaꝫ mihi omne genu flectet̃: ⁊ omnis lingua confitebit̃ deo. In christo iesu domino nostro.

In illo Scdm Marcũ. v.

Tẽpore. Venit iesus in regionem gerasenoꝝ. Et exeunte eo de naui: occurrit illi homo de monumẽtis in spiritu immũdo: qui domiciliũ habebat in monumentis. Et neqꝫ cathenis iã quisqꝫ eũ poterat ligare. Quoniã sepe cõpedib⁹ et cathenis vinctus: dirupisset cathenas: ⁊ compedes comminuisset: et nemo poterat eũ domare. Et semper die ac nocte in monumentis et in montibus erat clamãs: et concidẽs se lapidibus. Videns autẽ iesum a longe: cucurrit ⁊ adorauit eũ et clamans voce magna dixit Quid mihi ⁊ tibi iesu fili dei altissimi? Adiuro te ꝑ deũ ne me

torqueas. Dicebat enim illi ie
sus. Exi spiritus immūde ab
homine isto. Et interrogabat
eum. Quod tibi nomē est? Et
dicit ei. Legio mihi nomē est:
quia multi sumus. Et depre-
cabatur eū multū: ne se expelle
ret extra regionē. Erat autem
ibi circa montē grex porcorū
magnus pascens in agris. Et
deprecabantur eū spiritus di-
centes. Mitte nos in porcos:
ut in eos introeamus. Et con
cessit eis statim iesus. Et exeū-
tes spiritus immundi introie
runt in porcos: ⁊ magno impe
tu grex precipitatus est i mari
ad duo milia: ⁊ suffocati sunt
in mari. Qui aūt pascebāt eos
fugierūt: ⁊ nūciauerūt in ciui-
tatē ⁊ in agros. Et egressi sunt
videre quid esset facti: et vene-
runt ad iesum: ⁊ vident illum
qui a demonio vexabat̄ seden
tem vestitū et sane mentis: ⁊ ti
muerunt. Et narrauerūt illis
que viderant: qualiter factum
esset ei qui demoniū habuerat
et de porcis. Et rogare ceperūt
eū: ut discederet de finib⁹ eorū.
Cūq; ascenderet nauim: cepit
illū deprecari qui a demonio
vexat⁹ fuerat ut esset cū illo: et
nō admisit eū: sed ait illi. Va-
de in domū tuā ad tuos: ⁊ an-
nūcia illis quāta tibi dñs fece
rit: ⁊ misertus sit tui. Et abijt ⁊
cepit p̄dicare in decapoli: quā-
ta sibi fecisset iesus: et omnes
mirabant̄. ¶ Dñica septima

OMnes gētes plau- Intr.
dite manib⁹: iubilate deo
in voce exultatiōis. Ps.
Subiecit populos nobis: ⁊ gentes

DEus Orō. sub pedib⁹ nr̄is
virtutū cui⁹ est totū qđ
est optimū: insere pectorib⁹ no
stris amorē tui nōis: ⁊ p̄sta in
nobis religionis augmentū:
ut q̄ bona sunt nutrias: ac pie-
tatis studio q̄ sunt nutrita cu-
stodias. Per. Ad Romanos

FRatres: Humanū ca. vj
dico propter infirmitatē
carnis vestre. Sic̄ eñi exhibui-
stis mēbra vr̄a seruire immun
dicie et iniquitati ad iniquita
tē: ita nūc exhibete mēbra ve-
stra seruire iusticie i sanctifica-
tionē. Cū eñi serui essetis pecca
ti: liberi fuistis iusticie. Quē er
go fructū habuistis tūc in illis
in quib⁹ nūc erubescitis? Nā fi
nis illorū mors est. Nūc vero
liberati a pctō: serui autē facti
deo: habetis fructū vr̄m in san
ctificationē: finē vero vitā eter
nā. Stipēdia eñi peccati mors
gratia aūt dei vita eterna. In
christo iesu dño nr̄o. Grad.

Venite filij audite me: timorē domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: ꝛ ab insurgētib⁹ i me libera me.

In illo Scdꝫ Marcū. viij tempore. Cū turba multa esset cum iesu: nec haberent quod manducarent: conuocatis discipul' iesus ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iā triduo sustinent me: nec habent quod manducēt. Et si dimisero eos ieiunos in domuꝫ suam: deficient in via. Quidā eñ ex eis de longe venerūt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos q̄s poterit hic saturare panib⁹ i solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septē Et precepit turbe discūbere super terram. Et accipiens septē panes: gratias agens fregit: et dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerūt turbe. Et habebāt pisciculos paucos: et ipsos benedixit: ꝛ iussit apponi. Et manducauerunt ꝛ saturati sunt: ꝛ sustulerunt qđ superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autē qui manducauerunt quasi quatuor milia: ꝛ dimisit eos. Offer.

Sicut in holocaustum arietum et thaurorū: et sicut in m illibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie: vt placea t tibi: quia non est confusio cōfidētibus in te domine. Secre.

Propiciare domine supplicationibus nostris: ꝛ has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius irritum votum: nullius sit vacua postulatio: presta quesumus: vt qđ fideliter petim⁹: efficaciter cōsequamur. Per dñm. Cōio.

Inclina aurem tuam: accelera vt eruas me. Cōpleñ. Repleti sumus domine munerib⁹ sacris tribue quesumus: vt eorū mūdemur effectu ꝛ muniamur auxilio. Per do. Feria quarta.

Ad Romanos. ca. viij.

Fratres. Nūc nihil damnatiōis est his qui sunt in christo iesu: qui nō scđm carnē ambulāt. Lex eñ spiritus vite in christo iesu: liberauit me a lege peccati ꝛ mortis. Nā quod impossibile erat legi in quo infirmabatur ꝑ carnē: deus filium suū mittēs in similitudinē carnis peccati: ꝛ de peccato damnauit peccatū i carne: vt iustificatio legis impleref in nobis: q̄ nō scđm carnē ambulam⁹ sed scđm spiritum. Qui eñ scđm

carnē sunt: que carnis sunt sa-
piūt: qui vero ſm spiritū sunt
que sunt spūs sentiunt. Nam
prudētia carnis mors est: pru
dentia aūt spiritus vita ꝛ pax
In christo iesu dño nostro.

Scdm Matheum. ca. xvj.

In illo tēpore. Accesserunt
ad iesum scribe et pharisei ꝛ sa
ducei temptantes eum. Et ro-
gauerunt eum: vt signū de ce-
lo ostenderet eis. At ille respō
dēs: ait illis. Facto vespere di-
citis: serenū erit: rubicundum
est eñ celum. Et mane: hodie
tēpestas: rutilat eñ triste celū.
Faciē ergo celi dijudicare no-
stis: signa autē temporū nō po
testis. Generatio mala ꝛ adul
tera signum querit: et signum
non dabitur ei: nisi signuz io-
ne pphete. Et relictis illis abijt
Et cū venissent discipuli eius
trans fretū: obliti sunt panes
accipere. Qui dixit illis. Intue
mini ꝛ cauete a fermēto phari-
seoꝝ ꝛ saduceoꝝ. At illi cogita
bant intra se dicētes. Quia pa
nes nō accepimus. Sciēs autē
iesus dixit. Quid cogitatis in
ter vos modice fidei: q̄a panes
nō habetis? Nondū intelligi-
tis neqꝫ recordamini q̄nqꝫ pa
num: ꝛ quinqꝫ milia hominū
et quot cophinos sumpsistis?
Neqꝫ septē panū in quatuor
milia hominū: ꝛ quot sportas
sumpsistis? Quare nō intelli-
gitis: quia nō de pane dixi vo
bis: cauete a fermēto phariseo
rū et saduceoꝝ? Tūc intellexe-
runt quia nō dixerit cauēdū a
fermento panū: sed a doctrina
phariseoꝝ et saduceoꝝ. Feria
sexta. Ad Romanos. ca. xiiij.

Fratres: Unusquisqꝫ no
strum pro se rationē red
det deo. Nō ergo amplius in-
uicē iudicem⁹. Sed hoc iudica
te magis: ne ponatis offendi-
culū fratri vel scandalū. Scio
et cōfido in dño iesu: quia
nihil cōmune p ipsuz: nisi ei q̄
existimat q̄d cōmune esse: illi
cōmune est. Si eñ pp̄ter cibū
frater tuus contristatur: iā nō
scdm charitatē ambulas. No
li cibo tuo illū perdere: pro quo
christus mortuus est. Non er-
go blasphemeť bonū nostrū.
Non est eñ regnum dei esca ꝛ
potus: sed iusticia: ꝛ pax: ꝛ gau
diū in spiritusancto. Per ie-
sum christū dñm nrm. Scdm
Lucā. xvij.

In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis. Im
possibile est vt nō veniāt scan-
dala. Ve autem illi per quem
veniūt. Utilius est illi si lapis
molaris ponatur circa collum

eius: et proijciatur in mare: q̃z ut scandalizet unũ de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tu⁹: increpa illũ. Et si penitentiã egerit: dimitte illi. Et si septies ĩ die peccauerit in te: ⁊ septies in die cõuersus fuerit ad te dicẽs: penitet me: dimitte illi. Et dixerũt apostoli domino. Adauge nobis fidem. Dixit autẽ dñs. Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis: diceretis huic arbori moro: eradicare: et transplantare in mare: et obediet vob̃. Quis autẽ vestrũ habẽs seruũ arantem: aut pascentez boues: qui regresso de agro: dicat illi statim: transi: recumbe: ⁊ nõ dicit para q̃ cenem: ⁊ precinge te: et ministra mihi donec manducem et bibã: et post hec tu manduces ⁊ bibes? Nũquid gratiã habet seruo illi: q̃a fecit que ei imperauerat? Nõ puto. Sic et vos cũ feceritis oĩa q̃ p̃cepta sunt vob̃ dicite: serui inutiles sum⁹: q̃a fecim⁹ qđ facere debuimus. ℭ Dñica octaua Intro.

Suscepim⁹ deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui: scđm nomẽ tuũ deus: ita ⁊ laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. Ps̃. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mõte sancto ei⁹. Oro.

Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallit: te suppliciter exoram⁹: ut noxia cuncta submoueas: et oĩa nobis profutura concedas. Per dñ. Ad Romanos ca. viij.

Fratres: Debitores sumus: non carni ut s̃m carnẽ viuam⁹. Si eñ s̃m carnẽ vixeritis: moriemini: si aũt spũ facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicũq̃z eñ spũ dei aguntur: hij sunt filij dei Nõ eñ accepistis spiritũ seruitutis iterũ ĩ timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: q̃ sumus filij dei. Si autẽ filij ⁊ heredes: heredes quidẽ dei: coheredes autem christi. Grad.

Esto mihi in deum protectorẽ: et in locũ refugij: ut saluũ me facias. ℣. Deus in te speraui dñe: nõ confundar in eternũ. Alleluia. ℣. Te decet hymn⁹ deus in sion: ⁊ tibi reddetur votũ in hierusalẽ. ℣. Replebimur in bonis domus tue: sanctũ est templũ tuũ mirabile ĩ equitate.

In illo Scđz Matheũ. vij tpe: Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite a falsis p̃phetis: qui veniũt ad vos ĩ vesti-

mentis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Nũquid colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala aũt arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neqꝫ arbor mala bonos fruct⁹ facere. Oĩs arbor que nõ facit fructũ bonũ excidet: ⁊ in ignẽ mittet. Igitur ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit i regnũ celoꝝ: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipse intrabit i regnũ celoꝝ. Offer.

Populum humilẽ saluum facies: ⁊ oculos supborũ humiliabis: quoniã quis deus pter te dñe. Secre.

Deus qui legaliũ differẽtias hostiarũ vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiũ a deuotis tibi famulis: et pari benedictiõe sicut munera abel sanctifica: ⁊ qḋ singuli obtulerũt ad maiestatis tue honorẽ cũctis pficiat ad salutẽ. Per.

Gustate et videte qm̃ sua- Cõio. uis est dñs: btũs vir qui sperat i eo.

Tua nos dñe medici- Cõplẽ. nalis opatio: ⁊ a nostris puersitatib⁹ clemẽter expediat: ⁊ ad ea q̃ sunt recta perducat. Per.

Feria quarta. Ad Romanos

Frẽs: Scitis qm̃ cũ ca. v. adhuc peccatores essem⁹: christus p nobis mortuus est Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsi⁹ salui erimus ab ira per ipsum. Si eñ cũ inimici essemus: recõciliati sum⁹ per mortẽ filij eius: multo magis recõciliati salui erimus in vita ipsius: nõ solũ autẽ: sed ⁊ gloriamur i deo. Per christũ dñm nr̃m. Scdm Marcũ. ix.

In illo tpe: Johannes dixit ad iesum. Magister: vidimus quendã in noĩe tuo eijcientẽ demonia: qui nõ sequitur nos: et phibuimus eũ. Jesus aũt ait. Nolite phibere eũ Nemo est eñ qui facit virtutẽ in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui eñ nõ est aduersum vos: p vobis est Quisquis eñ potũ dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo q̇a christi estis: amẽ dico vobis: non perdet mercedem suam. Et quisquis scãdalizauerit vnuꝫ ex his pusillis credentibus in me: bonũ est ei magis si circũdaret mola asinaria collo ei⁹: et in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te manus tua: abscide illaꝫ. Bonũ est tibi debilẽ intrare in vi-

tam: q̃z duas manus habentē ire in gehēnā in ignē inextinguibilē: vbi vermis eorū non morit᷑: et ignis nō extinguit᷑. Et si pes tu⁹ scādalizat te: amputa illū. Bonū est tibi claudū intrare i vitā eternā: q̃z duos pedes habentē mitti in gehēnā ignis inextinguibilis: vbi vermis eorū non moritur: et ignis nō extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: erue eum. Bonū est tibi luscū intrare in regnū dei: q̃z duos oculos habentē mitti in gehennaȝ ignis: vbi vermis eorum non moritur: ⁊ ignis nō extinguit᷑. Feria sexta. Ad Romanos ca. xv.

Fratres: Obsecro vos p̱ dñm nostrū iesuȝ christū: ⁊ p̱ charitatē sancti spūs vt adiuuetis me i orationibus ad deū: vt liberer ab infidelibus qui sunt in iudea ⁊ obsequij mei oblatio accepta fiat in hierusalē sanctis: vt veniā ad vos in gaudio p̱ volūtatē dei: vt refrigerer vobiscū. Deus autē pacis sit cū omīb⁹ vobis. In christo iesu dño nostro. Scđm Matheū. ca. xxiij.

In illo tēpore: Dixit iesus turbis iudeoꝝ ⁊ principibus sacerdotū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̃ clauditis regnū celorum ante homines. Vos eñ non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui comeditis dom⁹ viduaꝝ: oratiōes lōgas orantes: ꝓpter hoc amplius accipietis iudiciū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui circuitis mare et aridam: vt faciatis vnū proselytū: et cū fuerit factus: facitis eū filiū gehēne duplo q̃z vos. Ve vob̄ duces ceci qui dicitis. Quicunq̧ iurauerit p̱ templū: nihil est: qui aūt iurauerit in auro templi: debitor est. Stulti ⁊ ceci: q̃d eñ maius est: aurū: an templū quod sanctificat aurū? Et q̃cunq̧ iurauerit i altari: nihil est. Quicūq̧ autem iurauerit in dono quod est super illud: debet. Ceci: quid eñ maius est: donum an altare q̄d sanctificat donū? Qui ergo iurat i altari: iurat in eo: ⁊ in omnibus que sup̱ illud sunt. Et quicūq̧ iurauerit in templo: iurat in illo: ⁊ in eo qui habitat in ipso. Et q̃ iurat in celo: iurat i throno dei: ⁊ in eo q̃ sedet sup̱ eū. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui decimatis mētā ⁊ anetū ⁊ cyminū: et relinq̃tis que grauiora sunt legis: iudiciū ⁊ misericordiā ⁊

fidem. Hec oportuit facere: et il la nõ omittere. Duces ceci excolãtes culicẽ: camelũ aũt glutiẽtes. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̃ mũdatis quod deforis est calicis et parapsidis: intus autẽ pleni estis rapina et immũdicia. Pharisee cece: mũda prius quod intus est calicis et parapsidis: ut fiat et id quod deforis est mundũ. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̃ siles estis sepulchris dealbatis: q̃ a foris apparent hominibus speciosa: intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic et vos a foris quidẽ apparetis hominibus iusti: intus aũt pleni estis hypocrisi et iniquitate. ¶ Dominica nona Introi.

Ecce deus adiuuat me: et dñs susceptor est aĩe mee: auerte mala inimicis meis: in veritate tua disperde illos, protector meus dñe. Ps. Deus in noĩe tuo saluũ me fac: et i virtute tua libera me. Oro.

Largire nobis dñe q̃s: semper spiritũ cogitãdi q̃ recta sunt propicius et agẽdi: ut qui sine te esse nõ possimus: secundum te viuere valeamus. Per. eiusdem. Ad Corinthios. j. ca. x.

Fratres: Nõ simus cõcupiscentes sicut et illi cõcupierunt. Neque ydolatre efficiamini: sicut quidã ex ipsis: quẽadmodũ scriptũ est. Sedit populus mãducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neque fornicemur: sicut q̃dã ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt una die viginti tria milia. Neque tẽptemus christũ: sicut q̃dã eorum tẽptauerunt: et a serpẽtibus perierunt. Neque murmuraueritis: sicut quidã eorũ murmurauerũt: et perierũt ab exterminatore. Hec aũt oĩa in figuris cõtingebãt illis: scripta sunt aũt ad correptionẽ nostrã: i quos fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare: videat ne cadat. Tẽptatio vos nõ apprehẽdat nisi humana. Fidelis autem deus est: qui nõ patietur vos tẽptari supra id quod potestis: sed faciet cũ tẽptatione etiã prouentũ: ut possitis sustinere. Grad. Domine deus noster: quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificẽtia tua super celos. Alleluia. ℣. Attendite popule meus legem meã. Scdm Lucã. ca. xvj.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã erat diues qui habebat villicũ. Et hic diffamatus est apud

illũ quasi dissipasset bona ipi-
us. Et vocauit eum: et ait illi.
Quid hoc audio de te? Redde
rationẽ villicatiõis tue. Jam
eñi nõ poteris villicare. Ait au
tem villicus intra se. Quid fa-
ciã: quia domin⁹ meus aufert
a me villicationem? Fodere
nõ valeo: mendicare erubesco
Scio quid faciã: ut cũ amotus
fuero a villicatione: recipiant
me in domos suas. Cõuocatis
itaqꝫ singulis debitorib⁹ dñi
sui: dicebat ꝑmo. Quantũ de-
bes dño meo? At ille dixit. Cē-
tũ cados olei. Dixitqꝫ illi. Ac-
cipe cautionẽ tuã: ꝛ sede cito: ꝛ
scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu vero quantũ de
bes? Qui ait. Centum choros
tritici. Ait illi. Accipe litteras
tuas ꝛ scribe octoginta. Et lau
dauit dñs villicũ iniquitatis:
quia prudēter fecisset: quia fi-
lij huius seculi prudentiores
sunt filijs lucis ĩ generatione
sua. Et ego vobis dico: facite
vobis amicos de mammona
iniq̃tatis: ut cũ defeceritis reci
piãt vos ĩ eterna tabernacula.
Iusticie dñi recte letifican Offer.
tes corda: et dulciora sup mel et fa-
uũ: nam ꝛ seruus tuus custodit ea.
Suscipe munera qs̃ Secre.
dñe que tibi de tua largitate
deferimus: ut hec sacrosancta
mysteria gratie tue operãte vir
tute: et presentis vite nos con-
uersatione sanctificent: et ad
gaudia sempiterna perducãt.
Per. Cõio. Primum querite re
gnum dei: et omnia adijcientur vo
bis dicit dominus. Cõpleñ. Sit
nobis domine reparatio men
tis ꝛ corporis celeste mysteriũ:
ut cui⁹ exequimur actionẽ sen-
tiamus effectum. Per. Feria
quarta. Ad Romanos. vj.

Fratres: Nescitis qm̃ cui
exhibetis vos seruos ad
obediendũ: serui estis eius cui
obeditis: siue peccati ad mortẽ
siue obeditionis ad iusticiam
Gratias autẽ ago deo meo: q̃
fuistis serui peccati: obedistis
autẽ ex corde: ĩ eã formã doctri
ne ĩ qua traditi estis. Liberati
aũt a peccato: serui facti estis iu
sticie. In christo iesu dño no-
stro. Scdm Lucam. xvj.

In illo tempore. Dixit ie-
sus discipul' suis. Qui fidelis
est in minimo: ꝛ in maiori fide
lis est: et q̃ in modico iniquus
est: ꝛ in maiori iniquus est. Si
ergo in iniquo mãmona fide
les nõ fuistis: qđ verũ est quis
credet vobis? Et si in alieno fi
deles nõ fuistis: quod vestrũ
est quis dabit vobis? Nemo

seruus potest duob⁹ dominis seruire. Aut em̃ vnũ odiet: ꝛ alterũ diliget: aut vni adherebit et alterũ contemnet. Non potestis deo seruire et mãmone. Audiebant autem omnia hec pharisei qui erant auari: et deridebant illũ. Et ait illis. Uos estis qui iustificastis vos corã hominibus: deus autẽ nouit corda vestra. Quia quod hominibus altũ est: abominatio est ante deũ. Feria sexta. j. Ad

Fratres: Corinthios. v.

Scripsi vobis i epistola ne cõmisceamini fornicarijs. Nõ vtiqꝫ fornicarijs hui⁹ mũdi: aut auaris: aut rapacibus aut idolis seruiẽtibus: alioqñ debueratis de hoc mũdo exisse Nũc autẽ scripsi vobis nõ cõmisceri. Si is qui frater nominat inter vos: ꝛ est fornicator aut auarus: aut idolis seruiẽs aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cũ huiusmodi nec cibũ sumere. Quid em̃ mihi de his q̃ foris sunt iudicare? Nõne de his q̃ intus sunt vos iudicatis? Nã eos qui foris sunt de⁹ iudicabit. Per iesum christũ dñm nr̃m. Scd̃m Lucã. xi

In illo tp̃e: Rogabat iesuꝫ quidã phariseus vt pranderet apud se. Jesus autẽ ingressus recubuit. Phariseus aũt cepit intra se reputãs dicere: quare nõ baptizat⁹ esset añ prandiũ. Et ait dñs ad illum. Nũc vos pharisei quod deforis est calicis et cathini mũdatis: quod aũt int⁹ est vestꝝ: plenũ est rapina ꝛ iniq̃tate. Stulti: nõne qui fecit quod deforis est: etiã id quod deint⁹ est fecit? Uerũtamen quod supest date elemosynã: ꝛ ecce om̃ia mũda sunt vobis. Sed ve vob̃ phariseis: q̃ decimatis mentã ꝛ rutã ꝛ omne holus: ꝛ p̃teritis iudiciũ ꝛ charitatẽ dei. Hec autẽ oportuit facere: ꝛ illa nõ omittere. Ve vobis phariseis q̃ diligitis p̃mas cathedras in synagogis: ꝛ salutationes in foro. Ve vobis qui estis vt monumẽta que nõ parẽt: ꝛ homines ambulãtes supra: nesciũt Respõdẽs autẽ quidã ex legisperitis ait illi. Magister: hec dicens etiam contumeliã nobis facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve: qui oneratis homines oneribus q̃ portare nõ possunt: et ipsi vno digito vestro nõ tãgitis sarcinas ip̃as.

Dñica decima Intr̃.

Dum clamarẽ ad dñm: exaudiuit vocẽ meaꝫ ab his qui appropinquant mihi: ꝛ humi-

liauit eos qui est ante secula: et manet in eternũ: iacta cogitatũ tuũ in dño: et ipse te enutriet. Ps. Exaudi dñe iusticiã meã: intēde deprecatio nē meā. Oro. Pateant aures misericordie tue dñe precib⁹ supplicãtiũ: et ut petētibus desyderata concedas: fac eos q̄ tibi placita sunt postulare. Per. Ad Corinthios. j. ca. xij. Fratres: Scitis qm̄ cũ gētes essetis: ad simulacra muta ꝑut ducebamini eũtes. Ideo notũ vobis facio ꝙ nemo in spiritu dei loquēs dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus nisi in spiritusancto. Divisiones vero gratiarum sunt: idē autē spiritus. Et divisiōes ministrationum sunt: idem autē dñs. Et divisiōes operationũ sunt: idē vero deus: qui operat̄ omnia in omībus. Unicuiqz aũt dat̄ manifestatio spiritus ad utilitatē. Alij quidem ꝑ spiritũ datur sermo sapiētie: alij autem sermo scientie scd̃m eundē spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatũ in uno spiritu. Alij operatio virtutũ: alij ꝓphetia: alij discretio spirituũ: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hec autē omnia operat̄ unus atqz idē spũs: dividens singulis ꝓut vult. Grad. Custodi me dñe ut pupillã ocli: sub umbra alarũ tuarũ ꝓtege me. V. De vultu tuo iudiciũ meuz prodeat: oculi tui videãt equitatē. Alla. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmũ iocundũ cũ cythara. Scd̃m Lucam. xix. In illo tempore. Cũ appropinquaret iesus hierusalē videns civitatem: flevit super illam dicens. Quia si cognovisses: et tu. Et quidē ī hac die tua que ad pacem tibi: nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circundabunt te inimici tui vallo: et coangustabunt te undiqz: et ad terrã ꝓsternēt te: et filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquent in te lapidē sup lapidē: eo ꝙ nō cognoveris tempus visitatiōis tue. Et ingressus in templũ: cepit eijcere vendentes et ementes: dicēs illis. Scriptũ est quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et erat quotidie docēs in tēplo. Offer. Ad te dñe levavi aīam meã: de⁹ meus in te cōfido nō erubescã: neqz irrideãt me inimici mei: etenim universi qui te expectant nō confundētur. Secre.

Concede nobis hec quesum⁹ dñe digne frequentare mysteria: q̃a quotiens huius hostie cõmemoratio celebrat̃: opus nostre redemptionis exercet̃. Per dñm. Cõio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes ꝛ holocausta super altare tuũ domine. Cõplẽ. Tui nobis domine cõmunio sacramenti: ꝛ purificationẽ conferat: et tribuat unitatem. Per dñ. Feria quarta. Ad Corinthios. j. ca. xv.

Fratres: Nõ omnis caro eadẽ caro: sed alia hoim: alia pecorũ: alia volucrũ: alia autẽ piscium. Et corpora celestia: ꝛ corpa terrestria. Sed alia quidem celestiũ gloria: alia autẽ terrestriũ: alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarũ. Stella eñi a stella differt in claritate. Differt ꝛ sic resurrectio mortuorũ. Seminat̃ in corruptiõe: surget in incorruptiõe. Seminat̃ in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur ĩ infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Si est corp⁹ animale: est et spiritale: sicut scriptum est. Factus est primus homo adã in animã viuẽtẽ: nouissimus adam in spiritũ viuificantẽ. Sed nõ prius qd̃ spiritale est: sed quod aïale: deinde quod spiritale. In christo iesu dño nostro. Scdm Lucam. ca. xxj.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipul' suis. Cũ videritis hierusalẽ circũdari ab exercitu: tũc scitote quia appropinq̃bit desolatio eius. Tũc q̃ in iudea sunt fugiãt ad montes: et qui in medio eius discedant: ꝛ qui in regiõibus: nõ intrẽt in eã: q̃a dies vltiõis hij sunt: vt impleant̃ oĩa que scp̃ta sunt Ve autẽ pregnãtibus ꝛ nutriẽtibus in illis diebus. Erit eñi pressura magna sup̃ terram: ꝛ ira populo huic. Et cadent in ore gladij: ꝛ captiui ducentur in omnes gẽtes. Et hierusalẽ calcabit̃ a gentibus: donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis: ꝛ in terris pressura gentiũ pre cõfusione sonitus maris ꝛ fluctuũ. Arescẽtib⁹ hominibus p̄ timore ꝛ expectatione que sup̃uenient vniuerso orbi. Feria sexta. Ad Corinthios j. ca. v. ꝛ vj.

Fratres: Au ferte malũ ex vobisip sis Audet aliq̃s vr̃m habẽs negocium aduersus alterũ iudicari apud iniquos: ꝛ nõ apud sanctos. An nescitis quoniã san-

cti de hoc mūdo iudicabūt. Et
si in vobis iudicabit͛ mūd⁹: in
digni estis q̄ de minimis iudi
cetis. Nescitis qm̄ angelos iu
dicabim⁹: quanto magis secu
laria. Secularia igit͛ iudicia si
habueritis: et cōtēptibiles qui
sunt in ecclesia: illos cōstituite
ad iudicādū. Per iesum chri-
stū dn̄m nr̄m. Scd̄m Lucam

In illo tpe: Dixit iesus xxi
discipulis suis. Attendite
vobis ne forte grauent͛ corda
vr̄a crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis
hui⁹ vite: et superueniet i vos re-
pētina dies illa. Tanq̄ȝ laque
us em̄ superueniet in oēs qui se-
dent sup faciē oīs terre. Vigi-
late itaqȝ om̄i tpe orātes: ut di
gni habeamini fugere ista oīa
q̄ futura sunt: ⁊ stare ante filiū
hoīs. ¶ Dn̄ica. xi. Introitus

Deus in loco sancto suo: de
us q̄ inhabitare facit vna-
nimes in domo: ipse dabit
v̄tutē ⁊ fortitudinē plebi sue. Ps.
Exurgat deus et dissipentur inimi
ci eius: ⁊ fugiant qui oderūt eū a fa
cie eius. Oro.

Deus qui omnipotentiā tuā par-
cendo maxime et miserādo ma
nifestas: multiplica super nos
gratiā tuā: ut ad tua promis-
sa currentes: celestiū bonorū
facias esse consortes. Per do.

Ad Corinthios. i. ca. xv.

Fratres: Notū vobis fa-
cio euāgeliū quod p̄dicaui vo
bis: quod ⁊ accepistis: in quo ⁊
statis: per quod et saluemini:
qua ratione predicauerim vo-
bis si tenetis: nisi frustra credi
distis. Tradidi em̄ vobis i pri
mis quod et accepi: qm̄ christ⁹
mortuus est ꝓ peccatis nostris
ſm scr̄pturas: et q̄a visus est ce-
phe: ⁊ post hoc undecim. Dein
de visus est plus q̄ȝ quingētis
fratrib⁹ simul: ex q̄bus multi
manēt usqȝ adhuc: quidā aūt
dormierunt. Deinde visus est
iacobo: deinde ap̄lis omibus.
Nouissime aūt omniū tanq̄ȝ
abortiuo visus est ⁊ mihi. Ego
em̄ sum minimus apostolorū:
qui nō sum dign⁹ vocari apo-
stolus: qm̄ ꝑsecutus sum eccle-
siā dei. Gr̄a aūt dei sum id q̄d
sum. Et gr̄a ei⁹ in me vacua nō
fuit. Grad. In deo sperauit cor
meū et adiutus sum: ⁊ refloruit ca-
ro mea: ⁊ ex volūtate mea cōfitebor
illi. V. Ad te domine clamaui de-
us me⁹: ne sileas: ne discedas a me.
Alleluia. V. Domine de⁹ salutis
mee: in die clamaui ⁊ nocte corā te.

Scd̄m Lucam. cap. xviij.

In illo tempore: Dixit ie-
sus ad quosdam qui in se cōfi-
debant tanq̄ȝ iusti: et asperna-

banł ceteros: parabolā istam. Duo homines ascenderūt in templū ut orarent: unus phariseus ⁊ alter publican⁹. Phariseus stās: hec apud se orabat Deus gratias ago tibi: q̃a nō sū sicut ceteri hominū: raptores: iniusti: adulteri: velut etiā hic publican⁹. Jeiuno bis in sabbato: decimas do oīm que possideo. Et publicanus a lōge stās: nolebat nec oculos ad celum leuare: sed p̃cutiebat pect⁹ suū dicens. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Dico vob: descēdit hic iustificatus in domū suā ab illo: quia oīs qui se exaltat humiliabił: et qui se humiliat exaltabił. Offer. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: domine clamaui ad te: et sanasti me. Secre. Tibi dñe sacrificia dicata reddātur accepta: q̃ sic ad honorē noīs tui deferenda tribuisti: ut eadē remedia nostra fieri p̄stares. P. Cōio. Honora dñm de tua substātia: ⁊ de primitijs frugū tuarū: ut impleanł horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabūt. Cōpleñ. Q̄s dñe deus noster: ut quos diuinis nō desinis reparare sacramentis: tuis non destituas benignus auxilijs. Per dñm.

Feria q̄rta. Ad Corinthios. j. ca. vj.

Fr̄es: Nescitis qm̄ corpa vestra mēbra sunt christi. Tollēs ergo membra christi: faciā membra meretricis: Absit. An nescitis qm̄ q̄ adheret meretrici vnū corp⁹ efficił: Erūt em̄ inq̄t duo in carne una Qui aūt adheret dño vn⁹ sp̄ūs est. Fugite fornicationē Omne em̄ peccatū q̄dcūqz fecerit hō extra corp⁹ est. Qui aūt fornicał i corp⁹ suū peccat: An nescitis qm̄ mēbra v̄ra templū est sp̄ūssancti q̃ i vobis est: quē habetis a deo: ⁊ nō estis vestri: Empti em̄ estis p̄cio magno: glorificate ⁊ portate deū in corde ⁊ corpe vestro. Euangeliū. In il. tp̄e: Di. iesus phariseis Qui nō est mecū cōtra me est. Require feria quarta añ Esto mihi. Feria sexta. Ad Romanos. xiiij.

Fr̄es: Que pacis sunt sectemur: ⁊ q̄ edificatiōis sunt: in inuicē custodiamus. Noli ꝓpter escam destruere opus dei. Oīa q̄dē mūda sunt: sed malū est homini q̄ p offendiculū mādūcat. Bonū est nō manducare carnē: et non bibere vinū: neqz in quo frater tuus offendił aut scādalizatur aut infirmał. Tu fidē quā habes penes temetipsum:

habe coram deo. In christo iesu dño nostro. Scdm Lucã. xvij

In illo tpe. Interrogat9 iesus a phariseis qñ venit regnũ dei? Respondẽs eis dixit Non venit regnũ dei cũ obseruatiõe: neqz dicẽt: ecce hic: aut ecce illic. Ecce eñi regnũ dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies qñ desyderetis videre vnũ diẽ filij hoĩs ⁊ nõ videbitis. Et dicẽt vobis Ecce hic: ⁊ ecce illic. Nolite ire: neqz sectemini. Nã sic̃ fulgur choruscãs de sub celo i ea q̃ sub celo sunt fulget: ita erit fili9 hominis in die sua. Primũ aũt oportet illũ multa pati ⁊ reprobari a generatiõe hac. Et sicut factũ est i diebus noe: ita erit ⁊ in dieb9 filij hoĩs. Edebãt ⁊ bibebãt: vxores ducebãt: ⁊ dabãtur ad nuptias vsqz i diẽ q̃ intrauit noe in archã: ⁊ venit diluuiũ et pdidit oẽs. Silr sicut factũ est i dieb9 loth. Edebant ⁊ bibebãt: emebãt et vendebãt plantabãt et edificabãt. Qua die autẽ exijt loth a zodomis: pluit ignẽ ⁊ sulphur de celo: et oẽs pdidit. Scdm hec erit qua die fili9 hoĩs reuelabit̃. In illa hora q̃ fuerit in tecto: ⁊ vasa eius in domo: ne descẽdat tollere illa: et qui in agro: similiter non redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunqz quesierit aĩaz suã saluã facere pdet illã. Et quicũqz pdiderit illã: viuificabit eã. Dico vob in illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus assumet̃: ⁊ alter relinquet̃. Due erũt molẽtes in vnũ: vna assumet̃: ⁊ altera relinquet̃. Duo i agro vno: vn9 assumet̃: ⁊ alter relinquet̃. Respõdentes dicũt illi. Vbi dñe? Qui dixit illis. Vbicunqz fuerit corp9: illuc cõgregabunt̃ ⁊ aquile. ¶ Dñica duodecima

Deus in adiutoriũ Intr̃. meũ intende: dñe ad adiuuãdũ me festina: cõfundãtur ⁊ reuereant̃ inimici mei: q̃ querũt animã meã. Ps. Auertãtur retrorsum et erubescãt: qui cogitãt mihi mala.

Omñps Orõ. sempiterne deus: q̃ abũdantia pietatis tue: et merita supplicũ excedis ⁊ vota: effunde sup nos misericordiã tuã: ut dimittas q̃ ꝯsciẽtia metuit: et adijcias qđ orõ nõ p̃sumit. P. Ad Corinthios. ij. ca. iij.

Fratres: Fiduciã talẽ habem9 p christũ ad deũ: nõ q̃ sufficientes sim9 cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficiẽtia nostra ex deo est qui et idoneos nos fecit mini-

stros noui testamēti: non littera sed spiritu. Littera em̄ occidit: sp̄us aūt viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata i lapidibus fuit in gloria: ita vt nō possent intēdere filij israel in faciē moysi: ꝓpter gloriā vultus eius que euacuatur: quō nō magis ministratio spirit⁹ erit in gloria? Nā si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitie in gloria. Grad. Benedicā dominū in omni tempore: semꝑ laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Alla. ℣. Domine refugiū fact⁹ es nobis: a generatiōe ⁊ ꝓgenie. Scd̄m Marcū. vij

In illo tp̄e: Exiēs iesus de finibus tyri: venit ꝑ sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducūt ei surdū et mutū. Et deprecabātur eū vt impōnat illi manū. Et apprehendēs eū de turba seorsuꝫ: misit digitos suos in auriculas eius: ⁊ expuēs tetigit linguā eius: et suspiciens in celū: ingemuit: et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim apte sunt aures ei⁹: et solutum est vinculū lingue eius: et loquebatur recte. Et p̄cepit illis ne cui diceret. Quāto autē eis p̄cipiebat: tāto magis plus predicabant: ⁊ eo amplius admirabātur dicentes. Bene om̄ia fecit: ⁊ surdos fecit audire: ⁊ mutos loqui. Offer.

Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui: et dixit: precat⁹ est moyses in conspectu dñi dei sui: et dixit quare dñe irasceris in populo tuo: parce ire animi tui: memēto abraā ysaac et iacob: quibus iurasti dare terrā fluentē lac et mel: et placatus factus est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo. Secreta.

Respice qs̄ dñe ad nostrā ꝓpicius seruitutē: vt hoc quod tibi offerimus: tibi sit munus acceptū: sit nostre fragilitatis subsidium. Per dñm. Cōio.

De fructu operū tuoꝝ dñe satiabitur terra: vt educas panē de terra: et vinū letificet cor hominis: vt exhilaret faciē i oleo: ⁊ panis cor hoīs cōfirmet. Cōpl. Sentiam⁹ dñe qs̄ tui ꝑceptione sacramenti subsidiū mētis et corporis: vt in vtroqꝫ saluati celestis remedij plenitudine gloriemur. Per dñm. Feria q̄rta. Ad Corinthios. ij. ca. iiij.

Fratres: Non em̄ nosmetipsos p̄dicamus: sed dominuꝫ iesum christum. Nos autē seruos vestros per iesum: quoniā deus

qui dixit de tenebris lucē splē-
descere: illuxit in cordibus no
stris ad illuminationē sciētie
claritatis dei in faciē iesu chri-
sti. Habemus autē thesaurum
istū in vasis fictilibus: ut sub-
limitas sit virtutis dei: ⁊ nō ex
nobis. In omīb' tribulationē
patimur: sed nō angustiamur
Aperiamur: sed non destitui-
mur. Persecutionē patimur:
sed nō derelinquimur. Humi
liamur: sed nō confundimur.
Deijcimur: sed non perimus.
Semper mortificationem iesu
christi i corpore nostro circūfe-
rentes: ut ⁊ vita iesu in corpori
bus nr̄is manifestetur. Scdm

In illo tpe Matheū. ca. ix.
Trāseūte iesu: secuti sunt
eum duo ceci clamātes ⁊ dicen
tes. Miserere nostri fili dauid
Cū autē venisset domū: acces-
serunt ad eum ceci: et dicit eis
iesus. Creditis quia hoc possū
facere vobis? Dicūt ei. Vtiqz
dn̄e. Tunc tetigit oculos eorū
dicens. Scdm fidem vestrā fi-
at vobis. Et aperti sunt oculi
eoꝝ. Et comminatus est eis ie
sus dicēs. Videte ne quis sciat
Illi autē exeuntes diffamaue
rūt eū in tota terra illa. Egres
sis aūt illis obtulerūt ei homi-
nem mutum demoniū haben
tem. Et eiecto demonio locu-
tus est mutus. Et mirate sunt
turbe dicentes. Nunq̄z appa-
ruit sic in israel. Pharisei au-
tem dicebant. In principe de-
moniorum eijcit demonia. Et
circuibat iesus ciuitates et ca-
stella: docēs in synagogis eo-
rum: et predicans euangeliū
regni: et curās oēm lāguorē ⁊
oēm infirmitatē. Feria sexta
Ad Romanos ca. xiiij. et. xv.

Fratres: Beatus qui nō
iudicat semetipsū in eo
quod probat. Qui autē discer
nit si manducauerit: damna-
tus est: quia nō ex fide. Omne
autē quod nō est ex fide: pecca-
tum est. Debemus aūt nos fir-
miores imbecillitates infirmo
rū sustinere: ⁊ nō nobis place-
re. Unusquisqz vestrū ꝓximo
suo placeat in bonū: ad edifica
tionē. In christo iesu dn̄o no-
stro. Scdm Matheum. ca. v.

In illo tēpore: Dixit iesus
discipulis suis. Nolite pu
tare quoniā veni soluere legē
aut ꝓphetas. Nō veni solue-
re: sed adimplere. Amē quippe
dico vobis: donec trāseat celū
et terra: iota unū aut un' apex
non p̄teribit a lege: donec oīa
fiāt. Qui ergo soluerit unum
de mandatis istis minimis: et

doctuerit sic hoies: minim⁹ vo-
cabit in regno celoꝝ. Qui aũt
fecerit et docuerit: hic magnus
vocabitur in regno celorum.

¶ Dñica decimatertia Intr.

RESpice in testamentũ tuũ
et animas pauperũ tuorũ
ne derelinquas in finẽ: ex-
urge dñe et iudica causam tuã: ꝛ ne
obliuiscaris voces querentium te.
Ps. Ut quid dñe repellis in finẽ:
iratus est furor tu⁹ sup oues pascue
tue. Oro.

OMnips sempi-
terne deus: de cui⁹ mune
re venit: ut tibi a fidelib⁹ tuis
digne et laudabiliter seruiat:
tribue qs nobis: ut ad ꝓmis
siones tuas sine offensiõe cur-
ram⁹. Per dñ. Ad Gallathas ca. iij.

FRatres: Abrae di-
cte sunt ꝓmissiones et se-
mini ei⁹. Nõ dicit ꝛ seminib⁹:
quasi in multis: sed q̃si in uno
et semini tuo q̃ est christ⁹. Hoc
aũt dico testamentũ cõfirma-
tũ a deo: que post quadringen
tos et triginta annos facta est
lex: nõ irritũ facit ad euacuan
dã ꝓmissionẽ. Nã si ex lege he
reditas: iam nõ ex ꝓmissione.
Abrae aũt ꝑ repromissionem
donauit deus. Quid igit lex?
Propter trãsgressionẽ posita
est: donec veniret semẽ cui pro
miserat: ordinata per angelos
in manu mediatoris. Media-
tor aũt unius nõ est: deus aũt
unus est. Lex ergo aduersus ꝓ
missa dei? Absit. Si eñ data
esset lex q̃ posset viuificare: ve-
re ex lege esset iusticia. Sed cõ
clusit scriptura oĩa sub pecca
to: ut ꝓmissio ex fide iesu chri-
sti daret credẽtib⁹. Grad. Re
spice dñe in testamentũ tuũ: et ani-
mas pauperũ tuoꝝ ne obliuiscaris
in finem. ℣. Exurge domine et iu-
dica causam tuam: memor esto op
probrij seruoꝝ tuorum. Alla. ℣.
Uenite exultemus dño: iubilemus
deo salutari nostro. ℣. Preoccu-
pemus faciẽ eius in confessione: et
in psalmis iubilemus ei. Scdm Lucam. x.

IN illo tpe: Di-
xit iesus discipulis suis.
Beati oculi qui vidẽt que vos
videtis. Dico eñ vob: q̃ mul-
ti reges ꝛ ꝓphete voluerũt vide
re que vos videtis ꝛ non vide-
rũt: ꝛ audire que auditis: ꝛ nõ
audierũt. Et ecce quidã legisꝑ
ritus: surrexit temptans illũ ꝛ
dicens. Magister: quid facien
do vitã eternã possidebo? At il
le dixit ad eũ. In lege q̃d scri-
ptum est? Quõ legis? Ille re-
spondens dixit. Diliges dñm
deũ tuũ ex toto corde tuo et ex
tota aĩa tua et ex oĩbus virib⁹
tuis et ex oĩni mẽte tua: et ꝓxi-

mũ tuũ sicut teipm. Dixitqꝫ illi. Recte respondisti. Hoc fac et vives. Ille aũt volẽs iustificare seipm: dixit ad iesum. Et q̇s est meus ꝓximus? Suspiciens autẽ iesus dixit. Homo quidã descendebat ab hierusalem in hiericho: ⁊ incidit in latrones qui etiã despoliauerunt eum: ⁊ plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Accidit aũt ut sacerdos quidã descenderet eadẽ via: et viso illo p̃teriuit. Similiter ⁊ leuita: cũ esset secus locũ et videret eum: pertransijt. Samaritanus autẽ quidã iter faciens venit secus eũ: ⁊ videns eũ: misericordia motus est. Et appropiãs alligauit vulnera eius: infundẽs oleũ et vinũ: ⁊ imponẽs illũ in iumentũ suũ duxit in stabulũ: et curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario: et ait. Curã illius habe: et quodcunqꝫ supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horum triũ videt̃ tibi ꝓximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiã i illũ. Et ait illi iesus. Vade ⁊ tu fac similiter. Offer. In te speraui dñe: dixi tu es deus meus: i manibus tuis tpa mea. Secre. Offerim⁹ tibi dñe hostiã placatiõis ⁊ laudis: humiliter implorantes: ut placabili pietate respicias: et offerẽtiũ p̃ces clementi pietate exaudias. Per dñ. Cõio. Panẽ de celo dedisti nobis dñe habentẽ omne delectamentũ ⁊ oẽm saporẽ suauitatis. Cõpl. Purificent nos q̃s dñe hui⁹ participatio sancta mysterij: et pariter nob̃ expiationẽ tribuat ⁊ munimen. P dñ. Feria q̃rta. Ad Corinthios. ij. ca. v.

Frẽs: Scimus quoniã si terrestris domus nostra hui⁹ habitationis dissoluat̃: ꝙ edificationẽ ex deo habeam⁹ domũ nõ manufactã eternã in celis. Nã et in hoc ingemiscim⁹ habitationẽ nostrã q̄ de celo est superindui cupiẽtes: si tamen vestiti ⁊ nõ nudi inueniamur. Nã et q̇ sumus in hoc tabernaculo: ingemiscim⁹ grauati: eo ꝙ nolumus expoliari sed superuestiri: ut absorbeat̃ qḋ mortale est a vita. Qui aũt efficit nos i hoc ipm deus: qui dedit nobis pignus spũs. Audẽtes igit̃ semper ⁊ scientes: q̃m dũ sumus in hoc corpore: peregrinamur a dño. Per fidẽ em̃ ambulam⁹ ⁊ nõ p speciẽ. Audemus autẽ ⁊ bonã voluntatẽ habemus magis peregrinari a corpore ⁊ pre-

sentes esse ad dñm: et ideo cõ-
tendim⁹ siue absentes siue pre
sentes placere illi. Omnes eñ
nos manifestari oportet añ tri
bunal christi: ut referat unus-
quisqz ꝓpria corporis ꝓut gessit
siue bonum siue malũ. Scien-
tes ergo timorẽ dñi homini-
bus suademus: deo autẽ ma-
nifesti sumus. Spero autẽ ꝛ in
cõsciẽtijs vestris manifestos
nos esse. Per christũ dñm no
strum. Scdm Matheum. xij.

In illo tempore: Abeuntes
pharisei consiliũ faciebãt
aduersus iesum: quõ perderẽt
eum. Jesus autem sciens reces
sit inde: ꝛ secuti sunt eum mul
ti: et curauit eos oĩes. Et pre-
cepit eis ne manifestũ eum fa-
cerent: ut adimpleretur quod
dictum est per esaiam prophe-
tam dicentẽ. Ecce puer meus
quem elegi: dilectus meus: in
quo bene cõplacuit anime mee
Ponam spiritum meũ super
eum: et iudiciũ gentibus nun
tiabit. Nõ contendet neqz cla
mabit: neqz audiet aliquis in
plateis vocẽ eius. Arundinẽ
quassataz nõ cõfringet: ꝛ linũ
fumigãs nõ extinguet: donec
eijciat ad victoriã iudiciũ. Et
in nomine ei⁹ gẽtes sperabũt.

Feria sexta. ad Romanos. xv

Fratres: Certus sum et
ego ipse de vobis: quoniã
et ipsi pleni estis dilectione: re
pleti oĩ sciẽtia: ita ut possitis
alterutrũ monere. Audatius
aũt scripsi vobis ex parte: tanqʒ
in memoriã vos reducens: ꝓ-
pter gratiã que data est mihi a
deo: ut sim minister christi ie-
su in gẽtibus sanctificãs euan
geliũ dei: ut fiat oblatio gen-
tiũ accepta ꝛ sanctificata in spi
ritusancto. Habeo igit̃ gloriã
in christo iesu ad deũ. Nõ eñ
audeo aliquid loqui eoꝝ que
ꝑ me nõ efficit christus in obe-
dientiã gẽtibus verbo ꝛ factis
in virtute signoꝝ et ꝓdigiorũ
in virtute spũssancti. In chri-
sto iesu dño nr̃o. Scdm Lucã ca. xiij.

In illo tpe: Dum
iret iesus ꝑ ciuitates et ca-
stella docẽs: ꝛ iter faciẽs in hie-
rusalẽ. Ait aũt illi quidã. Dñe
si pauci sunt qui saluant̃? Ipse
aũt ait ad illos. Cõtendite in-
trare per angustã portã: quia
multi dico vobis querunt in-
trare: ꝛ nõ poterũt. Cũ autẽ in-
trauerit paterfamilias ꝛ clau-
serit ostiũ: incipietis foris sta-
re: ꝛ pulsare ad ostiũ dicentes
Dñe: aperi nob: ꝛ respõdẽs di
cet vobis. Nescio vos vnde si-
tis. Tũc incipietis dicere. Mã

ducauimus corã te ꝛ bibim⁹: ꝛ in plateis nr̃is docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Discedite a me oẽs operarij iniquitatis in ignẽ eternũ. Ibi erit flet⁹ et stridor dentiũ: cũ videritis abraã: ysaac et iacob: ꝛ oẽs ꝓphetas ĩ regno dei: vos aũt expelli foras. Et venient ab oriẽte ꝛ occidẽte et aq̃lone ꝛ austro: ꝛ accũbẽt in regno dei. Et ecce sunt nouissimi qui erãt ꝑmi: ꝛ sunt ꝑmi q̃ erãt nouissimi. ¶ Dñica decimaq̃rta

PRotector nr̃ aspice Intr. de⁹: et respice ĩ faciẽ christi tui: q̃a melior est dies una in atrijs tuis sup̱ milia. Ps̃. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ ꝯcupiscit et deficit aĩa mea in atria

OMñs sempiter Oro. dñi ne de⁹: da nob̃ fidei: spei ꝛ charitatis augmẽtũ: ꝛ ut mereamur asseq̃ qđ ꝓmittis: fac nos amare qđ p̃cipis. P. Ad

FRẽs: Spũ Gallathas. v. ritu ambulate: ꝛ desyderia carnis nõ ꝑficietis. Caro eñ concupiscit aduersus spiritum: spũs aũt aduersus carnẽ Hec eñ sibi inuicẽ aduersant̃: ut nõ quecunq; vultis illa faciatis. Qđ si spiritu ducemini nõ estis sub lege. Manifesta sunt autẽ opera carnis: q̃ sunt fornicatio: imũdicia: impudicitia: luxuria: auaricia: qđ est idoloꝝ seruitus: veneficia: inimicitie: cõtentiões: emulationes: ire: rixe: dissensiões: secte: inuidie: homicidia: ebrietates comessationes: ꝛ his similia: q̃ predico vobis sicut p̃dixi: qm̃ qui talia agũt: regnũ dei non cõsequẽtur. Fructus aũt spũs est charitas: gaudiũ: pax: patientia: longanimitas: bonitas benignitas: mãsuetudo: fides: modestia: ꝯtinentia: castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui aũt sunt christi carnẽ suã crucifixerũt cũ vitijs ꝛ ꝯcupiscẽtijs. Grad. Bonũ est ꝯfidere in dño q̃ ꝯfidere in hoĩe. V. Bonũ est sperare in dño quã sperare in principibus. All'a. V. Qm̃ deus magnus dñs ꝛ rex magn⁹ sup̱ oẽm terram. Scd̃m Lucã. xvij.

IN illo tpe: Dũ iret iesus in hierusalẽ: trãsibat p̱ mediã samariã ꝛ galileam. Et cũ ingrederet̃ quoddã castellũ: occurrerũt ei decem viri leprosi. Qui steterũt a longe: ꝛ leuauerũt vocẽ suã dicẽtes. Jesu p̃ceptor miserere nostri. Quos ut vidit dixit. Ite: ostendite vos sacerdotibus. Et factũ est dum irẽt: mũdati sunt. Un⁹ autẽ ex illis: ut vidit quia mũdat⁹ est:

regressus est cum magna voce
magnificãs deũ. Et cecidit in
faciẽ ante pedes ei⁹ grãs agẽs.
Et hic erat samaritan⁹. Respõ
dens aũt iesus dixit. Nõne de
cẽ mundati sunt? Et nouẽ ubi
sunt? Nõ est inuẽtus q̃ rediret
⁊ daret gloriã deo nisi hic alie
nigena. Et ait illi. Surge: ⁊ va
de: quia fides tua te saluũ fecit
Immittit angelus dñi in Offer.
circuitu timentiũ eum: ⁊ eripiet eos
gustate ⁊ videte qm̃ suauis est dñs.
Propiciare dñe populo Secr.
ꝓpiciare muneribus sacris: ut
hac oblatiõe placat⁹: indulgẽ
tiã nobis tribuas: ⁊ postulata
concedas. Per. Cõio. Panis
quẽ ego dedero caro mea est ꝓ secu
li vita. Cõpl. Sumptis dñe ce
lestibus sacramẽtis: ad redem
ptiõis eterne ꝓficiam⁹ augmẽ
tum. Per dñm. ¶ Feria quar
ta quatuor tẽpꝛũ Introitus.
Exultate deo adiutori no
stro: iubilate deo iacob: su
mite psalmũ iocundũ cũ
cythara: canite initio mensis tuba
quia preceptũ in israel est: ⁊ iudiciũ
deo iacob. Ps. Testimoniũ i io
seph posuit illud cum exiret de ter
ra egypti: linguam quã non noue
rat audiuit. Oremus flectamus
Misericor genua. Oro.
die tue remedijs quesu-
mus dñe fragilitas nostra sub
sistat: ut que sua cõditione at
terit: tua clemẽtia reparet. Per
dñm. Lectio Amos ꝓphete. ix.
Hec dicit dñs de⁹. Ecce di
es veniũt: et apprehẽdet
arator messorẽ: ⁊ calcator uue
mittentẽ semen. Et stillabunt
mõtes dulcedinẽ: ⁊ oẽs colles
culti erunt. Et conuertã capti
uitatẽ populi mei israel: et edi
ficabunt ciuitates desertas: et
habitabũt in eis. Et plãtabũt
vineas: ⁊ bibẽt vinũ eorũ: et fa
ciẽt hortos: ⁊ comedẽt fructus
eorũ. Et plãtabo eos sup humũ
suã: ⁊ non euellã eos ultra de
terra sua quam dedi eis: dicit
dñs omps. Grad. Propicius
esto dñe peccatis nostris: nequãdo
dicant gentes ubi est deus eorũ. V.
Adiuua nos deus salutaris noster
et ꝓpter honorẽ nõis tui dñe libera
Presta quesu Oro. nos.
mus dñe familie tue sup
plicanti: ut dũ ab actibus car
nalibus se abstinet: a vitijs in
mente ieiunet. Per. Lctõ lib.
In diebus Esdre. ij. ⁊ viij
illis. Cõgregat⁹ est omis
populus quasi vir un⁹ ad pla
team: que est ante portã aqua
rum. Et dixerũt esdre scribe ut
afferret librũ legis moysi quã
preceperat dñs israeli. Attulit

autē esdras sacerdos librū legis legēs corā multitudine virorū ac mulierū: cunctisqz qui poterant intelligere in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portam aquarū a mane usqz ad mediā diē in conspectu virorum ac mulierū ꝛ sapientiū Et aures oīs populi erāt erecte ad librū. Stetit aūt esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquendū: ꝛ steterūt leuite iuxta eum. Et aperuit esdras librū corā omni populo. Sup uniuersum quippe populum eminebat: et cū aperuisset eū: stetit oīs populus: ꝛ benedixit esdras domino deo magno. Et respondit oīs populus Amen. Et eleuans omnis populus man⁹ suas incuruati sunt. Et ecce adorauerūt verū deū in terra. Porro leuite silentiū faciebāt i populo ad audiendaz legē. Populus autē stabat i gradu suo. Et legerūt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendū. Dixit autē neemias: ipse est athersata: ꝛ esdras sacerdos et scriba: et leuite interpretātes uniuerso populo. Dies sanctificatus est dño deo nostro. Nolite lugere: et nolite flere. Flebat enī oīs populus cū audiret verba legis. Et dixit eis. Ite comedite pinguia: et bibite mulsum: et mittite partes eis q̄ nō preparauerūt sibi: quia sanct⁹ dies dñi est: ꝛ nolite cōtristari Gaudiū etenī dñi est fortitudo vestra. Grad. Quis sicut dominus de⁹ noster qui in altis habitat: ꝛ humilia respicit in celo ꝛ i terra. ℣. Suscitans a terra inopē: ꝛ de stercore erigēs pauperē. Scdm Marcū. ix.

In illo tpe. Respondēs unus de turba dixit ad iesum. Magister: attuli filium meū ad te habentē spiritū mutū: qui ubicūqz eū apprehenderit: allidit illū et spumat: ꝛ stridet dentib⁹: ꝛ arescit Et dixi discipulis tuis vt eijcerēt illū: ꝛ nō potuerūt. Qui respondens eis dixit. O generatio incredula q̄zdiu apud vos ero? Quādiu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerunt eum. Et cū vidisset eū: statim spiritus cōturbauit illū: et elisus in terrā volutabatur spumans. Et interrogauit patrē eius. Quantū tēporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eū ꝛ in ignē ꝛ in aquā misit: vt eū pderet. Sed si q̄d potes adiuua nos: miser⁹ nostri. Jesus

autē ait illi. Si potes credere: omīa possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamans pater pueri: cum lachrymis aiebat. Credo dñe: adiuua incredulitatē meā. Et cū videret iesus cōcurrentē turbā: cōminatꝰ est spiritui imūdo dicēs illi. Surde et mute spūs: ego p̄cipio tibi exi ab eo: ꝛ ampliꝰ ne introeas in eū. Et exclamans: ꝛ multū discerpēs eum exijt ab eo: ꝛ factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerēt quia mortuꝰ est. Jesus autē tenēs manū eius: eleuauit eū: ꝛ surrexit. Et cū introisset in domū: discipuli eius secreto interrogabāt eū. Quare nos nō potuimꝰ eijcere eū? Et dixit illis. Hoc genꝰ in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Offer. Meditabar in mādatis tuis que dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secre. Deus fidelis qui fidelia ꝑmisisti: confirmas dū vocatas gētes ex fide iustificas: tu cognitionem nobis indiuidue trinitatis tribue: vt pacifici cōuersemur inter filios vnitatis: quo istius sancte cōfessionis sacrificio potenter oblato: visitationē tuā iugiter mereamur ex alto. P do. Cōio. Comedite pinguia et bibite mulsum: ꝛ mittite partes eis qui nō p̄parauerūt sibi: sanctus enī dies dñi est: nolite ꝯtristari: gaudiū etenī dñi est fortitudo vestra. Cōp. Sumentes dñe celestia dona suppliciter deprecamur: vt q̄ seruitute sedula donāte te gerimus: dignis sensibus tuo munere capiamꝰ. Per. ¶ Feria sexta quatuor tempoꝝ Intro.

Letet̄ cor querentiū dñm: querite dñm ꝛ cōfortamini: querite faciē eius semp. Ps. Cōfitemini dño et inuocate nomē eiꝰ: annūciate inter gētes opera eius. Oro. Presta quesumꝰ omps deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolētes: ꝛ corpore tibi placeamus et mente. Per. Lectio Osee ꝓphete. ca. xiiij.

Hec dicit dñs deꝰ. Cōuertere israel ad dñm deum tuū: quoniā corruisti i iniquitate tua. Tollite vobiscū verba: ꝛ cōuertimini ad dñm: ꝛ dicite ei. Omnē aufer iniquitatē ꝛ accipe bonū: ꝛ reddemus vitulos labiorū nostroruz. Assur nō saluabit nos. Sup equos nō ascēdemus: nec dicemus vltra: dij nostri opera manuum nostraꝝ: q̄a eius q̄ in te est misereberis pupilli. Sanabo ꝯtritiones eorū: diligā eos spon-

tanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros. Israel germinabit sicut liliū: et erumpet radix eius ut lybani. Ibūt rami eius: et erit quasi oliua gloria ei⁹: et odor eius ut lybani. Conuertentur sedētes in umbra eius: uiuent tritico. Et germinabūt quasi uinea: memoriale eius sicut uinū lybani. Ego exaudiā ꝛ dirigam eū ut abietem uirentē: ex me fructus eius inuētus est. Quis sapiēs ꝛ intelliget ista: intelligens: et sciet hec? Quia recte uie domini: ꝛ iusti ambulabunt in eis. Grad. Conuertere dn̄e aliquantulū: et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis: a generatiōe ꝛ progenie. Scd̄m Lucam. ca. vij.

In illo tēpore. Rogabat iesum quidaz phariseus: ut manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit ꝙ accubuit in domo pharisei: attulit alabastrū ungēti: et stās retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes ei⁹: ꝛ capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius: et ungento ungebat. Videns autē phariseus qui uocauerat euz: ait intra se dicēs. Hic si esset ꝓpheta: sciret utiqz que ꝛ qualis est mulier que tangit eū: quia peccatrix est. Et respōdēs iesus dixit ad illū. Simon: habeo tibi aliqͣd dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondens iesus dixit. Duo debitores erāt cuidaz feneratori: unus debebat denarios quingētos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderēt: donauit utrisqz. Quis ergo eū plus diligit? Et respondens simon dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierē: dixit simoni. Vides hāc mulierem? Intraui in domū tuam: aquā pedibus meis nō dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: ꝛ capillis suis tersit. Osculū mihi nō dedisti: hec autē ex quo intrauit: nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non unxisti: hec aūt ungēto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittunt͛ ei peccata multa: qm̄ dilexit multū. Cui aūt minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebāt dicere intra se. Quis est hic qui

etiã peccata dimittit. Dixit au
tẽ ad mulierẽ. Fides tua te sal
uã fecit. Uade in pace. Offer.
Benedic aĩa mea dño: et noli obli-
uisci oẽs retributiones eius: ⁊ reno
uabit̃ sicut aq̄le iuuẽtꝰ tua. Secre.
Accepta tibi sint dñe q̃s no
stri dona ieiunij: que ⁊ expian-
do nos gratia tua dignos effi-
ciant: ⁊ ad sempiterna ꝓmissa
perducãt. Per. Cõio. Aufer a
me opprobriũ et cõtemptũ: q̄a mã-
data tua exquisiui domine: nam et
testimonia tua meditatio mea est.
Cõpl. Quesumꝰ om̄ps deꝰ: ut
de ꝑceptis muneribꝰ grãs ex-
hibẽtes: pietatis tue beneficia
potiora sumamꝰ. P. ¶ Sab-
bato quatuor tempoꝝ Intro.
Uenite adoremꝰ deũ: et ꝓci-
damꝰ ante dñm: ploremꝰ
ante eũ q̄ fecit nos: q̄a ipse
est dñs deus noster. Ps. Preoc
cupemus faciẽ eius ĩ cõfessiõe: et in
psalmis iubilemꝰ ei. Oremus fle-
ctamꝰ genua.
Om̄ps sem-
piterne deus: qui ꝑ cõti-
nentiã salutarẽ ⁊ corporibꝰ me
deris ⁊ mẽtibꝰ: maiestatẽ tuã
supplices exoramus: ut pia ie-
iunantiũ deprecatione placa-
tus: et p̄sentia nobis subsidia
prebeas ⁊ futura. Per. Lctõ li-
bri Leuitici. xxiij.
In die-
bus illis: Locutus est do-
minus ad moysen dicens. De
cimo die mensis huius septi-
mi dies expiationũ erit cele-
berrimus: et vocabit̃ sanctus.
Affligetisqꝫ aĩas vestras in
eo: et offeretis holocaustũ do-
mino. Omne opus seruile nõ
facietis in tempore diei huius
quia dies propiciationis est:
ut ꝓpicietur vobis dominus
deus vester. Omnis aĩa que
non fuerit afflicta die hoc: pe-
ribit de populis suis. Et que
operis quippiã fecerit: delebo
eam de populo suo. Nihil er-
go operis facietis in eo. Legi-
timũ sempiternũ erit in cun-
ctis generationibus et habita
tionibus vestris. Sabbatũ di
es requietionis est. Affligetis
aĩas vestras die nona mẽsis
A vespera usqꝫ ad vesperã ce-
lebrabitis sabbata vestra. Di
cit dñs omnipotens. Grad.
Propiciꝰ esto domine peccatis no
stris: nequando dicant gentes: ubi
est deus eorum. ℣. Adiuua nos
deus salutaris noster: ⁊ propter ho
norem nominis tui domine libera
nos. Oremus flectamꝰ genua.
Da quesumus om̄ipotẽs
deꝰ: ut ieiunãdo tua grã
satiemur: et abstinẽdo cunctis
efficiamur hostibus fortiores
Per dñm. Lctõ lib. Leuitici. xxiij.

In dieb⁹ illis: Locutus est dñs ad moysen dicens. A q̄ndecima die mensis septimi qñ cōgregaueritis oēs fructus terre vr̄e: celebrabitis ferias dñi septē dieb⁹. Die p̄mo ⁊ die octauo erit sabbatū: id est req̄es. Sumetisqȝ vobis die p̄mo fructus arboris pulcherrime: spatulasqȝ palmarū ramos ligni densaꝝ frōdiū: ⁊ salices de torrente: ⁊ letamini corā dño deo vr̄o. Celebrabitisqȝ solennitatē eius septē dieb⁹ ꝑ annū Legittimū sempiternū erit vobis ī cūctis generatiōib⁹ vr̄is: mense septimo festa celebrabitis: ⁊ habitabitis in umbraculis septē dieb⁹. Oīs q̄ est de genere israel manebit ī tabernaculis: ut discāt posteri vestri q̄ in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cuȝ educerem eos de terra egypti. Ego dñs deus vester. Grad. Protector noster aspice deus: ⁊ respice sup̄ seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutū exaudi p̄ces seruoꝝ tuoꝝ. Oremus flectam⁹ genua.

Tribue qs̄ dñe fidelib⁹ tuis: vt ieiunia cōueniēter aptentur: ⁊ suscepta solenniter castigatio corporalis: ad fructū nostrarū transeat animarū. Per dñm. Lectio Michee ꝑphete. ca. vij.

Domine de⁹ noster. Pasce populū tuum in virga tua gregē hereditatis habitātes terrā in saltu iuxta dies antiquos. Uidebunt gētes et confundentur sup̄ omni fortitudine sua. Quoniā quis deus similis tui: qui aufers iniq̄tatem: et transfers peccatū reliquiarū hereditatis tue. Non immittet vltra furoreȝ suum: quoniā volens misericordiā est: reuertetur: ⁊ miserebit̄ nostri. Deponet iniquitates nostras: et proijciet in profundū maris oīa peccata nostra. Dabisqȝ veritatē iacob: misericordiam abraā: que iurasti patribus nostris a dieb⁹ antiquis. Domine deus noster. Grad. Ad dñm cū tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe libera aīam meā a labijs iniquis et a lingua dolosa. Oremus flectam⁹ genua.

Tuere quesumus domine familiam tuam: vt salutis eterne remedia que te inspirante requirimus te largiente consequamur. Per dn̄. Lectio Zacharie ꝑphete. ca. viij.

In diebus illis. Factū est verbum domini ad me dicēs. Hec dicit domin⁹ deus exercituū. Sicut cogitaui vt affligerem vos cuȝ me prouocassent

patres vestri ad iracundiā: et
nō sum misertus. Sic ꝯuersus
cogitaui dieb⁹ istis vt benefa-
ciam hierusalē et domui iuda.
Nolite timere. Hec sunt ergo
verba q̄ facietis. Loq̄mini ve-
ritatem vnusquisq; cū ꝓximo
suo: veritatē ꝛ iudiciū pacis iu
dicate in portis vr̄is. Et vnus-
quisq; malū nō cogitet cōtra
amicū suū in corde suo. Et iu-
ramentū mēdax nō diligatis.
Omnia eīn hec sunt que odi di-
cit dn̄s. Et factū est verbū dn̄i
exercituū ad me dicēs. Hec di-
cit dn̄s exercituū. Ieiuniū pri
mi: ꝛ ieiuniū quarti: ꝛ ieiuniū
septimi: et ieiuniū decimi: erit
domui iude in gaudiū ꝛ leticiā
ꝛ in solēnitates p̄claras. Veri
tatē tm̄ et pacē diligite. Dicit
dn̄s omīpotēs. Grad. Dirigat
oratio mea sicut incēsum in cōspe-
ctu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū
mearum sacrificium vespertinum.
Oremus. Flectamus genua.
Ut nobis dn̄e tribuis so-
lenne tibi deferre ieiuni
um: sic nobis indulgētie que-
sumus presta subsidiū. Per.
Prophetia. Angelus dn̄i de-
scendit. Hymnus. Bn̄dict⁹ es.
Dn̄s vobiscum. Orō. Deus q̄
tribus pueris. Req̄re oīa i ad-
uētu dn̄i. Ad Hebreos ca. ix.

Fratres: Tabernaculum
eīn factum est primū: in
quo erāt cādelabra: ꝛ mēsa: et
ꝓpositio panū: quod dicit̄ san
cta. Post velamen autē secun
dū tabernaculū: quod dicitur
sancta sanctoꝝ. Aureū habens
thuribulū: et archam testamē-
ti circumtectā ex omī parte au
ro: in qua vrna aurea habens
māna: ꝛ virga aaron que frō-
duerat: et tabule testamēti: su-
per q̄ erant cherubin glorie ob
umbrātia ꝓpiciatoriū: de qui-
bus nō est modo dicendū per
singula. His vero ita compo-
sitis: in priori quidē taberna-
culo semper introibāt sacerdo-
tes sacrificiorū officia cōsum-
mantes: in secūdo autē semel
in anno solus pontifex nō si-
ne sanguine: quem offerret ꝓ
sua et populi ignorātia: hoc si
gnificante spiritusancto: non
dum propalatā esse sanctorū
viam adhuc priore tabernacu
lo habente statū. Que parabo-
la est temporis instātis: iuxta
quam munera et hostie offerū
tur: que nō possunt iuxta cōsci
entiā perfectū facere seruientē
solūmodo in cibis ꝛ in potib⁹ ꝛ
in varijs baptismatib⁹ ꝛ iusti-
cijs carnis: vsq; ad tēpus cor-
rectionis impositis. Christus

autem assistens pontifex futu-
rorum bonorũ: peramplius ꝛ p-
fectius tabernaculũ nõ manu-
factũ: id est nõ huius creatõis
neqȝ per sanguinẽ hircorum aut
vitulorum: sed per ꝓpriũ sangui-
nem introiuit semel in sancta
eterna redemptione inuenta.
Laudate dñm omnes gẽ- Grad.
tes: ꝛ collaudate eũ omnes populi.
V. Quoniam confirmata est super
nos misericordia eius: ꝛ veritas do
mini manet in eternũ. Scdm Lu
In illo tpe: Di- cã. ca. xiij.
cebat iesus turbis simili-
tudinẽ hãc. Arborem fici habe-
bat quidã plantataȝ in vinea
sua: ꝛ venit querẽs fructũ in il
la: et nõ inuenit. Dixit aũt ad
cultorẽ vinee. Ecce anni tres
sunt exquo venio querẽs fru-
ctũ in ficulnea hac: et nõ inue-
nio. Succide ergo illã. Ut qd
etiã terram occupat? At ille re-
spondẽs dixit illi. Dñe: dimit-
te illã et hoc anno: vsqȝ dũ fo-
diã circa illã ꝛ mittã stercora.
Et si quidẽ fecerit fructũ: sin-
aũt in futurum succidas eã. Erat
aũt docẽs i synagoga eorum sab-
batis. Et ecce mulier q̃ habebat
spiritũ infirmitatis annis de-
cẽ et octo: et erat inclinata: nec
oĩno poterat sursum respice
re. Quã cum videret iesus: vo
cauit eã ad se: ꝛ ait illi. Mulier
dimissa es ab infirmitate tua.
Et imposuit illi manus: ꝛ con
festim erecta est: ꝛ glorificabat
deũ. Respondẽs autẽ archisy-
nagogus: indignãs q̃a curas
set iesus sabbato: dicebat tur-
be. Sex dies sunt i quibꝰ opor
tet operari. In his ergo venite
ꝛ curamini: et nõ in die sabba
ti. Respondẽs aũt ad illũ dñs
dixit. Hypocrite: vnusquisqȝ
vestrum sabbato nõ soluit bo
uem suum aut asinũ a p̃sepio:
et ducit adaquare. Hãc aũt fi-
liã abrae quã alligauit satha
nas ecce decẽ et octo annis: nõ
oportuit solui a vinculo isto
die sabbati. Et cum hec diceret
erubescebant omnes aduersa-
rij eius: ꝛ omnis populus gau
debat in vniuersis que glorio
se fiebant ab eo. Offer. Domi
ne deus salutis mee: in die clamaui
ꝛ nocte corã te: intret oratio mea in
cõspectu tuo dñe. Secre. Cõcede
q̃s omp̃s deus: ut oculis tue
maiestatis munꝰ oblatũ: ꝛ gra
tiã nobis deuotionis obtine-
at: et effectum nobis perhen-
nitatis acquirat. Per. Cõio.
Mense septimo celebrabitis cum
in tabernaculis habitare fecerim fi
lios israel: cum educerẽ eos de ter-
ra egypti: ego dominꝰ deus vester.

Perficiāt ī nobis dñe Cōpl'. qs̄ tua sacramēta qd̄ cōtinēt vt q̄ nūc spē gerimus: rerū veritate capiam⁹. P. Dñica decimaq̄nta Introitus.

Inclina dñe aurem tuā ad me et exaudi me: saluū fac seruū tuū deus me⁹ sperantē ī te: miserere mihi dñe: qm̄ ad te clamaui tota die. Ps̄. Letifica aīam serui tui: qm̄ ad te dñe aīam meā leuaui.

Custodi qs̄ dñe ecclesiā tuā ppiciatiōe ppetua: ꝛ q̄a sine te labit̄ humana mortalitas: tuis semper auxilijs ꝛ abstrahat̄ a noxijs: ꝛ ad salutaria dirigat̄. P. Ad Galathas. vj.

Frēs: Si spū viuim⁹: spiritu et ambulemus. Nō efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē puocantes: inuicē inuidētes. Fratres et si pōccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ spiritales estis: huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerās teipm̄: ne ꝛ tu tēpteris. Alter alterius onera portate: ꝛ sic adimplebitis legē christi. Nā si q̄s existimat se aliq̄d esse cū nihil sit: ipē se seducit. Op⁹ aūt suū pbet vnusquisq3: ꝛ sic in semetipso tm̄ gloriā habebit: et nō in altero. Unusquisq3 em̄ onus suū portabit. Cōmunicet aūt is qui cathezizat̄ verbo ei qui se cathezizat in omib⁹ bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Que em̄ seminauerit homo: hec ꝛ metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionē. Qui autē seminat ī spiritu: de spū ꝛ metet vitā eternā. Bonū aūt faciētes nō deficiam⁹: tpe em̄ suo metemus nō deficiētes Ergo dū tēpus habemus operemur bonū ad oēs. Maxime aūt ad domesticos fidei. Grad.

Bonū est confiteri domino: ꝛ psallere nomini tuo altissime. V. Ad annunciandū mane misericordiā tuā: et veritatē tuā p noctē. Alla. V. Dñe exaudi orationē meam: et clamor meus ad te veniat. Scdm̄ Matheū. ca. vj.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut em̄ vnū odio habebit: ꝛ alterū diliget: aut vnū sustinebit: et alterum contemnet. Non potestis deo seruire ꝛ māmone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis: neq3 corpori vestro quid induamini. Nōne aīa plus est q̄3 esca: ꝛ corpus plus q̄3 vestimentū: Respicite volatilia celi: quoniam nō serunt neq3 metunt:

neqꝫ cõgregãt in horrea: ⁊ pater vr̃ celestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis aũt vestꝛ̃ cogitãs potest adijcere ad staturã suã cubitũ vnũ? Et de vestimẽto qͥd solliciti estis? Cõsyderate lilia agri quõ crescũt: nõ laborant neqꝫ nent. Dico aũt vobis: qm̃ nec salomon i oĩ gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Si aũt fenũ agri quod hodie est ⁊ cras in clibanũ mittit deus sic vestit: quãto magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: qͥd mãducabim⁹: aut qͥd bibem⁹: aut quo operiemur? Hec eñ oĩa gẽtes inqͥrũt Scit eñ pr̃ vester celestis quia his oĩb⁹ indigetis. Querite ergo ꝑmũ regnũ dei ⁊ iusticiã eius: ⁊ hec oĩa adijcient vobis E xpectãs expectaui dñm Offer. ⁊ respexit me: ⁊ exaudiuit depcatiõnẽ meã: et imisit in os meũ canticũ nouũ hymnũ deo nostro. Secre. H ostiã sacrificij salutaris tibi dñe deferẽtes petim⁹: vt eius virtute nos et a peccatis emundes: et tua sctificatiõe dignos efficias. P. Cõio. Q ui mãducat meã carnẽ ⁊ biberit meũ sanguinẽ: i me manet et ego i eo dicit dñs. P urificẽt semp ⁊ muni Cõpl. ant sacramẽta tua nos deus: ⁊ ad ꝑpetue ꝑducãt saluatiõis effectũ. Per. Feria qrta. Ad Colossenses. j.

F rẽs: Grãs agamus deo: qͥ dignos nos fecit i partẽ sortis sanctoꝝ in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebraꝝ: et trãstulit in regnũ filij dilectõis sue. In quo habem⁹ redemptionẽ et remissionẽ pctõrũ. Qui est imago dei inuisibilis ꝑmogenit⁹ oĩs creature: qm̃ i ipo sunt cõdita vniuersa in celis ⁊ i terra: visibilia et inuisibilia. Siue throni siue dñatiões siue ꝑnci patus siue potestates. Oĩa ꝑ ipm̃ ⁊ i ipo creata sunt. Et ipse est ante oẽs: ⁊ oĩa in ipo ꝯstãt. Et ipe est caput corpis ecclesie qui est ꝑncipiũ: ꝑmogenit⁹ ex mortuis: vt sit ipse in oĩbus ꝑncipatũ tenẽs. Jesus christ⁹ dñs noster. Scdꝫ Matheũ. v.

I N illo tpe. Di. ie. dis. su. Audistis qͥa dictũ est antiquis: nõ piurabis: reddes aũt dño iuramẽta tua. Ego aũt dico vob̃ nõ iurare oĩno: neqꝫ ꝑ celũ: qͥa thron⁹ dei est: neqꝫ ꝑ terrã: qͥa scabellũ est pedũ eius: neqꝫ ꝑ hierosolymã: quia ciuitas est magni regis. Neqꝫ ꝑ caput tuũ iurauerís: quia nõ potes vnuꝫ capillũ album facere aut nigꝛ̃. Sit aũt sermo vester

est est: nõ nõ: qđ aũt his abundãti⁹ est: a malo est. Audistis q̃a dictũ est: oculũ ꝓ oculo: dentẽ ꝓ dente. Ego aũt dico vob: nõ resistere malo: sed si q̃s te ꝑcusserit ĩ dexterã maxillã: p̃be illi ꝛ alterã: ꝛ ei q̃ vult tecũ ĩ iudicio ꝯtẽdere: ꝛ tunicã tuã tollere: dimitte ei et pallium. Et quicunqꝫ angariauerit te mille passus: vade cuꝫ illo et alia duo. Qui autẽ petit a te da ei: ꝛ volenti mutuare a te: ne auertaris. Feria sexta. Ad Gallathas. iiij.

FRatres: Scitis quia per infirmitatẽ carnis euangelizaui vobis iã pridẽ: ꝛ temptationẽ vestrã in carne mea nõ spreuistis neqꝫ respuistis: sed sicut angelũ dei accepistis me: sic christũ iesum Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimoniũ eñ phibeo vobis quia si fieri posset: oculos vestros eruissetis: ꝛ dedissetis mihi. Ergo inimic⁹ vobis factus sum: verũ dicẽs vobis? Emulant̄ vos nõ bene: sed excludere vos volunt: vt illos emulemini. Bonũ autẽ emulamini in domino semꝑ. In christo iesu domino nostro. Euangeliũ Factũ est in vna dierũ. Require feria sexta post Pẽthecostes

¶ Dñica decimasexta Intro.

MIserere mihi dñe qm̃ ad te clamaui tota die: tu dñe suauis ac mitis es ꝛ copiosus ĩ misc̃dia oĩbus inuocãtibus te. Ps̃. Inclina dñe aurẽ tuã et exaudi me: qm̃ inops ꝛ pauꝑ suꝫ

ECclesiã tuã dñe. Orõ. ego. domine miseratio ꝯtinuata mũdet ꝛ muniat: ꝛ q̃a sine te nõ põt salua ꝯsistere tuo semꝑ munere gubernetur. Per. Ad Ephesios. iij.

FRẽs: Obsecro vos ne deficiatis in tribulatiõibus meis ꝓ vobis: que est gloria vestra. Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nostri iesu christi: ex quo oĩs paternitas ĩ celo et in terra nominatur: vt det vobis ẜm diuitias glorie sue virtutẽ corroborari ꝑ spiritũ eius ĩ interiori hoĩe christũ habitare ꝑ fidẽ in cordib⁹ vestris: in charitate radicati ꝛ fundati: vt possitis cõprehẽdere cũ oĩb⁹ sanctis q̃ sit latitudo ꝛ longitudo ꝛ sublimitas ꝛ ꝓfundum. Scire etiã supeminentẽ sciẽtie charitatẽ christi: vt impleamini in oẽm plenitudinẽ dei. Ei aũt q̃ potẽs est oĩa facere supabũdãter q̃ꝫ petim⁹ aut intelligimus ẜm virtutẽ que operat̄ ĩ nobis ipsi gloria ĩ ecclesia et ĩ christo iesu in oẽs generatiões seculi

seculorum amen. Grad. Timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam. V. Quoniam edificauit dominus sion: et videbitur in maiestate sua. Alleluia. V. Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea. Secundum

In illo tempore Lucam. vij. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naym: et ibant cum eo discipuli eius et turba copiosa Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus: misericordia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait. Adolescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: et cepit loqui: et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem suam. Offer. Domine in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. Secre. Tua nos domine sacramenta custodiant: et contra diabolicos tueantur incursus. Per. Cõio. Domine memorabor iusticie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea: et vsque in senectam et senium ne derelinquas me. Mentes nostras et Cõplen. corpora possideat quesumus domine doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis: sed eius iugiter preueniat effectus. Per dominum. Feria quarta. Ad Colossenses. ij.

Fratres: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam: secundum traditionem hominum: secundum elementa mundi: et non secundum christum. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis. In quo et circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circumcisione christi consepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et preputio carnis vestre: conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta. In christo iesu domino nostro.

In illo Secundum Marcum. viij tempore: Venit iesus bethsaida: et adducunt ei cecum: et rogabant eum vt illum tangeret. Et

apprehensa manu ceci eduxit
eū extra vicū: et expuēs in ocu
los ei⁹ impositis manib⁹ suis:
interrogauit eū si q̄d videret.
Et aspiciens ait. Video hoīes
velut arbores ambulātes. De
inde iterū iposuit man⁹ sup ocu
los ei⁹: ⁊ cepit videre: ⁊ restitu
tus est: ita ut clare videret oīa
Et misit illū in domū suam di
cēs. Vade ī domū tuā: ⁊ si in vi
cū introieris: nemini dixeris.

Feria. vj. Ad Colossenses. ij.

Fratres. Volo vos scire
qualē sollicitudinē habe
am p vobis: ⁊ p his q̄ sunt lao
dicie: et q̄cūq; nō viderūt faciē
meā in carne: ut cōsolent cor
da ipsoꝝ instructi in charitate
et in omnes diuitias plenitu
dinis intellectus: in agnitiōe
mysterij dei patris christi iesu
in quo sunt oēs thesauri sapiē
tie et sciētie abscōditi. Hoc aūt
dico: ut nemo vos decipiat in
sublimitate sermonū. Nam ⁊
si corpore absens sum: sed spiri
tu vobiscū sum gaudens ⁊ vi
dens ordinē vr̄m: et firmamē
tū eius q̄ ī christo est fidei vr̄e.
Sic ergo accepistis iesum chri
stum dn̄m nostrū: in ipso am
bulate: radicati ⁊ supedificati
in ipso: et confirmati in fide si
cut ⁊ didicistis: abundātes ī il
lo in gratiarumactiōe. Scdm

In illo tēpe: Marcū. vij.
Surgens iesus abijt in fi
nes tyri ⁊ sydonis: ⁊ ingressus
domū neminem voluit scire: ⁊
nō potuit latere. Mulier eñ sta
tim ut audiuit de eo cui⁹ filia
habebat spm̄ immundū intra
uit: et pcidit ad pedes ei⁹. Erat
eñ mulier gētilis: syrophenis
sa genere. Et rogabat eū ut de
moniū eijceret de filia ei⁹. Qui
dixit illi. Sine pri⁹ saturari fi
lios. Nō est eñ bonū sumere
panē filioꝝ: et mittere canib⁹.
At illa rn̄dit ⁊ dixit illi. Vtiq;
dn̄e. Nā ⁊ catelli comedūt sub
mēsa de micis puerorū. Et ait
illi. Propter hūc sermonē va
de: exijt demoniū de filia tua.
Et cum abijsset domū: inuenit
puellam iacentē supra lectū: ⁊
demonium exiuisse. ¶ Dn̄ica xvij. Intr.

Iustus es domine: et rectum iudicium
tuū: fac cū seruo tuo scdm
misericordiam tuam. Ps. Beati
immaculati in via: qui ambulāt in
lege dn̄i.

Oro. Tua nos domine qs̄ gratia semp
pueniat ⁊ sequat: ac bonis ope
ribus iugiter prestet esse inten
tos. Per.

Ad Ephesios. iiij.

Fres: Obsecro vos ego
vinctus in dn̄o: ut digne

ambuletis vocatiõe qua vocati estis cũ omni humilitate ⁊ mãsuetudine: cũ patiẽtia: supportantes inuicẽ in charitate: solliciti seruare vnitatẽ spirit⁹ in vinculo pacis. Unũ corpus: vn⁹ spũs: sicut vocati estis in vna spe vocatiõis vestre. Un⁹ dñs: vna fides: vnũ baptisma Unus deus et pater omniũ: q̃ sup omes ⁊ p oĩa ⁊ in omib⁹ nobis. Qui est bñdictus in secula seculorum Amen. Grad. Beata gens cuius est dñs deus eorũ: popul⁹ quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius oĩs virtus eorũ. All'a. ℣. In exitu israel de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro. ℣. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.

Scdm Lucam. cap. xiiij.

In illo tẽpore: Cũ intraret iesus in domũ cuiusdam principis phariseorũ sabbato mãducare panem: et ipsi obseruabant euz. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illũ. Et respondens iesus dixit ad legisperitos et phariseos dicẽs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eũ ac dimisit. At respondens ad illos dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos in puteum cadet: et nõ continuo extrahet illũ die sabbati? Et nõ poterant ad hec respondere illi. Dicebat autẽ ⁊ ad inuitatos parabolã: intendens quomodo primos accubit⁹ eligerent: dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias: nõ discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te et illũ vocauit: dicat tibi. Da huic locũ. Et tunc incipias cũ rubore nouissimũ locũ tenere Sed cũ vocatus fueris ad nuptias: vade recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice ascẽde superius. Tũc erit tibi gloria corã simul discumbẽtibus Quia omnis qui se exaltat humiliabit: et qui se humiliat exaltabit. Offer. Oraui deũ meũ ego daniel dicens: exaudi dñe vocẽ serui tui: illumina faciem tuã super sanctuariũ tuũ: et ꝓpicius intende populũ istũ: super quẽ inuocatũ est nomẽ tuũ deus. Secre. Munda nos dñe sacrificij p̃sentis effectu: ⁊ ꝑfice miseratus in nobis vt eius mereamur esse participes. Per. Cõio. Uouete et reddite dño deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera: terribili et ei qui aufert spiritum princi-

pum: terribili apud oēs reges terre

P urifica dn̄e q̄s mē- Cōpl. tes nostras: ꝛ renoua celestib⁹ sacramētis: ut cōsequēter aniāꝝ ꝛ corpoꝝ p̄sens pariter et futurū capiam⁹ auxiliū. Per.

Feria quarta. Ad Corinthi- os. ij. ca. vj.

FRatres: Nolite iugū ducere cū infidelib⁹. Que em̄ participatio iusticie cū iniq̄tate: aut que societas luci ad tenebras? Que aūt conuētio christi ad belial? Aut que ps fideli cū infideli? Quis autē cōsensus tēplo dei cū idolis? Vos em̄ estis templuꝫ dei viui: sicut dicit dn̄s: qm̄ habitabo in illis: ꝛ ambulabo inter eos: ꝛ ero illoꝝ deus: ꝛ ipi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eoꝝ: et sepamini dicit dn̄s: ꝛ imundū ne tetigeritis: ꝛ ego recipiā vos: ꝛ ero vobis in patrem: et vos eritis mihi i filios ꝛ filias: dicit dn̄s omīpotēs. Has igiẜ ꝓmissiones habentes fratres charissimi: mūdemus nos ab omī inquinamento carnis ꝛ spiritus ꝑficientes sanctificationē in timore dei. In christo iesu dn̄o nostro. Scd̄m Marcū. ca. xi.

IN illo tpe. Cū intrasset iesus hierusalē in templū: ꝛ circūspectis omībus cū iam vespera esset hora: exijt in bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exiret a bethania: esurijt. Cūq̄ꝫ vidisset a longe ficū habentem folia: venit si quid forte inueniret in ea. Et cū venisset ad eā: nihil inuenit preter folia. Nō em̄ erat tempus ficorū. Et respōdens dixit ei. Iam nō amplius in eternū ex te quisq̄ꝫ fructū manducet. Et audiebant discipuli eius: ꝛ veniunt iteruꝫ hierosolymā. Et cum introisset in templū: cepit eijcere vendentes et emētes in templo: ꝛ mensas nūmulariorū: et cathedras vendentiū columbas euertit. Et nō sinebat ut quisq̄ꝫ trāsferret vas ꝑ templū: et docebat eos dicēs. Nōne scriptū est: quia domus mea domus orationis vocabiẜ cūctis gentibus? Vos autē fecistis eā speluncā latronū. Quo audito: principes sacerdotum et scribe querebant quomodo eū perderēt. Timebant em̄ eū quoniā vniuersa turba admirabaẜ sup doctrina eius. Et cū vespera facta esset: egrediebaẜ de ciuitate. Et cū mane transirent: viderunt ficū aridam factam a radicibus. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi: ecce ficus cui maledixisti aruit. Et

respondēs iesus ait illis. Habe te fidē dei. Amen dico vobis: quia quicūqȝ dixerit huic mōti: tollere et mittere in mare: et nō hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcūqȝ dixe rit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: oīa quecūqȝ orātes pti tis: credite q̄a accipietis: et eue nient vobis. Et cū stabitis ad orandū: dimittite si quid habe tis aduersus aliquē: vt ꝛ pater vester q̄ in celis est dimittat vo bis peccata vestra. Feria sexta

Ad Corinthios. j. c. viij.

Frēs: Scim⁹ qm̄ oēs sciētiā habem⁹. Sciētia aūt inflat: charitas vero edificat. Si q̄s autē se existimat scire aliquid: nōduȝ cognouit quēadmodū oporteat eū scire. Si q̄s aūt diligit deū: hic cognit⁹ est ab eo. De escis aūt q̄ idolis imolanꝫ scimus quia nihil est idolū in mūdo: ꝛ q̄ nullus de⁹ nisi vn⁹ Nā et si sunt qui dicanꝫ dij siue in celo siue in terra: siquidē sunt dij multi ꝛ dn̄i multi: nobis tamen vnus deus pater ex quo oīa et nos in illo. In chri sto iesu domino nostro. Scd̄m Marcū. j.

In illo tempore

Venit ad iesum leprosus deprecās eū: ꝛ genuflexo dixit Si vis potes me mundare. Jesus autē misertus eius: extendit manum suā: ꝛ tangens eū ait illi. Volo. Mūdare. Et cū dixisset: statim discessit ab eo lepra: et mundatus est. Et cōminatus est ei: statimqȝ eiecit illum: et dicit ei. Vide nemini dixeris: sed vade ostēde te p̄ncipi sacerdotū: ꝛ offer p emundatione tua: que p̄cepit moyses i testimoniū illis. Et egressus cepit p̄dicare et diffamare sermonē: ita vt iā nō posset ma nifeste introire in ciuitatem: sed foris in desertis locis esse: et cōueniebant ad eū vndiqȝ.

¶ Dñica decimaoctaua Intr.

Da pacē domine sustinentibus te: vt prophete tui fi deles inueniantꝫ: exaudi p̄ces serui tui et plebis tue isrl'. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domū dn̄i ibimus. Oro.

Da quesumus domine po pulo tuo diabolica vitare contagia: et te solū deū pura mente sectari. Per do. Ad Corinthios. j. c. j.

Frēs: Grās ago deo meo semper p vobis in gratia dei q̄ da ta est vobis in christo iesu: q̄a in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo ꝛ in oīmi scientia: sicut testimoniū christi cōfirmatū est i vobis: ita vt

nihil vobis desit i ulla gratia
expectātibus reuelationē dñi
nři iesu christi: q̄ et cōfirmabit
vos vsq; i finē sine crimine in
die aduētꝰ dñi nostri iesu chri-
sti. Grad. Letatus sū i his que
dicta sunt mihi: in domū dñi ibimꝰ
℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abun
dantia in turribus tuis. Alla. ℣.
Dilexi quoniā exaudiuit dñs vocē
meā. Scdm Matheum. c. xxij.

IN illo tēpe: Accesserūt ad
iesū pharisei. Et interro-
gauit eū unꝰ ex eis legisdoctor
tēptās eū. Magister qđ est mā
datū magnū in lege. Ait illi ie
sus. Diliges dñm deū tuū ex
toto corde tuo: ⁊ i tota aīa tua
⁊ in tota mēte tua. Hoc est ma-
ximū et primū mandatū. Se-
cundū autē simile est huic. Di
liges ꝓximū tuū sicut teipsum
In his duobus mādatis uni-
uersa lex pēdet ⁊ ꝓphete. Cōgre
gatis aūt phariseis: interroga
uit eos iesus dicēs. Quid vob
videt̃ de christo cuiꝰ filiꝰ est? Di
cūt ei. Dauid. Ait illis. Quō
ergo dauid in spiritu vocat eū
dñm dicēs. Dixit dñs domino
meo: sede a dextris meis. Do-
nec ponā inimicos tuos scabel
lum pedū tuorum. Si ergo da
uid vocat eū dñm: quō filius
eius est? Et nemo poterat ei re-
spōdere verbū: neq; ausus fu-
it quisq; ex illa die eum ampli
us interrogare. Offer. Sancti
ficauit moyses altare dño: offerēs
sup illud holocausta ⁊ immolās vi
ctimas: fecit sacrificiū vespertinū in
odorē suauitatis dño deo in cōspe-
ctu filiorum israel. Secre. Maie
statem tuā dñe suppliciter de-
precamur: ut p hec sancta que
gerimus: ⁊ a p̄sentibus nos de
lictis exuāt ⁊ futuris. Per do.
Tollite hostias ⁊ introite Cōio.
in atria eius: adorate dñm in aula
sancta eius. Cōpleñ. Sanctifi-
cationibus tuis omp̄s deus: ⁊
vicia nostra curentur: et reme-
dia nobis eterna proueniāt.
Per do. Feria quarta. j. Ad
Fratres Corinthios. iij.

Non potui vobis loqui
quasi spiritalibꝰ sed quasi car-
nalibus tanq̄ paruulis i chri
sto. Lac vobis potū dedi: non
escā: nondū eīn poteratis: sed
nec nūc quidē. Adhuc eīn estis
carnales. Cū eīn sit inter vos
zelus ⁊ cōtentio: nonne carna
les estis: et scdm hoīem ambu
latis? Cū quis dicit: ego sum
quidē pauli: alius aūt apollo
Nōne hoīes estis? Quid ergo
apollo: q̄d vero paulus? Mi-
nistri eius cui credidistis. Et
vnicuiq; sicut dñs dedit. Ego

plantaui: apollo rigauit. Sed deus incrementũ dedit. Itaqꝫ neqꝫ q̄ plãtat est aliquid: neqꝫ qui rigat. Sed qui incrementũ dat deus. Qui plãtat aũt et qui rigat vnũ sunt. Vnusq̄sqꝫ autẽ propriã mercedẽ accipiet scd̃m suum laborẽ. Dei enim sum⁹ adiutores. Dei agricultura estis: dei edificatio estis. Scd̃m gratiã dei que data est mihi: vt sapiens architect⁹ fundamentũ posui: alius autẽ superedificat. Vnusquisqꝫ autẽ videat quomodo supedificet. Fundamẽtũ em̃ aliud nemo potest ponere p̄ter id quod positum est: quod est christus iesus. Si quis aũt superedificat supra fundamentũ hoc aurũ: argentũ: lapides preciosos: ligna: fenum: stipulã: vniuscuiusqꝫ opus manifestũ erit. Dies em̃ domini declarabit: q̄ꝛ in igne reuelabit̃: ꝛ vniuscuiusqꝫ opus q̄le sit: ignis pbabit. Si cuius opus manserit: quod superedificauit: mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit: detrimentũ patietur: ipse autẽ saluus erit: sic tamẽ quasi p ignẽ.

Scd̃m Marcum. cap. xj.

In illo tempore. Cum venisset iesus in templũ: accesserunt ad eum principes sacerdotũ et seniores populi dicentes. In q̄ potestate hec facis? Et quis tibi dedit hanc potestatẽ? Respondẽs iesus dixit eis. Interrogabo vos et ego vnum sermonẽ: quem si dixeritis mihi: et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismũ iohannis vnde erat: e celo: an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus e celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Om̃es em̃ habebant iohannẽ sicut prophetã. Et respondentes iesu dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio.

Feria sexta. Ad Colossenses capitu. iij. et. iiij.

Fratres: Qui iniuriã facit: recipiet id quod inique gessit. Et non est acceptio personarũ apud deũ. Domini quod iustũ est et equũ: prestate seruis. Scientes quoniã et vos dominũ habetis in celo. Orationi instate vigilantes in ea in gratiarũactione. orãtes simul ꝛ p nobis: vt deus aperiet nobis ostiũ sermonis ad loquẽdũ mysteriũ christi. Propter q̄d etiaꝫ vinctus

sum ut manifestẽ illud: ita ut oportet me loqui. In sapiẽtia ambulate ad eos q̃ foris sunt tẽpus redimentes. Sermo vester semp̱ in gr̃a sale sit ꝯditus ut sciatis: quõ oporteat vos unicuiq; respõdere. In christo iesu dño nr̃o. Scdm Matheũ

In illo tp̃e: Di.i.d.s. xiij. Simile est regnũ celorum grano sinapis: qd̃ accipiẽs hõ seminauit i agro suo: qd̃ minimũ quidẽ est oĩbus seminibꝰ. Cũ aũt creuerit: maiꝰ est oĩbus oleribꝰ: ꝛ fit arbor: ita ut volucres celi veniãt ꝛ habitẽt in ramis eius. Aliã parabolã locutus est eis. Simile est regnũ celoꝝ fermẽto: qd̃ acceptũ mulier abscõdit i farine satis tribꝰ: donec fermẽtatũ est totũ. Hec oĩa locutus est i parabolis ad turbas: ꝛ sine parabolis nõ loquebat̃ eis: ut impleret̃ quod dictũ est p̱ ꝓphetã dicentẽ. Aperiã in parabolis os meũ: eructabo abscõdita a cõstitutione mundi.

¶ Dñica. xix. Intro.

Salus populi ego sum dicit dominus: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me: exaudiã eos: ꝛ ero illorũ dñs in perpetuũ. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Dirigat corda nostra quesumꝰ dñe tue miseratiõis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Orõ. Per do.

Ad Ephesios ca. iiij.

Fr̃es: Renouamini spiritu mentis vestre: ꝛ induite nouũ hominẽ qui scdm deũ creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciũ: loquimini veritatẽ unusquisq; cum proximo suo: quoniã sumus inuicẽ membra. Irascimini ꝛ nolite peccare. Sol nõ occidat super iracundiã vestrã. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabatur iam nõ furet̃: magis autẽ laboret operãdo manibꝰ suis quod bonũ est: ut habeat unde tribuat necessitatẽ patienti.

Grad. Dirigat̃ oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinũ. Alleluia. ℣. Laudate dominũ omnes gentes: et collaudate eum omnes populi.

Scdm Matheũ. ca. ix.

In illo tẽpore: Ascendens iesus in nauiculã: transfretauit: ꝛ venit in ciuitatẽ suã Et ecce offerebant ei paraliticum iacentẽ in lecto. Et vidẽs iesus fidẽ illoꝝ: dixit paralitico. Confide fili. Remittuntur

tibi peccata tua. Et ecce quidã de scribis: dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitationes eorum: dixit Ut quid cogitatis mala ĩ cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittunt tibi peccata: an dicere: surge ⁊ ambula? Ut aũt sciatis q̃a fili⁹ hoĩs habet potestatẽ dimittẽdi peccata ĩ terra: tũc ait paralitico. Surge tolle lectũ tuũ: ⁊ vade in domũ tuã. Et surrexit et abijt in domũ suã. Uidentes autẽ turbe timuerũt: et glorificauerũt deũ: qui dedit potestatẽ talẽ hominibus. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe: ⁊ super irã inimicorum meorum extendes manũ tuã: ⁊ saluum me fecit dextera tua. Secre. Deus q̃ nos per hui⁹ sacrificij venerãda cõmercia vni⁹ summeq; diuinitatis ꝑticipes efficis: presta q̃s: vt sicut tuã cognoscimus veritatẽ: sic eaz dignis mẽtibus ⁊ moribus assequamur. Per dominũ. Cõio Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinã dirigant vie mee ad custodiẽdas iustificatiões tuas. Complen̄. Gratias tibi dñe referimus sacro munere vegetati: tuã misericordiã deprecãtes: vt dignos nos ei⁹ participatiõe ꝑficias. Per dn̄. Feria quarta. Ad Thessalonicenses

Fres: Sta- ij. ca. ij. et. iij. te et tenete traditiões q̃s didicistis: siue per sermonẽ siue per epistolã nostram. Ipse autẽ domin⁹ noster iesus christus ⁊ deus ⁊ pater noster: qui dilexit nos: et dedit consolationem eternam et spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra: et cõfirmet in omni opere et sermone bono. De cetero fratres orate pro nobis: vt sermo dei currat ⁊ clarificet sicut et apud vos: ⁊ vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Nõ eñ omniũ est fides Fidelis autẽ dñs est qui cõfirmabit vos: ⁊ custodiet a malo Cõfidimus autẽ de vobis fratres in dño: quoniã q̃ precipimus: et facitis ⁊ facietis. Dominus autem dirigat corda ⁊ corpora vestra ĩ charitate dei ⁊ patiẽtia christi. Scdm Mathe

In illo tẽpore: Ac um. xiij. cesserunt ad iesum discipuli eius dicẽtes. Edissere nobis parabolã zizaniorũ agri. Et respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autẽ est mũdus. Bonũ vero semẽ: hi sunt filij regni. Zizania autẽ: filij sunt

nequã. Inimicus autẽ q̃ semi-
nauit ea: est diabolus. Messis
vero: consummatio seculi est.
Messores aũt angeli sunt. Si
cut ergo colliguntur zizania ⁊
igni comburunt: sic erit in cõ
summatione seculi. Mittet fi-
lius hoĩs angelos suos: ⁊ col-
ligẽt de regno eiꝰ oĩa scãdala:
⁊ eos q̃ faciũt iniquitatẽ: ⁊ mit
tent eos in caminũ ignis. Ibi
erit fletꝰ ⁊ stridor dentiũ. Tũc
iusti fulgebũt sicut sol i regno
patris eorũ. Qui habet aures
audiendi audiat. Feria sexta.

FRatres: ad Galathas. v.
Vos in libertatẽ vocati
estis: tm̃ ne libertatẽ detis i oc-
casionẽ carnis: sed ꝑ charitatẽ
spũs seruite inuicẽ. Oĩs eñ
lex in uno sermone impletur.
Diliges ꝓximũ tuum sicut te-
ipsum: q̃ si inuicẽ mordetis et
comeditis: videte ne ab inuicẽ
cõsummamini. Per christũ
dñm nr̃m. Scdm Marcũ. xiij

IN illo tpe. Interrogatꝰ ie
sus a discipulis suis de cõ
summatõe seculi: dixit eis. Cũ
videritis abominationẽ deso-
latiõis stantẽ vbi nõ debet: q̃ le
git intelligat. Tũc q̃ in iudea
sunt fugiãt in montes: ⁊ q̃ sup
tectum: ne descendat in domũ
nec introeat vt tollat quid de
domo sua: et qui i agro erit: nõ
reuertat retro tollere vestimẽ-
tum suum. Ve autẽ pregnãti
bus et nutriẽtibus in illis die-
bus. Orate vero vt hyeme nõ
fiant. Erunt eñ dies illi tribu
latiões tales quales nõ fuerũt
ab initio creature quam cõdi-
dit deꝰ vsq̃ nũc: neq̃ fiet. Et
nisi breuiasset dñs dies: nõ fu
isset salua oĩs caro. Sed ꝓpter
electos quos elegit: breuiauit
dies. Et tũc si quis vobis dixe
rit. Ecce hic est christus: ecce il-
lic: ne credideritis. Exurgent
eñ pseudo christi et pseudo ꝓ-
phete: et dabunt signa et por-
tenta ad seducendos si fieri po
test etiã electos. Vos ergo vide
te: ecce p̃dixi vob̃ oĩa. ¶ Dñi-

OMnia que ca. xx. Intr.
fecisti nobis dñe in vero iu
dicio fecisti: quia peccaui-
mus tibi: et mandatis tuis nõ obe-
diuimus: sed da gloriã nomini tuo
et fac nobiscũ scdm multitudinem
misericordie tue. Ps. Magnus
dñs et laudabilis nimis: in ciuita-
te dei nostri in monte sancto eius.

OMps ⁊ misericors Oro
deꝰ: vniuersa nobis ad-
uersantia ꝓpiciatus exclude: vt
mẽte et corpe pariter expediti:
q̃ tua sunt liberis mẽtibꝰ exeq̃-
mur. P dñ. Ad Ephesios. v.

Fratres: Uidete quõ caute ambuletis: nõ q̃si insipientes: sed ut sapientes: redimentes tempus: quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes q̃ sit volũtas dei. Et nolite inebriari vino ĩ quo est luxuria: sed impleamini spũ sancto: loquentes vobismetipsis in hymnis et canticis spiritalibus: cantãtes et psallẽtes in cordibus vestris dño: gratias agẽtes semp̃ p̃ omibus ĩ noie dñi nr̃i iesu christi deo ⁊ patri: subiecti inuicẽ ĩ timore christi.

Oculi omniũ in te sperãt Grad. dñe: et tu das illis escam in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã ⁊ imples omne aial benedictione. Alla. ℣ Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me. Scdz

In illo tpe: Matheũ. xxij. Loq̃bat̃ iesus cũ discipulis suis in parabolis dicẽs. Simile factũ est regnũ celoꝝ homini regi q̃ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterũ misit alios seruos dicẽs. Dicite inuitatis. Ecce prandium meũ paraui: thauri mei et altilia occisa sunt: et omnia parata sunt: venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerunt. Et abierũt alius in villam suã: alius vero ad negociationẽ suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: ⁊ cõtumelia affectos occiderunt. Rex autem cũ audisset iratus est: et missis exercitibus suis: perdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatem illorũ succendit. Tũc ait seruis suis. Nuptie quidẽ parate sunt: sed q̃ inuitati erãt nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscunq; inueneritis: vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: congregauerunt oẽs quos inuenerunt bonos et malos: ⁊ implete sunt nuptie discumbentiuz. Intrauit autẽ rex ut videret discumbentes: et vidit ibi hominẽ non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice: quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialez? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus eius et pedibus: mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentiũ. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offer. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui sion.

Da quesumus omni- Secre. potens deus: sic sacris mune-

ribus nos tuã veniã promere
ri: ut nostros corrigam⁹ exces-
sus sic fatẽtibus relaxare deli-
ctum: ut coerceam⁹ in suis pra
uitatib⁹ obstinatos. Per do.
Memento verbi tui seruo Cõio.
tuo: in quo mihi spem dedisti: hec
me cõsolata est in humilitate mea.
Tua nos dñe medici- Cõplẽ.
nalis opatio: et a nr̃is puersi-
tatib⁹ clemẽter expediat: ꝛ tuis
semꝑ faciat inherere mãdatis
Per. Feria q̃rta. Ad Thessa
Fratres lonicẽses. ij. c. iij
Denũciam⁹ vob̃ in noĩe
dñi nr̃i iesu christi: ut subtra-
hatis vos ab om̃i fratre ambu
lãte inordinate: ꝛ nõ sm̃ tradi
tionẽ quã acceperunt a nobis.
Ipsi em̃ scitis quẽadmodum
oporteat imitari nos: q̃m non
inq̃eti fuimus inter vos: neq̧
gratis panẽ mãducauim⁹ ab
aliquo: sed in labore et in fati-
gatione nocte ꝛ die operantes:
ne quẽ vestrũ grauarem⁹. Nõ
quasi nõ habuerim⁹ potestatẽ
sed ut nosmetipsos formã da-
remus vobis ad imitãdũ nos
Nã ꝛ cũ essem⁹ apud vos: hoc
denunciabamus vobis: q̃m si
quis nõ vult opari: nec mãdu
cet. Audiuimus em̃ inter vos
quosdã ambulantes inquiete
nihil operãtes: sed curiose agẽ
tes. His autẽ q̃ eiusmodi sunt
denũciamus ꝛ obsecramus in
dño iesu christo: ut cũ silentio
operãtes suũ panẽ manducẽt.
Vos autem fratres nolite de-
ficere benefacientes. In chri-
sto iesu domino nostro. Scd̃m
In illo tpe Lucam. ca. xij.
Di. ie. di. su. Cũ inducent
vos in synagogas et ad magi
stratus et potestates: nolite sol
liciti esse: qualiter aut quid re-
spondeatis: aut quid dicatis.
Spiritus em̃ sanctus docebit
vos in ipsa hora: q̃d oporteat
vos dicere. Ait autẽ ei q̃dã de
turba. Magr̃: dic fratri meo:
ut diuidat mecũ hereditatem.
At ille dixit ei. Hõ: quis me cõ
stituit iudicem aut diuisorẽ su
pra vos? Dixitq̧ ad illos. Vi
dete et cauete ab omni auari-
tia: quia nõ in abundãtia cu-
iusq̃z vita eius est ex his q̃ pos-
sidet. Dixit autẽ similitudinẽ
ad illos dicens. Hominis cu-
iusdaz diuitis uberes fructus
ager attulit: et cogitabat in-
tra se dicens. Quid faciam: qꝛ
non habeo quo congregẽ fru-
ctus meos? Et dixit. Hoc fa-
ciam. Destruã horrea mea: et
maiora faciã: ꝛ illuc cõgrega-
bo om̃ia que nata sunt mihi ꝛ
bona mea: et dicã anime mee.

Aīa: habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce: comede: bibe et epulare. Dixit aūt illi de⁹. Stulte: hac nocte aīam tuā repetūt a te. Que aūt parasti: cui⁹ erūt? Sic est q̄ sibi thesaurizat: ⁊ nō est ī deū diues

Feria sexta. ad Corinthios. j.

Fratres: Spūs oīa ca. ij. scrutat̄ etiā ꝓfunda dei. Quis em̄ hoim scit q̄ sunt hoīs nisi spūs hoīs q̄ in ipo est. Ita ⁊ que dei sunt nemo cognouit nisi spūs dei. Nos aūt spiritū hui⁹ mūdi nō accepimus: sed spiritū qui ex deo est: ut sciam⁹ que a deo donata sunt nobis. In christo iesu dn̄o nostro.

In illo Scd̄m Lucam. vj.

Itpe. Di. ie. di. s. Beati eritis cū vos oderint hoīes: et cū sepauerint vos ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerint nomen vestrū tanq̄z malum ꝓpter filiū hoīs. Gaudete in illa die ⁊ exultate ecce em̄ merces vestra multa est in celo. Scd̄m hec em̄ faciebāt prophetis patres eorū. Uerūtamen ve vobis diuitibus: qui habetis consolationē vestrā. Ue vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ue vobis qui nūc ridetis: quia lugebitis et flebitis. Ue cum benedixerint vobis om̄es homines. Scd̄m hec em̄ faciebāt pseudo ꝓphetis patres eorū. Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vos: et orate pro calumniātibus vos. Et qui te percutit in vnā maxillā: prebe ei et alterā: et ab eo qui aufert tibi vestimentū tuū: etiā tunicā noli ꝓhibere. Om̄i aūt petēti te tribue. Et q̄ aufert q̄ tua sunt: ne repetas. Et ꝓut vultis vt faciant vobis hoīes: et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligūt: que vobis est gratia? Nā et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: que vobis est gratia? Siquidē et peccatores hoc faciūt. Et si mutuū dederitis his a quibus speratis recipere: que vobis est gratia? Nā et peccatores peccatoribus fenerantur: vt recipiāt equalia. Uerūtamē diligite inimicos vestros: benefacite et mutuuz date: nihil inde sperātes: ⁊ erit merces vestra multa in celo.

¶ Dñica vicesimaprima Intr̄.

In voluntate tua dn̄e vniuersa sunt posita: ⁊ nō est qui posset resistere volūtati tue: tu em̄ fecisti oīa: celū et terrā et

vniuersa que celi ambitu cõtinent: dñs vniuersoꝝ tu es. Ps. Beati imaculati i via q̃ ambulãt i lege dñi.

Oro. Largire q̃s dñe fi delib' tuis indulgentiã placat' ꝛ pacẽ: ut pariter ab oĩbus mũdent offensis: ꝛ secura tibi mẽte deseruiãt. Per. Ad ep̃s: Cõfor ephesios. vj. Fratres: Cõfortamini i dño ꝛ in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturam dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̃ nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ ꝛ sanguinez: sed aduersus p̃ncipes ꝛ potestates: aduersus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ: cõtra spiritalia neq̃tie in celestib'. Propterea accipite armaturã dei: ut possitis resistere i die malo: ꝛ i oĩb' p̃fecti stare State ergo succincti lũbos v̄ros in veritate: et induti loricã iusticie: ꝛ calciati pedes in p̃paratiõe euãgelij pacis. In oĩb' sumẽtes scutũ fidei i quo possitis oĩa tela neq̃ssimi ignea extinguere: ꝛ galeã salutis assumite: ꝛ gladiũ sp̃us q̃d est verbũ dei. Grad. Dñe refugiũ fact' es nob̃ a generatiõe ꝛ p̃genie. V. Prius quã mõtes fierẽt aut formaret terra ꝛ orbis: a sec'lo ꝛ i seculũ tu es de'. All'a. V. Qui confidũt in dño sicut mõs sion nõ cõmouebit in eternũ: qui habitat in hierusalem. Scd'm Johannẽ. iiij.

In illo tp̃e: Erat quidã regulus cui' filius infirmabat capharnaũ. Hic cũ audisset q̃a iesus adueniret a iudea in galileã: abijt ad eũ: et rogabat eum: ut descẽderet et sanaret filiũ ei'. Incipiebat eñi mori. Dixit ergo iesus ad eũ. Nisi signa ꝛ p̃digia videritis nõ creditis. Dicit ad eũ regulus. Dñe: descẽde p̃us q̃z moriat filius me'. Dicit ei iesus. Vade filius tuus viuit. Credidit hõ sermoni quem dixit ei iesus: ꝛ ibat. Iã aũt eo descẽdente: serui occurrerunt ei: et nũtiauerunt dicẽtes: quia filius ei' viueret. Interrogabat ergo horã ab eis in q̃ meli' habuerit. Et dixerunt ei: q̃a heri hora septima reliq̃t eũ febris. Cognouit ergo p̄r: q̃a illa hora erat i q̃ dixit ei iesus: fili' tuus viuit et credidit ipse et domus eius tota. Offer. Vir erat in terra nomine iob: simplex et rectus ꝛ timẽs deũ: quẽ sathan petijt ut temptaret eũ: ꝛ data est ei potestas a dño in facultate et in carne ei': p̃diditqꝫ oẽm substantiaꝫ ipsius et filios: carnem quoqꝫ ei' graui vlcere vulnerauit. Celestẽ nob̃ p̄beãt hec Secre. mysteria quesum' dñe medici-

nam: et vitia cordis nostri expurgent. Per dñm. Cõio. In salutari tuo anima mea: et in verbum tuum speraui: quando facies de persequentibus me iudiciũ: iniqui ꝑsecuti sunt me: adiuua me domine deus. Compleñ. Sacrificium salutis nostre tibi deus noster offerentes: quesum⁹ vt concedas purificatis mẽtibus semper tue pietatis celebrare mysteriũ. Per dñ. Feria quarta. Ad Timotheum. j. ca. v.

Charissime: Qui bñ presunt p̃sbyteri: duplici honore digni habeãtur: maxime qui laborãt in verbo et doctrina. Dicit enim scriptura. Nõ infrenabis os boui trituranti. Dignus est eñi operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationez noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccãtes auerte: coram omnibus argue: vt et ceteri timorẽ habeant. Testor coram deo: et christo iesu: et electis angelis eius: vt hec custodias sine preiudicio: nihil faciens in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris: neqz cõmunicaueris peccatis alienis. Teipm̃ castum custodi. In christo iesu dño nostro. Scdm Lucã. vj.

In illo tempore. Factũ est vt iesus intraret in synagogam et doceret. Et erat ibi homo: et manus eius dextera erat arida. Obseruabant autẽ scribe et pharisei si in sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eũ. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: ⁊ ait homini qui habebat manum aridã. Surge et sta in mediũ. Et surgens stetit. Ait autẽ ad illos iesus. Interrogo vos: si licet sabbatis benefacere: an male: animã saluaz facere: an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit: et restituta est manus eius. Ipsi autẽ repleti sunt insipientia: et colloquebantur ad inuicẽ: quidnam facerẽt de iesu. Feria sexta. Ad Timotheum. j. ca. vj.

Charissimi: Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium: quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta ⁊ quibus tegamur: his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tẽptationem et in laqueum diaboli et desyderia multa inutilia ⁊ nociua: que mergunt hominẽ in interitum et perditionẽ. Ra-

dix eñ omniũ malorũ est cupiditas: quã quidã appetẽtes errauerũt a fide: et inseruerũt se doloribus multis. Tu autẽ o homo dei hec fuge. Sectare vero iusticiam: pietatem: fidẽ charitatẽ: patientiã: mansuetudinem. Certa bonum certamẽ fidei: apprehende vitã eternã: i qua vocatus es ꝛ ꝯfessus bonã confessionẽ corã multis testibus. Precipio tibi coraz deo q̃ viuificat oĩa ꝛ christo iesu: q̃ testimoniuz reddidit sub põtio pilato bonã cõfessionẽ: vt serues mandatũ sine macula irreprehẽsibile: vsqꝫ i aduẽtũ dñi nostri iesu christi. Scdꝫ

In illo tpe: Matheũ. viij. Cum venisset iesus in domũ petri: vidit socrũ eius iacẽtẽ et febricitantẽ: et tetigit manum eius: et dimisit eã febris: ꝛ surrexit ꝛ ministrabat ei. Vespere autẽ facto: obtulerunt ei multos demonia habentes: ꝛ eijciebat spũs verbo: ꝛ oẽs male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictũ est per esaiam prophetã dicentẽ. Ipse infirmitates nr̃as accepit: ꝛ egrotationes nostras portauit.

¶ Dñica. xxij. Intro. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit: quia apud te ꝓpiciatio est deꝰ israel. Ps. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocẽ meã.

Familiã Oro. tuã quesumus dñe continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegẽte sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per.

Ad Philippenses. ca. j. Fratres: Confidimus in domino iesu: quia qui cepit in vobis opus bonum: perficiet vsqꝫ in diem christi iesu: sicut est mihi iustũ hoc sentire pro omnibus vobis: eo ꝙ habeam vos in corde ꝛ i vinculis meis et in defensione ꝛ cõfirmatione euãgelij: socios gaudij mei oẽs vos esse. Testis eñ mihi est deus: quomodo cupiam omnes vos in visceribus iesu christi. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abundet in sciẽtia et in omni sensu: vt ꝓbetis potiora: vt sitis synceres et sine offensa in diẽ christi: repleti fructu iusticie per iesum christũ: in laudẽ et gloriam dei. Gradu. Ecce quã bonum et quã iocundũ: habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vngentum in capite: quod descendit in barbã barbam aaron. ℣. Mandauit dominus benedictionẽ: et vitã vsqꝫ in

seculum. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocẽ meam. Scdm Mathe um. xviij.

In illo tẽpe. Dixit iesus discipul' suis. Simile est regnũ celorũ homini regi: qui voluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cum cepisset rationẽ ponere: oblatus est ei unus qui debebat decẽ milia talenta. Cum autem nõ haberet unde redderet: iussit eum dominus eius venundari et uxorẽ eius et filios: et omnia que habebat: et reddi. Procidens autẽ seruus ille: rogabat eum dicens. Patientiã habe in me: et oĩa reddã tibi. Misertus autẽ dominus serui illius: dimisit eum: et debitum dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille: inuenit unũ de conseruis suis: qui debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eũ dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt et misit eum in carcerem: donec redderet debitum. Videntes autez conserui eius que fiebant: cõtristati sunt valde: et venerunt et narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: et ait illi. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniã rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui: sicut et ego tui misertus sũ? Et iratus dominus eius: tradidit eum tortorib': quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic et pater me' celestis faciet vobis: si nõ remiseritis unusquisq; fratri suo de cordib' vestris. Offer.

Recordare mei domine omnipotentatui dominans: da sermonẽ rectum in os meũ: ut placeant verba mea in cõspectu principis. Secre.

Suscipe dñe propicius hostias: quib' et te placari voluisti: et nobis salutẽ potenti virtute restitui. P do. Cõio. Dico vobis gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiã agẽte. Cõpleñ.

Immortalitatis alimoniã cõsecuti quesum' dñe: ut quod ore percepim' pura mẽte capiamus. Per. Feria q̃rta

Ad Timotheum. j. ca. j.

Charissime: Finis p̃cepti est charitas de corde puro et cõscientia bona: et fide nõ ficta. A quibus quidã aberrãtes cõuersi sunt in vaniloquiũ: volẽtes esse legisdoctores: nõ intelligẽtes: neq; que loquunt̃: neq; de

quibus affirmãt. Scimus aũt quia bona est lex: si q̃s ea legitime utat̃: sciens quia lex iusto non est imposita: sed iniustis ꝛ nõ subditis. Impijs ꝛ peccatorib⁹: sceleratis et cõtaminatis patricidis ꝛ matricidis: homicidis: fornicarijs: masculorũ cõcubitoribus: plagiarijs: mẽdacibus ꝛ piuris: et si quid aliud sane doctrine aduersat̃ que est scd̃m euãgeliũ glorie beati dei quod creditũ est mihi. Gratias ago ei qui me confortauit in christo iesu dño nr̃o. Scd̃m Marcũ. xj.

In illo tp̃e. Dixit ie. di. s. Habete fidẽ dei Amẽ dico vobis: q̃a q̃cũq; dixerit huic mõti: tollere ꝛ mittere in mare: et nõ hesitauerit in corde suo: sed crediderit q̃a q̃dcunq; dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: oĩa quecũq; orãtes petitis: credite q̃a accipietis: et veniẽt vobis. Et cũ stabitis ad orandũ: dimittite si q̃d habetis aduersus aliquẽ ut ꝛ pater vester q̃ i celis est dimittat vobis pctã vestra. Q̃d si vos non dimiseritis: nec pater vester q̃ in celis est dimittet vobis pctã vestra. Feria sexta Ad Timotheum. j. ca. v.

Charissime: Manus cito nemini iposueris: neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Teipm̃ castum custodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino utere, ꝓpter stomachũ tuũ ꝛ ꝓpter freq̃ẽtes infirmitates tuas. Quorundã hoim pctã manifesta sunt p̃cedẽtia ad iudiciũ: quorundã autem subsequunt̃. Similiter ꝛ facta bona manifesta sunt: ꝛ q̃ aliter se habent: abscõdi nõ possunt. Quicũq; sunt sub iugo serui: dominos suos oĩni honore dignos arbitrent̃: ne nomẽ dñi et doctrina blasphemet̃. Qui aũt fideles habẽt dños: nõ contemnant: q̃a fratres sunt. In christo iesu dño nr̃o. Scd̃m Marcũ. iiij.

In illo tp̃e: Di. ie sus discipul' suis. Uidete quid audiatis. In qua mensura mẽsi fueritis: remetietur vobis et adijciet̃ vobis. Qui eñ habet dabitur illi: ꝛ qui nõ habet: etiã quod habet auferet̃ ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei: queãdmodũ si homo iaciat sementẽ in terrã ꝛ dormiat: ꝛ exurgat nocte ac die: ꝛ semen germinet et increscat dũ nescit ille. Ultro eñ terra fructificat: primũ herbã: deinde spicã: deinde plenũ frumentũ in spica Et cũ ex se ꝓduxerit fruct⁹: statim mittit falcẽ: quoniã adest

messis. ¶ Dñica .xxiij. Intr.

Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis ⁊ nō afflictionis: inuocabitis me ⁊ ego exaudiā vos: ⁊ reducā captiuitatem vestrā de cūctis locis. Ps. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Oro.

Deus refugium nostrū ⁊ virtus: adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis ⁊ p̄sta: ut qd̄ fideliter petim⁹: efficaciter cōsequamur. Per. Ad

Fratres Philippēses .iij. Imitatores mei estote: ⁊ obseruate eos q̄ ita ambulant sicut habetis formā nostram. Multi em̄ ambulāt: quos sepe dicebā vobis: nūc autē ⁊ flens dico: inimicos crucis christi: quoꝝ finis interitus: quoꝝ deus venter est: ⁊ gloria in cōfusione ipsorū qui terrena sapiunt. Nostra aūt cōuersatio in celis est. Unde etiā saluatorē expectamus dñm nostꝝ iesum christū: qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre ꝯfiguratū corpori claritatis sue: ſm operationē qua etiā possit subiicere sibi oīa. In christo iesu domino nostro. Grad. Liberasti nos dñe de affligētibus nos: et eos qui nos oderūt ꝯfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: ⁊ nomini tuo confitebimur in secula. All'a. ℣. Lauda aīa mea dñm: laudabo dominū in vita mea: psallā deo meo quā diu ero. Scdm Matheum.

In illo tēpore: Abeuntes pharisei consiliū inierūt: ut caperēt iesum in sermone. .xxij. Et mittūt ei discipulos suos cū herodianis dicētes. Magister: scimus quia verax es: et viā dei in veritate doces: ⁊ nō est tibi cura de aliquo. Nō em̄ respicis personā hoīm. Dic ergo nobis: quid tibi videt̄. Licet censum dare cesari: an nō? Cognita aūt iesus neq̄tia eoꝝ ait. Quid me tēptatis hypocrite? Ostendite mihi nūmisma census. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis iesus. Cui⁹ est imago hec et superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: ⁊ que sunt dei deo.

De profundis clamaui Offerto. ad te domine: domine exaudi vocē meā. Secre. D a misericors deus: ut hec hostia salutaris et a ꝓpriis reatibus nos indesinēter expediat: et ab oīb⁹ tueat̄ aduersis. Per. Cōio. Amē dico vobis: quicq̄d orātes petitis credite q̄a accipietis ⁊ fiet vob. Cōpl.

Sumpsim⁹ dñe sacri dona mysterii humiliter depcātes: ut q̄

in tui cõmemoratione nos fa-
cere precepisti: in nostre profi-
ciant infirmitatis auxilium.
Per dominũ. Feria quarta.
Ad Timotheũ. ii. cap. i.
Charissime: Noli erube-
scere testimoniuz domini no-
stri iesu christi: neqz me vinctũ
eius: sed collabora euangelio
scd̃m virtutem dei: qui nos li-
berauit et vocauit vocatione
sua sancta: non scd̃m opera no
stra: sed scd̃m ꝓpositũ suum et
gratiã q̃ data est nobis in chri
sto iesu ante tp̃a secłaria. Ma-
nifestata est autẽ nũc ꝑ illumi
nationẽ saluatoris nostri iesu
christi: q̃ destruxit quidẽ mor-
tẽ: illuminauit aũt vitã: et in-
corruptionẽ per euangeliũ: in
quo positus sum ego ꝑ̃dicator
et apl's ꝛ magister gentiũ. Ob
quã causam etiam hec patior:
sed nõ cõfundor. Scio eñ cui
credidi: et certus sum q̃a potẽs
est depositũ meũ seruare in illũ
diẽ. Formã habe sanorũ ver-
borũ que a me audisti in fide ꝛ
in dilectione. In christo iesu
domino nostro. Scd̃m Ma-
In illo tp̃e: theũ. ca. xvii.
Cuz venisset iesus et disci-
puli eius capharnauz: accesse-
rũt qui didragmã accipiebãt
ad petrũ: ꝛ dixerunt ei. Magi
ster vester nõ soluit didragmã
Ait. Etiam. Et cũ intrasset in
domũ: preuenit eum iesus di-
cens. Quid tibi videt simon?
Reges terre a quibus accipiũt
tributũ vel censum: a filijs su-
is: an ab alienis? Et ille dixit.
Ab alienis. Dixit illi iesus.
Ergo liberi sunt filij. Ut autẽ
nõ scandalizemus eos: vade
ad mare et mitte hamũ: ꝛ eum
piscẽ qui primus ascẽderit tol-
le: et aperto ore eius inuenies
staterẽ: illũ assumens: ꝛ da eis
ꝓ me ꝛ pro te. Feria sexta. Ad
Timotheum. i. cap. iiij.
Charissime. Fidel' sermo
et omni acceptiõe dignus. In
hoc eñ laboramus et maledi-
cimur: quia speramus in deũ
viuum: qui est saluator omni-
um hominum: maxime fide-
liũ. Precipe hec et doce. Ne-
mo adolescentiã tuam cõtem-
nat: sed esto exemplũ fideliuz
in verbo: in conuersatione: in
charitate: in fide: in castitate.
Dũ venio attende lectiõi ꝛ ex-
hortationi doctrine. In chri-
sto iesu domino nostro. Scd̃m
In illo tẽpe: Marcũ. vij.
Cõuenerũt ad iesum pha
risei ꝛ quidam de scribis: veni-
entes ab hierosolymis. Et cuz
vidissent quosdam ex discipu-

lis eius cõmunibus manibus id est non lotis manibus mã-ducare panẽ: vituperauerunt Pharisei enĩ et omnes iudei: nisi crebro lauerint manus: non manducant: tenẽtes tra-ditionẽ seniorum. Et cum venerint a foro: nisi baptizẽtur: non comedunt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis ser-uare: baptismata calicum ⁊ vrceorum: et eramentorum: et le ctorũ. Et interrogabant eum scribe et pharisei. Quare disci puli tui non ambulant iuxta traditionẽ seniorum: sed cõ-munib⁹ manibus manducãt panem? At ille respondens dixit eis. Bene prophetauit esaias de vobis hypocritis: sicut scriptum est. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorum longe est a me. Inuanũ autem me colunt docentes doctrinas et ꝑcepta hominũ. Relinquentes enĩ mandatũ dei: tenetis traditiones hominũ.

¶ Dominica. xxiiij. Introit⁹

Dicit dñs ego cogito cogitatiões. Vt supra proximo. Oratio.

Excita quesum⁹ dñe tuorum fideliũ voluntates: vt diuini operis fructũ propensius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. Per.

Fr̃es: Ad Colossenses. j.

Nõ cessamus pro vobis orãtes ⁊ postulãtes: vt impleamini agnitione volũtatis dei in omni sapientia ⁊ intellectu spiritali: vt ambuletis digne deo per oĩa: placẽtes in oĩ opere bono: fructificãtes ⁊ crescentes in scientia dei. In omni virtute confortati scd̃m potentiã claritatis eius. In omni patientia ⁊ longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo et patri: qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctoruꝫ in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: ⁊ transtulit in regnũ filij dilectionis sue. In quo habemus redemptionẽ et remissionẽ peccatorum. Per iesum christũ dominum nostrũ. Scd̃m Matheũ.

In illo tempore. Lo ca. ix. quente iesu ad turbas: ecce princeps vn⁹ accessit: ⁊ adorabat eum dicens. Domine: filia mea modo defuncta est. Sed veni et impone manũ tuam super eam et viuet. Et exurgens iesus sequebatur eum ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro: ⁊ tetigit fimbriã vestimenti eius. Dicebat enĩ intra

se. Si tetigero tm̄ vestimentū eius: salua ero. At iesus cōuersus et videns eam dixit. Confide filia. Fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset iesus in domū principis: ⁊ vidisset tibicines: ⁊ turbā tumultuantē: dicebat. Recedite: nō est em̄ mortua puella: sed dormit. Et deridebant eū. Et cum eiecta esset turba: intrauit et tenuit manū eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hec in vniuersam terrā illā. Secre. Propicius esto dn̄e supplicationib⁹ nostris: ⁊ populi tui oblationibus precibusq₃ susceptis: oim nr̄m ad te corda cōuerte: ⁊ a terrenis cupiditatib⁹ liberati: ad celestia desyderia trāseamus. Per dn̄. Cōpl'. Concede nobis qs̄ dn̄e: vt quicq̄d i nr̄a mēte vitiosu₃ est: sacramēti qđ sumpsim⁹ medicatiōe curet. Per.

Feria q̄rta. Ad Romanos. xj

Fratres. Nolo em̄ ignorare vos mysteriū hoc: vt nō sitis vobilipsis sapiētes: q̄a cecitas ex p̄te cōtingit in israel: donec plenitudo gentiū intraret. Et sic om̄is isrl' salu⁹ fieret. Sicut scp̄tu₃ est. Veniet ex syon q̄ eripiat: ⁊ auertat impietatē ab iacob. Et hoc illis testamentū a me. Cū abstulero pctā eorū: scđm euangeliū quidē inimici ꝓpter vos: scđm electionem autē charissimi ꝓpter p̄res. Sine penitētia em̄ sunt dona ⁊ vocatio dei. Sicut em̄ aliquādo ⁊ vos non credidistis deo: nunc aūt misericordiā cōsecuti estis ꝓpter illoꝝ incredulitatē. Ita et nūc isti nō crediderūt in vestra misericordia: vt et ipsi misericordiā cōsequātur. Cōclusit em̄ deus om̄ia in incredulitate: vt omniū misereatur. In christo iesu dn̄o nostro. Scđm Marcū. ca. xij.

In illo tēpore: Interrogauit iesum vnus de scribis: quod esset primū omniū mandatorum. Jesus autē respondit ei: quia primū omniū mandatoꝝ est. Audi israel. Dn̄s deus tuus deus vnus est. Et diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua: et ex tota mente tua. Hoc est primū mādatum. Secundu₃ autē simile est illi. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Maius autē horum aliud mandatum nō est. Et ait illi scriba. Bene magister i veritate dixisti: q̄a vnus est deus: et nō est alius preter eū: et vt diligatur ex toto corde: ⁊ in toto intellectu: et ex to-

ta anima: et in tota fortitudine: et diligere proximũ tanq̃ seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus ⁊ sacrificijs. Jesus autẽ videns q sapiẽter respondisset: dixit illi. Nõ es longe a regno dei. Feria sexta

Ad Romanos cap. viij.

Fratres: Sapientia carnis inimica est deo. Legi enĩ dei nõ est subiecta: nec enim potest. Qui enim in carne sunt: deo placere non possunt. Vos autem in carne nõ estis sed in spiritu: si tamẽ spũs dei habitat in vobis. Si quis autẽ spiritum christi nõ habet: hic non est eius. Si autem christus in vobis est: corpus quidez mortuum est propter peccatũ: spiritus vero viuit propter iustificationẽ. Quod si spirit⁹ eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit iesum christũ a mortuis viuificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Scdm

In illo tẽ Matheũ. ca. xxj.

pore: Dixit iesus disci. su. Homo quidã habebat duos filios: et accedens ad primũ dixit. Fili: vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem penitentiã motus abijt Accedens autem ad alterum: dixit similiter. At ille respondens ait. Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicunt. Primus. Dicit illis iesus. Amen dico vobis: quia publicani et meretrices precedũt vos in regno dei. Venit autem ad vos iohannes in via iusticie: et nõ credidistis ei. Publicani aũt et meretrices crediderunt ei.

¶ Dñica. xxv. Dicit dñs ego cogito cogitationes. ut supra proxi

Excita quesum⁹ mo. Oro dñe potentiã tuã ⁊ veni: vt qd ecclesie tue pmisisti: vsq; in finẽ seculi clemẽter operare. Per. Lectio Hieremie phete

Ecce dies veniũt ca. xxiij. dicit dñs: et suscitabo dauid germẽ iustum: ⁊ regnabit rex: et sapiens erit: et faciet iudicium et iusticiã in terra. In diebus illis saluabitur iuda: ⁊ israel habitabit confidenter Et hoc est nomẽ qd vocabunt eum: dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniũt dicit dñs: et non dicent vltra: viuit dñs q̃ eduxit filios isrl' de terra egypti. Sz viuit dñs q̃ eduxit ⁊ adduxit semẽ domus israel de terra aq̃lonis et de cũctis

terris ad q̃s eiecerā eos illuc: ⁊
habitabūt in terra sua. Dicit
dñs omp̃s. Euāgeliū. In illo
tp̄e. Cū subleuasset oc'los. Re
quire Dñica Letare. Secreta.
Sacrificiuȝ tibi dñe dicandū
placatus intēde: qđ ⁊ nos a vi
cijs nostre ꝯditiōis emūdet: et
tuo noī reddat acceptos. P.
Anie nostre q̄s dñe Cōpl.
deus noster hoc potianť desyde
rio: ut a tuo spiritu inflāmenť
et sicut lāpades diuino mune-
re satiati: ante conspectū veniē
tis christi filij tui cū omnibus
sanctis: velut clara luminaria
fulgeamus. Qui tecuȝ vi. eius
dē. Feria quarta. Ad Thessa-
FRēs: Grās lonicēses. j.
agimus deo semp̄ ꝓ om̄i
bus vobis: memoriā vestri fa
ciētes i orōnib' nostris sine in
termissione: memores opis fi-
dei vr̄e: ⁊ laboris: ⁊ charitatis
⁊ sustinētie spei dñi nostri iesu
christi: añ deū ⁊ patrē nostrū.
Scientes frēs dilecti a deo ele-
ctionē vestrā: q̄a euāgeliū no-
strū nō fuit ad vos i sermone
tm̄: sed ⁊ i virtute ⁊ i spūsancto
et in plenitudine multa: sicut
scitis quales fuerim' in vobis
ꝓpter vos. Et vos imitatores
nostri facti estis ⁊ dñi: excipiē-
tes verbū in tribulatione mul
ta cum gaudio spūssancti. In
christo iesu dño nr̄o. Scdm
IN illo tp̄e. Di. Lucā. x.
ie. disci. su. Ecce ego mitto
vos sic' agnos inter lupos. No
lite portare sacculū: neqȝ perā:
neqȝ calciamēta: ⁊ neminē per
viā salutaueritis. In quam-
cunqȝ aūt domum intraueri-
tis: p̄mū dicite. Pax huic do-
mui: ⁊ si ibi fuerit filius pacis
requiescet super illum pax ve-
stra: sin autē ad vos reuerteť.
In eadē autē domo manete:
edētes ⁊ bibentes que apud il-
los sunt. Dignus est eñ opera
rius mercede sua. Feria sexta.
Ad Corinthios. ij. ca. ij.
FRatres: Deo gratias: q̄
semper triumphat nos in chri
sto iesu: et odorem notitie sue
manifestat per nos in om̄i lo-
co: quia christi bonus odor su-
mus deo in his qui salui fiūt:
et in his qui pereūt. Alijs qui-
dem odor mortis in mortem:
alijs autē odor vite in vitam.
Et ad hec quis tam idoneus?
Non eñ sumus sicut plurimi
adulterantes verbū dei: sed ex
synceritate sicut ex deo coram
deo i christo loq̄mur. Scdm
IN illo Marcum. ca. xiij.
tēpore: Dixit iesus disci-
pulis suis. Uidete: vigilate et

orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit servis suis potestatem cuiuscumque operis: et ianitori precepit ut vigilet. Vigilate ergo Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero: an media nocte: an gallicantu: an mane: ne cum venerit repente: inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico vigilate. ¶ In dedicatione ecclesie Introitus.

Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi: et vocabitur aula dei. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Oro.

tes oblatis muneribus ꝛ susce pimus et pimus. Per. Cōio. Qui vult ve. cciiij. Cōplen. O a qs dñe de⁹ noster: ut sicut bti laurētij martyris tui cōmemo ratione tēporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspe ctu. Per. Cōplē. Sancta tua dñe bti romani martyris tui p̄ciosa passione: et solennitate quā preimus nos refoueant: quibus iugiter desyderam⁹ ex pleri. P. ¶ In die sctō Intr.

Confessio ꝛ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas ꝛ magnificentia in sanctifi= catione eius. Ps. Cantate domi no canticū nouū: cantate domino

Da no= Oro. omnis terra. bis qs omps deus vi tiorū nostrorū flāmas extin= guere: qui beato laurētio mar tyri tuo tribuisti tormentorū suoꝝ incendia superare. Per do. Ad Corinthios. ij. ca. ix.

Fratres. Qui parce semi= nat: parce et metet: et qui seminat in benedictionib⁹: de benedictionib⁹ ꝛ metet. Unus quisqꝫ ꝓut destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut ex neces sitate. Hilarē em̄ datorē dili= git deus. Potēs est autē deus omnē gratiā abundare facere in vobis: ut in om̄ibus semper omnē sufficiētiā habētes: abū detis in omne opus bonū. Si= cut scriptū est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius ma= net i seculū seculi. Qui aūt ad= ministrat semē sembināti: ꝛ pa= nē ad manducandū p̄stabit: ꝛ multiplicabit semen vestrū: ꝛ augebit incrementa frugū iu= sticie vestre. Grad. Probasti do mine cor meū et visitasti nocte. V. Igne me examinasti: ꝛ nō est inuē= ta in me iniquitas. Alla. V. Leui ta laurētius bonū opus operat⁹ est qui per signū crucis cecos illumina uit: ꝛ thesauros ecclesie dedit paupe ribus. Sequen. Laurenti dauid. cclj. Euan. Nisi granū frumē. Confessio et pulchritudo Offer. in cōspectu eius: sanctitas ꝛ magni ficētia in sanctificatiōe ei⁹. Secre. Accipe qs dñe munera di= gnāter oblata: ꝛ beati lauren= tij martyris tui suffragātibus meritis: ad nostre salutis au= xiliū ꝓuenire ꝯcede. P. Cōio Qui mihi ministrat me sequat: et vbi ego sū illic et minister me⁹ erit. Sacro munere satiati Cōpl. supplices te dñe dep̄camur: ut quod debite seruitutis celebra mus officio: intercedēte beato laurentio saluationis tue sen tiamus augmentū. Per. Ti= burtij Intr. Iust⁹ ut palma. ccij

Beati tiburtij nos Oro. dñe foueat ꝯtinuata p̄sidia: q̄a nō desinis ꝓpici⁹ intueri: quos talib⁹ auxilijs cōcesseris adiuuari. Per. Ep̄la. Justus si morte. xxij. Grad. Os iusti. xxj. All'a. ℣. Letabitur iustus xxiij. Euan. Si q̄s vult post me ve. xxiij. Offer. Gl'ia ꝛ ho. xxiiij. Adesto dñe p̄cib⁹ ppl'i Secre. tui adesto muneribus: ut q̄ sacris sunt oblata mysterijs tuorum tibi placeāt intercessione sctōꝝ. P. Cō. Posuisti do. xxiiij Sūpsim⁹ dñe pign⁹ re- Cōpl. dēptionis eterne: sit nob̄ q̄s̄ interueniēte btō tiburtio martyre tuo vite p̄sent⁹ auxiliū pariter ꝛ future. Per. Clare orō Famulos tuos q̄s̄ dñe btē v̄ginis tue clare votiua natalicia recensentes: ꝛ celestiū gaudioꝝ sua facias interuētiōe ꝑticipes: ꝛ simul in vnū diuitis ꝛ paup̄is tui vnigeniti coheredes. Qui te. Sec. Oblata dona tibi dñe sctifica: q̄ maiestati tue accepta fiāt: btē v̄ginis tue clare intercessiōe veneranda. Per. Cōpl. Protegāt dñe q̄s̄ plebē tuā gl'iose v̄ginis tue clare ꝯtinuata p̄sidia: et sumpta ꝑ illi⁹ gloria corpis sacri tui et p̄ciosi sanguinis sacramēta. Qui cū deo. Hypoliti ꝛ socioꝝ ei⁹. Justi epu. xxv. Oro

Da nob̄ q̄s̄ omp̄s deus ut q̄ bti hypoliti martyris tui sociorūq3 ei⁹ venerāda solēnitas: ꝛ deuotionē nob̄ augeat ꝛ salutē. Per. Ep̄la. Scti ꝑ fidē. xxvj. Grad. Clamauerūt iu. xxvij. All'a. ℣. Justi epu. xxvij Euan. Attēdite a fermē. xxviij Offer. Ala nr̄a. xxix. Secre. Respice dñe munera ppl'i tui sanctoꝝ festiuitate votiua: ꝛ tue testificatio veritatis ꝓficiat ad salutē. Per. Cōio. Dico autē vob̄ amicis meis: ne terreamini ab his q̄ vos persequunt. Cōpl. Sacramentorū tuorū dñe cōmunio sumpta nos saluet: ꝛ intercedente beato hypolito socijsq3 eius: in tue veritatis luce confirmet. Per do. ¶ In vigilia assumptiōis Introit⁹. Salue sancta pa. xxxxiij. Oro. Deus q̄ virginalē aulā beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da q̄s̄: ut sua nos defensione munitos: iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui vi. Eodem die Eusebij Orō Deus q̄ nos beati eusebij ꝯfessoris tui annua solēnitate letificas: ꝯcede ꝓpitius: ut cui⁹ natalicia colim⁹: ꝑ eius exempla ad te gradiamur. Per. Ep̄la.

Ab initio ⁊ an̄ secula. ccxxxiij.
Grad. Bn̄dicta ⁊ vene. ccxxxiij.
Si fuerit die dn̄ico dicit̄ Alla
℣. Virga iesse floruit: deū ⁊ hoīem
genuit: deus pacē reddidit: i se recō
ciliās ima summis.. Euā. Loqn̄
te iesu ad tur. Extol. ccxxxiiij.
Offer. Felix nāqz. ccxxxiiij. Sec.
Magna est dn̄e apud clemen-
tiā tuā dei genitricis orō: quā
idcirco de p̄senti seculo trāstu-
listi: ut p̄ pctis nr̄is apud te fi-
ducialiter intercedat. Per eū.
Laudis tue dn̄e hosti- Secre.
as imolam⁹ in tuoꝝ cōmemo-
ratione sctōrū: q̄bus nos et p̄-
sentib⁹ exui maculis cōfidim⁹
et futuris. Per. Prefatio ge-
neralis. Cōio. Regina mūdi et
dn̄a ccxxxiiij. Cōp. Cōcede mi
sericors deus fragilitati nostre
p̄sidiū: ut q̄ sancte dei genitri-
cis requiē celebram⁹: intercel-
siōis eius auxilio a nr̄is iniq̄-
tatibus resurgamus. Per eū.
Sacramētis celestib⁹ re Cōpl.
creati supplices te dn̄e depreca
mur: ut scti cōfessoris tui euse-
bij p̄cibus: eadē nobis semp̄ sa
lutifera sentiam⁹. Per. ¶ In
die sancto bn̄dictio herbarum
Adiutoriū nostrū in. Oremus.
Omnīps sempiterne de⁹: q̄
celū ⁊ terrā: mare: visibi
lia ⁊ inuisibilia verbo tuo crea
sti ex nihilo. Quiqz herbas ar
boresqz ad usus hoim aīaliūqz
gignere: ⁊ unūquodqz iuxta se
mentē i semetipo habere p̄cept
sti: atqz non solū ut herbe ani-
mātib⁹ ad victū: sed etiā egris
corp̄ibus p̄dessent ad medica-
mētū: tua ineffabili pietate cō
cessisti: te supplici mēte ⁊ ore de
precamur: ut has diuersi gene
ris herbas tua clementia bene-
✠ dicas: ⁊ salubres non solū
ad necessitates hoim verūetiā
ad aīaliū facere digneris: ut
quicūqz ex eis ex hac veneran-
da festiuitate sumpserint: vel i
quēcūqz usum redacte fuerint
seu assumpte: ꝯferant tā corp̄i
q̄z aīe salutē. Per eū. Orem⁹.
Suppliciter etiā tuā atqz
subnixis p̄cibus dep̄ca-
mur deus omīpotētiā: q̄ mira-
biliter cuncta creasti ex nihilo:
quiqz ex terra edita p̄ferre ger-
mina precepisti: atqz uniuscu-
iusqz semē i semetipso manere
sup̄ terrā indidisti: ⁊ q̄ diuersa
medicamētoꝝ genera ad sanā
dū hūani generis corp̄a impo-
suisti. Tu bn̄ ✠ dicere ⁊ sancti
✠ ficare has diuersi generis
herbas tua almitate digneris
ut quiqz ex eis ex hac solēnita-
te venerabili: sctē dei genitricis
marie sunt sumpturi: tā aīe q̄z

corporis percipiant sanitatem: et intercedente beata maria quamvis de universis terrarum germinibus sumamus salubriter: quatenus interiorum odore unguentorum: paradisi mereamur adire ianuas. Per
Deus qui ex universis herbarum generibus humanis necessitatibus prestitisti remedia: hanc herbarum collectionem tue miserationis bene ✠ dic dextera: ut quisquis languore depressus ex eis aliquid gustaverit: ecclesie tue representatus optate salutis munus te donante percipiat. Qui vivis. Oremus.

Ad missam.

Gaudeamus. cxxiij. Oratio.
Veneranda nobis domine huius diei festivitas opem conferat salutarem: in qua sancta dei genitrix mortem subijt temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuum dominum nostrum iesum christum de se genuit incarnatum. Qui tecum. Lectio libri Sapientie. Ecclesiastici. xxiiij.
In omnibus requiem quesivi: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit mihi creator omnium: et qui creavit me requievit in tabernaculo meo: et dixit mihi. In iacob inhabita: et in israel hereditare: et in electis meis mitte radices. Et sic in sion firmata sum et in civitate sanctificata similiter requievi: et in hierusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cipressus in monte sion. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plantatio rose in hiericho. Quasi oliva speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Graduale. Propter veritatem. cxv. Alleluia. V. Assumpta est maria in celum: gaudet exercitus angelorum. Sequentia. Congaudent angelorum

cxlv. Secundum Lucam. x.
In illo tempore. Intravit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam: et huic erat soror nomine maria. Que etiam sedens secus pedes domini: audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium Que stetit et ait. Domine: non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuvet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha:

sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnū est neces sariū. Maria optimā partē ele git: que nō auferet ab ea. Credo dicit. Offer. Diffusa est gratia. xxv. Secreta. Subueniat dn̄e plebi tue dei genitricis oratio quā et si p cōditione carnis mi grasse cognouimus: in celesti gloria apud te p nobis orare sentiamus. Per. Cōio. Dile xisti iusticiā: et odisti iniquitatē: p pterea vnxit te deus de⁹ tu⁹. Cōp. Mense celestis participes effe cti imploramus clemētiā tuā dn̄e de⁹ noster: vt q̄ festa dei ge nitricis colim⁹: a mal' iminēti bus ei⁹ intercessiōe liberemur. Per eundē. Ista coll' dicit p

Concede nobis octauā. q̄s omp̄s deus ad btē marie semp virginis gaudia eterna pertingere: de cui⁹ vene rāda assumptiōe tribuis nos annua solennitate gaudere. Per. ¶ In octaua scti Laurē tij Intro.

Probasti dn̄e cor meū et visitasti nocte: igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Ps. Exaudi dn̄e iusticiā meā: intēde de.

Beati Oro. laurētij nos refoueat do mine quesum⁹ passio venerā da letātes: et vt eam sufficien ter recolamus efficiat pmptio res. Per. Ep'la. Testificor co rā deo. xxiij. Grad. Dispsit de. pau. clxxvij. All'a. V. Leuita lau. clxxvij. Euāg. Si q̄s vult post me ve. xxiij. Offer. Oro mea mū da est. clxxvij. Secre. Bti laurē tij martyris honorabilē passionē mūerib⁹ dn̄e geminatis exeq̄mur: que licet ppriis sit re memorāda principijs: indesi nenter tamē pmanet gloriosa Per. Cōio. Qui vult veni. xxiij

Solenne nobis inter Cōpl'. cessio bti laurentij martyris q̄s dn̄e prestet auxiliū: vt ce lestis mēse participatio quam sumpsim⁹: tribuat ecclesie tue recensitā leticiā. Per. Agapi ti Oro.

Letet ecclesia tua beati agapiti martyris tui confisa suffragijs: atq3 glo riosis eius p̄cibus et deuota p maneat et secura cōsistat. Per.

Hui⁹ tibi p̄cib⁹ dn̄e q̄s Secr' grata reddat hec oblatio: p cu ius festiuitate est immolāda. Per. Cōpl'. Presta q̄s dn̄e vt sacramēti tui participatio ne vegetati: sancti quoq3 aga piti martyris tui p̄cibus suble uemur. Per dn̄m. Magni Oro.

Adesto dn̄e supplicatio nibus nostris: et interce dēte btō magno martyre tuo

ab hostiũ nos defende ꝓpiciat⁹ incursu. Per. Secre. Grata tibi sint munera dñe: que z tuis sint instituta ꝑceptis: et beati magni festiuitas gl'iosa cõmẽdet. Per. Cõplẽ. Tua sancta sumentes q̄s dñe: ut bti magni nos foueant cõtinuata ꝑsidia. Per. Stephani Orõ.

Deus qui beatum stephanum regẽ z confessorem tuũ terreni imperij gloria coronasti: et sanctoꝝ tuoꝝ societate sublimasti: presta q̄s: ut quẽ pannonia habuit diuine religiõis doctorẽ in terris: ita eũ ecclesia tua mereat̃ defensorem habere in celis. Per. Sec.

Sacrificiũ dñe quod maiestati tue deferimus: benigno vultu respice: z intercessione beati stephani regis z cõfessoris tui nos ab omnibus inimicoꝝ defende insidijs: et p̄mia eterne vite cõcede. Per. Cõpl'. Tuere q̄s dñe familiã tuã: z quã p doctrinã bti stephani regis z ꝯfessoris tui de tenebris ad verã lucẽ ꝯuertisti: eã post istius decursum vite: oblati sacrificij munimine clementer ꝑducas ad regna celoꝝ. P. Bernardi abbatis Orõ.

Perfice in nobis dñe pie deuotõis augmentũ: z ad obtinendam gratie tue largitatem: beatus bernard⁹ abbas z doctor egregius: suis p nobis apud te meritis z p̄cib⁹ intercedat. Per. Secre.

Paternis intercessiõibus magnifici pastor' bernardi: q̄s omp̄s de⁹: familie tue cõmendet̃ oblatio: cuius vita decorat̃ celestibus exemplis. Per. Cõplẽ. Intercessio nos q̄s dñe beati bernardi abbatis tibi cõmendet: ut quod nostris meritis nõ valem⁹: eius patrocinio ꝯsequamur. Per.

Timothei z simphoriani marty. Sapiẽtiã sanctoꝝ. cxiiij. Orõ

Auxiliũ tuum nobis dñe q̄s placatus impẽde: z intercedẽtibus beatis martyribus tuis timotheo atq; simphoriano: dexteram sup nos tue ꝓpiciationis extende. Per. Ep'la. Grãs agere debemus semp p vobis. cxvj. Grad. Exultabunt sancti in. cxvij. All'a. ℣. Mirabilis deus. cxvij. Euang. Cũ audieritis p̄lia et se. cxvij. Offer. Letamini in dño z ex. cxix. Accepta sit tibi dñe sacrate plebis oblatio p tuoruz honore sanctoꝝ: quoꝝ se meritis pcepisse de tribulatione sperat auxiliũ. Per. Cõio. Justorũ anime. cxix. Complẽ. Diuini muneris largitate satiati

quesumus domine deus noster: ut intercedentibus sanctis martyribus tuis timotheo et simphoriano in eius semper participatione vivamus. Per. Lodovici confess. Oro.

Deus qui ecclesiam tuam dispensatione mirabili nobis sp sanctorum illustras splendoribus: tribue quesumus: ut qui beati lodovici confessoris tui atque pontificis solennia veneramur: ad eius consortium pervenire mereamur. Per. Secre. Sanctifica quesumus domine que in honore beati lodovici confessoris tui atque pontificis tue maiestati deferimus: nobis sint ad salutem efficacia: et tue placita pietati. Per do. Cōplē. Immensam clementiam tuam omnipotens deus suppliciter exoramus: ut intercedente beato lodovico confessore tuo atque pontifice: per hec que sumpsimus cuncta nobis adversantia te adiuvante vincamus. Per. Eodem die octava assumptionis marie: et tenetur per totum ut ipso die. ¶ In vigilia sancti bartholomei teneatur sicut in vigilia sancti thome. Eodem die timothei Oro.

Deus qui nos beatorum martyrum tuorum timothei et appollinaris annua festivitate letificas: eorum continua intercessione super nos misericordiam multiplica: ut quorum patrociniis gratulamur: ipsorum suffragiis perpetue salutis auxilium adesse sentiamus. Per. Secre. et Cōplē. require supra timothei et simohoriani. In die sancti bartholomei. Mihi autem. cxxix. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: qui huius diei venerandam sanctamque leticiam in beati apostoli tui bartholomei festivitate tribuisti: da ecclesie tue quesumus et amare quod credidit: et predicare quod docuit. Per. Epistola. Iam non estis ho. cxxix. Grad. In omnem ter. cc. Alla. V. Non vos me ele. cc. Secundum Lucam. xxii.

In illo tempore. Facta est contentio inter discipulos iesu: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis iesus. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici vocantur: vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor: et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit: an qui ministrat? Nonne qui recumbit. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos

duodecim: iudicantes duodecim tribus israel. Offer. Cōstitues eos. xj. Secr. Bti apl'i tui bartholomei solēnia recensentes: q̄s dn̄e vt auxilio ei⁹ tua bn̄ficia capiamus: p quo tibi hostias laudis offerim⁹. Per Cō. Uos q̄ se. xj. Cōpl'. Sūpsimus dn̄e pignus salutis eterne bti bartholomei votiua celebrātes solēnia: vt ppetua merita venerātes: ad vitā nutriamur eternā. P. In trāslatiōe scē heduigis. Gaudeam⁹. xxiij

O A nobis q̄s oīṁ Oro ptēs de⁹ in te sp gloriari: ⁊ concede ꝓpicius: vt q̄ beate heduigis translatiōis diē annua deuotiōe veneramur: ipsius adiuti suffragio tuā gratiā cōsequamur. Per. Ep'la. Mulierē fortē. xxiiij. Grad. Adiuuabit eā. xxv. Alia oīa reqre in natali eius. ℂ In trāslatione sancti adalberti. Letabit iustus.

D Eus q̄ nos ho xj. Oro. die beati adalberti martyris tui atq; pōtificis trāslationis facis celebritate gaudere: tribue q̄s: ei⁹ nos piis sp defensionibus muniri: ⁊ orationib⁹ adiuuari. Per. Ep'la Omnis pontifex. xxj. Grad. Posuisti do. xxiiij. All'a. ℣. Surrexit pastor bonus. lxxxix. Euā. Ego sum pastor bon⁹. lxxxix. Offer. Gloria ⁊ ho. xxiiij. Secre.

S acrificiū dn̄e exhibitū benign⁹ assume: et qd̄ nomini tuo martyris tui adalberti solēnitate deferimus: nobis ꝓsit ad veniā. Per. Cōio. Magna est gloria. xxiiij. Cōpl'. Refecti dn̄e muneribus sacris supplices te dep̄camur: vt indulgentiā tuam nobis intercessio bti adalberti martyris tui semp imploret. Per. Ruffi. Letabit iustus.

A Desto dn̄e sup. xj. Oro. plicatiōib⁹ nr̄is: ⁊ bti ruffi martyris tui intercessiōib⁹ ꝯfidētes: nec minis aduersanciū: nec vllo turbemur hostiuz incursu. P. Ep'la. Nemo militans. xxij. Grad. Beatus vir. xxiij. All'a. ℣. Posuisti dn̄e. xxiij. Euā. Si q̄s vult post me venit. xxiij. Offer. Glia ⁊ hono. xxiiij.

O blatis q̄s dn̄e placare Sec. mūerib⁹: ⁊ intercedēte btō ruffo martyre tuo: a cunctis nos defende periculis. Per. Cōio. Qui vult ve. xxiiij. Cōplē. Refecti celestibus sacramētis ⁊ gaudijs: supplices te rogamus domine: vt quorū gloriamur triumphis: ptegamur auxilijs. Per do. Hermetis martyris.

C Iust⁹ nō cōtur. xxij. Oro. Oncede q̄sum⁹ dn̄e fide-

libus tuis digne scti hermetis martyris tui celebrare solēnia ut ⁊ hic eius experiant̄ auxilia et eternis effectibus apphēdāt Per. Epl'a. Justus si morte. xxij. Grad. Justus nō conturbabit̄. xxiij. All'a. ℣. Letabit̄ iust⁹. xxiij. Euang. Descendēs iesus de mōte. xxvij. Offer. In virtute tua. xxiiij. Secr. Munera nostra dn̄e qs̄ ꝓpiciat⁹ assume: ⁊ ut digne tuis altarib⁹ famulemur: scti hermetis nos intercessiōe custodi. Per. Cō. Posuisti d. xxiiij. Cōp. Repleti dn̄e bn̄dictione celesti: q̄s clemētiā tuā: ut intercedēte btō hermete martyre tuo: q̄ hūiliter gerimus: salubriter sentiam⁹. P.

Augustini. In medio ec. xj. Orō

Adesto supplicatiōibus nr̄is omp̄s de⁹: ⁊ q̄bus fiduciā sperande pietatis indulges: intercedente btō augustino cōfessore tuo atq₃ pōtifice: ꝯsuete miscdie tribue benign⁹ effectū. Per. Epl'a. Optaui ⁊ dat⁹ est. xx. Grad. Jurauit do. xxj. All'a. ℣. Syd⁹ splēdidū magne pr̄ augustine ora ꝓ nobis deū. Euan. Uos estis sal ter. xxij. Offer. Ueritas mea. xxiij. Secr. Beati ꝯfessoris tui augustini nobis dn̄e pia nō desit oratio q̄ ⁊ munera nr̄a cōciliet: ⁊ tuā nobis indulgentiā semꝑ obtineat. Per. Cō. Btūs ser. xxiij. Cōpl'. Ut nobis dn̄e tua sacrificia dent salutē: btūs cōfessor tuus augustin⁹ ⁊ pōtifex qs̄ ꝓcator accedat. Per.

Sabine Cognoui dn̄e. xxiij. Orō.

Sancte sabine martyris tue qs̄ dn̄e pijs adiuti ꝑcib⁹ ⁊ a tꝑalib⁹ eruamur dispēdijs et eternis fulciamur presidijs. Per. Epl'a. Qui gloriat̄ i do. xxiiij. Grad. Adiuuabit eam. xxv. All'a. ℣. Egregia spō. xxv Euā. Sil'e est regnū celo. the. xxv. Offert. Diffusa est gratia. xxv. Cōpl'. Gratāter dn̄e ad munera dicāda cucurrim⁹: q̄ noī tuo ꝓ solennitate sctē martyris tue sabine suppliciter immolam⁹. Per. Cō. Principes ꝓsecuti. xxvj. Cōpl'. Purificet nos dn̄e qs̄ diuini ꝑceptio sacramēti: ⁊ gloriosa dꝑcatio sctē sabine. Per.

¶ In decollatione scti Johānis baptiste De ventre mr̄is mee. clxv. Orō.

Sancti iohānis baptiste ⁊ martyris tui dn̄e qs̄ veneranda festiuitas salutaris: auxilij nob̄ ꝑstet effectū. Per. Epl'a. Expectatio iustoꝝ. xxv. Grad. Pri⁹ quā te forma. clxv. All'a. ℣. Misso herodes spiculatore: precepit amputare caput io-

hannis baptiste. Seque. ps. Psallite regi nostro. ccxlvj. Scdm Mar-

In illo tpe: Misit cum. vj. herodes ac tenuit iohannē: et vinxit eū in carcerē propter herodiadē uxorē philippi fratris sui: quia duxerat eā. Dicebat eñ iohannes herodi Nō licet tibi habere uxorē fratris tui. Herodias autem insidiabat illi: et volebat occidere eū: nec poterat. Herodes autē metuebat iohannē: sciens eū virū iustū et sanctū: et custodiebat eum: et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. Et cum dies opportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cūq; introisset filia ipsi⁹ herodiadis: et saltasset: et placuisset herodi simulq; recumbētibus: rex ait puelle. Pete a me qd vis: et dabo tibi: et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que cū exisset dixit matri sue. Quid petā: At illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cunq; introisset statim cū festinatiōe ad regē: petiuit dicēs. Volo vt ptin⁹ des mihi i disco caput iohānis baptiste. Et ɔtristat⁹ est rex ppter iusiurādū: et ppter simul discūbentes noluit eā ɔtristare: sed misso spiculatore: pcepit afferri caput eius i disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito: discipuli eius venerunt: et tulerūt corpus eius et posuerūt illud in monumēto. Offer. Justus vt pal. clxvj. Secr. Munera tibi dñe p sancti martyris tui iohannis baptiste passione deferētes: qs vt eius obtentu nobis proficiant ad medelā. Per dn. Cōio. Tu puer pheta. clxvj. Cōplen. Conferat nobis dñe sancti iohānis baptiste vtraq; solennitas: vt et magnifica sacramēta q sumpsim⁹ digne veneremur et nob salutaria sentiam⁹. P.

Felicis et adaucti. Sapiētiā san. ctiiij. Orō

Maiestatē tuā dñe suppliciter deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctoȝ martyȝ tuoȝ felicis et adaucti cōmemoratiōe letificas: ita sp supplicatiōe defendas. P. Epl'a. Rememoramini pristinos dies. ccvj. Grad. Gloriosus deus. ccvij. All'a. V. Te martyrum candi. xij. Euang. Attendite a fermento. ccviij. Offer. Letamini in dño. ccix. Secr. Hostias domine tue plebis intēde

et q̄s in honore sanctorū martyrū tuorū felicis ⁊ adaucti deuota mēte celebrat, pficere sibi sentiat ad salutē. Per. Cō. Dico vobis. cix. Cōplē. Refecti dn̄e muneribus sacris q̄m̄s: ut intercedentibus sc̄tis martyribus tuis felice ⁊ adaucto: i gratiarū actione semꝑ maneam⁹. Per dn̄. Pelagij Orō.

Deus q̄ btm̄ pelagiū martyrē tuū inter vincula liberū: inter tormenta securū gr̄a tua ubertate fecisti: q̄m̄s clementiā tuā: ut in nobis flāmas corporaliū passionū ꝑ eius intercessionē extinguas: ⁊ ignē sancte charitatis infundas. P. Eodem die paulini Orō.

Deus q̄ hodierna die beatū paulinū cōfessorē tuū atq₃ pontificē eterne beatitudinis gloria sublimasti: ꝯcede ꝓpicius: ut cui⁹ merita veneramur in terris: intercessiōis eius auxilio apud misericordiā tuam muniamur in celis. P. Secr.

Intercessio q̄m̄s dn̄e sancti pelagij munera nostra cōmēdet nosq₃ in eius veneratiōe maiestati tue reddat acceptos. P. Munera nostra dn̄e Secreta quesumus apud clemētiā tuā beati paulini ꝯfessoris tui atq₃ pontificis cōmendet oratio: ⁊ tue maiestati sint accepta: ⁊ nobis supplicātibus ꝓsint ad veniā. Per. Compl. Sumētes dn̄e sacramēta celestia i festiuitate sancti pelagij martyris tui suppliciter deprecamur: ut q̄ sedula seruitute donante te gerimus: ꝑ eius intercessionem dignis sensibus tuo munere capiam⁹. Per. Cōpl. Sūpsim⁹ dn̄e beati paulini ꝯfessoris tui atq₃ pōtificis festiuitate letantes sacramēta celestia: cui⁹ suffragijs q̄m̄s largiaris: ut ꝑ tēporalia festa q̄ agim⁹: ꝑuenire ad gaudia eterna mereamur. Per. Egidij abbatis. Os iusti. cix. Orō.

Pretende nobis dn̄e misericordiā tuam: ⁊ bti egidij abbatis intercessio: cuius nos dedisti patrocinijs adiuuari: tribue ut maiestatē tuā exoret ꝓ nob. Per Ep̄la. Dilectus deo ⁊ hoībus. cx. Grad. Dn̄e ꝑuenisti. cxij. All'a. V. Iste sc̄tūs. cxj. Euang. Nemo accēdit lu. cxij. Offer. Desyderiū aīe. cxiiij. Secre. Intercessio q̄m̄s dn̄e beati egidij abbatis munera nr̄a tibi commendet: nosq₃ eius veneratio sc̄tā tue maiestati reddat acceptos. Per. Cō. Beat⁹ ser. cxiiij Q̄m̄s omp̄s de⁹: ut Complē. qui celestia alimēta ꝑcipimus

intercedēte btō egidio abbate
ↄtra oīa muniamur aduersa:
et ad gaudia eterna ↄsequēda
spes nobis suppetat ⁊ facultas.
Per dn̄. Eodē die prisci Orō.
O Mps sempiterne de⁹: for
titudo certātiū ⁊ martyꝝ
palma: solēnitatem hodierna
die ꝓrici⁹ intuere: ⁊ ecclesiā tuā
ↄtinua fac celebritate letari: ut
intercessiōe bti prisci martyris
credētiū vota pficias. p. Sec.
Eius tibi precibus grata dn̄e
reddat oblatio: p cui⁹ festiui-
tate imolat. Per. Cōpl. P re
sta qs dn̄e: ut sacramenti tui
participatiōe vegetati: sancti
quoqz prisci martyris tui pci-
bus adiuuemur. Per. Rema
D A qs omps de di orō.
us: btissimi sacerdotis et
cōfessoris tui remadi meritis
imēse nos tue pietatis miseri-
cordiā consequi: quaten⁹ eius
interueniētib⁹ pcibus nr̄a dele
ant facinora. Per. Magni cō
S Ancti magni fess. Orō.
confessoris tui dn̄e qs
supplicatione plebs tua bn̄di-
ctionē pcipiat: ⁊ de ei⁹ meritis
feliciter glorief: ⁊ eterne socie-
tatis leticia gratuletur. Per.
¶ In natiuitate marie fiat me
moria Adriani. Orō.
P Resta qs omnipotēs de
us: ut qui beati adriani marty
ris tui natalicia colim⁹: a cun
ctis malis imminētibus eius
intercessione liberemur. Per.
Eodē die Corbiani Oratio.
O Mps sempiterne deus q̄
nos annua recursiōe de
positionis scti corbiani ↄfesso-
ris tui atqz pōtificis letificas:
eius suffragātib⁹ meritis cōce
de ꝓpicius: ut ab imminētibus
pctōꝝ nostroꝝ periculis libere-
mur: ⁊ eternis gaudijs perfrui
mereamur. Per. Sec. Mune
ra qs dn̄e dicata sanctifica: ⁊
intercedēte btō adriano mar-
tyre tuo: p eadē nos placatus
intēde. Per. Secre. H ec mu-
nera quesumus dn̄e clemēter
suscipe: ⁊ intercedēte beato cor-
biano cōfessore tuo: nobis sa-
lutaria cōcede. Per. Cōplen.
B ti adriani martyris tui in-
tercessiōe placatus: psta qs:
ut que tēporaliter gerimus: p-
petua saluatione capiamus.
Per. Cōplen. G ustu saluta-
ris hostie recreati: omnipoten
tiam tuam dn̄e suppliciter de-
precamur: ut intercedentibus
sancti confessoris tui atqz pon
tificis meritis: nos interi⁹ ex-
teriusqz ab omni aduersitate
custodi. Per dn̄m. ¶ Ad mis-
sam. Gaudeamus oēs. cclxiij.

Famulis tuis q̃s Oro.
dn̄e celestis grē mun⁹ im
partire: ut q̄bus btē marie vir
ginis part⁹ extitit salutis exor
diū: natiuitatis ei⁹ votiua so-
lēnitas pacis tribuat incremē
tū. Per. Lcõ libri Sapiētie.

Ominus Prouer. viij.
possedit me i initio viaꝝ
suaꝝ: anteq̄z q̄cq̄z faceret a pn
cipio. Ab eterno ordinata suz
ꝛ ex antiq̄s: anteq̄z terra fieret
Nōdū erāt abyssi: ꝛ ego iā ꝯce
pta erā. Necdū fontes aq̄ruz
eruperāt: necdū montes graui
mole ꝯstiterāt. Añ oēs colles
ego parturiebar. Adhuc ter-
rā nō fecerat: et flumina ꝛ car-
dines orbis terre. Quādo p̄pa
rabat celos aderā: qñ certa le-
ge et gyro vallabat abyssos.
Quando ethera firmabat sur-
sum: ꝛ librabāt fontes aquaꝝ.
Quando circūdabat mari ter-
minū suū: ꝛ legē ponebat aq̄s
ne trāsirent fines suos. Quā
do appendebat fundamenta
terre: et cum eo erā cūcta com-
ponens. Et delectabar p singu
los dies ludēs corā eo omi tē-
pore. Ludens in orbe terrarū:
ꝛ delicie mee esse cum filijs ho
minū. Nunc ergo filij audite
me. Beati qui custodiūt vias
meas. Audite disciplinam et
estote sapiētes: ꝛ nolite abijce
re eā. Beat⁹ homo q̄ audit me
q̄ vigilat ad fores meas quoti
die: et obseruat ad postes ostij
mei. Qui me inuenerit inueni
et vitā: ꝛ hauriet salutē a dn̄o.

Grad. Audi filia. cxv. Alla. V.
Natiuitas gloriose virginis marie
ex semine abrae: orta de tribu iuda
clara ex stirpe dauid. Seq̄n. Stir
pe maria. cxlvi. Initiū sancti
euan. Scd̄m Matheū. j.

Iber generationis iesu
christi filij dauid: filij abraā.
Abraam genuit ysaac: ysaac
autē genuit iacob. Iacob au-
tem genuit iudā: ꝛ fratres eius
iudas autem genuit phares ꝛ
zaram de thamar. Phares au
tem genuit esrom: esrom autē
genuit aram. Arā autē genuit
aminadab: aminadab autem
genuit naason. Naason autē
genuit salmon: salmon autez
genuit booz de raab. Booz
autem genuit obeth ex ruth:
obeth autē genuit iesse. Iesse
autem genuit dauid regē: da-
uid autē rex genuit salomonē
ex ea que fuit vrie. Salomon
aūt genuit roboā: roboā autē
genuit abia. Abia aūt genuit
asa: asa autē genuit iosaphat.
Iosaphat autem genuit iorā:
iorā autē genuit oziā. Ozias

autē genuit ioathan: ioathan aūt genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiam: ezechias aūt genuit manassen. Manasses aūt genuit amon: amō aūt genuit iosiā. Josias autē genuit ieconiā ꝛ frēs ei⁹: i trāsmigratiōe babylonis. Et post trāsmigrationē babylonis: ieconias genuit salathiel: salathiel aūt genuit zorobabel. Zorobabel aūt genuit abiud: abiud autē genuit eliachim. Eliachim autē genuit azor: azor aūt genuit sadoch. Sadoch aūt genuit achim: achim autez genuit eliud. Eliud aūt genuit eleazar: eleazar autez genuit mathan. Mathan aūt genuit iacob: iacob aūt genuit ioseph viꝝ marie: de q̄ natus est iesus q̄ vocatur christus. Offer. Diffusa est gr̄a. ccxv. Secr̄. Unigeniti tui dn̄e nob̄ succurrat hūanitas: vt q̄ natus de virgine matris integritatē nō minorauit sed sacrauit: i natiuitatis ei⁹ solēnijs a nr̄is nos piacul' exuēs oblationē nostrā sibi faciat acceptā. Qui te. Cōio. Diffusa est gra. ccxv. Cōpl̄. Sumētes dn̄e celebritatis annue votiua sacramēta: presta quesumus: vt intercedēte beata maria dei genitrice semp virgine: tempora lis nobis vite p̄curant remedia et eterne. Per eun. Gorgonij Intr̄. Gloria ꝛ hono. cxij. Or̄o.

Sanctus gorgonius dn̄e quesum⁹ nos sua intercessione semp letificet: ꝛ pia faciat solēnitate gaudere. Per.

Eodē die Kunegūdis Oratio

Omnipotens sempiterne deus: q̄ a gloria tua nullū excipis sexū: nullāqz conditionez excludis: te suppliciter exoram⁹: ut sicut btē kunegūdi virgini tue: post terreni culmē imperij celestis regni soliū ꝯtulisti: ita meritis eius et p̄cibus nob̄ quoqz famulis tuis eterne felicitatis p̄mia largiaris. Per. Ep̄la. Just⁹ si mor. cxij. Grad. Dn̄e preuenisti. cxiij Alla. ℣. Corona au. cxiij. Euā. Si quis vult venire post. cxiiij Offer. Posuisti. cxiiij. Secreta.

Grata sit tibi dn̄e nr̄e seruitutis oblatio: p q̄ sanct⁹ gorgonius martyr tu⁹ interueniat. Per. Secre. Sacrificiuz laudis tibi dn̄e offerimus tuā clementiā implorātes: ut hui⁹ sacramenti virtute: intercedente beata kunegūde virgine tua nos a pct̄is expies: et a periculis tuearis. Per. Cōio. Posuisti dn̄e. cxiiij. Cōpl̄. Familiam tuā q̄s dn̄e ꝓpicius intuere: ꝛ

intercedẽte btõ gorgonio mar
tyre tuo ꝑ hec sctã q̃ sumpsim⁹
a cũctis eripe benignus aduer=
sis. Per. Cõp. Sacramẽtũ re
dẽptionis humane qđ in ho=
nore sctẽ kunegundis ṽginis
obtulimus: tibi nos dñe red=
dat acceptos: ut ꝑ hoc qđ acce=
pimus: ipsi de tuo ꝛ tu suscepi
sti de nostro: i tuo semꝑ unio=
ne viuamus. Qui. Prothi et
iacincti. Judicabũt sancti. cciiij.
B Eatoꝝ nos dñe pro Oro
thi ꝛ iacincti: felicis et re=
gule foueat ꝓciosa cõfessio: et
pia iugiter intercessio tueatur
Per. Epła. Scitis qm̃ specta=
culũ facti. ccv. Grad. Uindica
dñe. ccvij. Alla. ℣. Judicabunt
sctí. ccvij. Euã. Cũ ꝑseqn. vos
ccix. Offer. Gliabunt. ccix. Sec.
Pro sctõrũ tuorũ prothi et ia=
cincti: felicis ꝛ regule cõmemo
ratione munera tibi dñe q̃ de=
bemus exoluentes: ꝓsta qm̃s:
ut remediũ nobis ꝑpetue salu
tis operent. Per. Cõio. Anima
nostra. ccix. Cõplẽ. Ut ꝑcepta
nos dñe tua sancta purificẽt: ꝛ
bti prothi et iacincti: felicis et
regule qm̃s imploret orõ. P.
Materni. Statuit ei. ccix. Oro
D Eus q̃ btm̃ maternũ cõ
fessorẽ tuũ atq3 põtificẽ
eternitatis gł'ia sublimasti: cõ
cede nobis famulis tuis eius
memoriã celebrãtib⁹ cunctoꝝ
veniã delictoꝝ: ꝛ eterne btitu=
dinis ꝓmiũ sempiternũ. Per
Has hostias qm̃s dñe Secre.
q̃s tue maiestati ꝯsecrãdas of=
ferim⁹: interueniente btõ ma=
terno ꝯfessore tuo atq3 põtifi=
ce: ad ꝑpetuã atq3 presentẽ fac
nobis ꝑuenire salutem. Per.
B ti materni ꝯfessoris Cõpł.
tui atq3 põtificis qm̃s dñe in=
tercessiõe placatus: ꝛ veniã pec
catoꝝ nr̃orũ tribue: ꝛ remedia
sempiterna ꝯcede. Per. In ex
altatiõe sctẽ crucis oĩa sicut in
ipsi⁹ inuẽtiõe: ꝓter Coll. secre.
D Eus q̃ nos ꝛ cõpł. Oro
vnigeniti filij tui domi
ni nr̃i iesu christi precioso san
guine humanũ gen⁹ redimere
dignatus es: ꝯcede ꝓpicius: ut
qui ad adorãdã viuificã eius
crucẽ adueniũt: a pctõrũ suo=
rũ nexib⁹ liberent. Per. Secr.
Deuotas dñe humilitatis no
stre ꝓces ꝛ hostias misc̃die tue
comitet auxiliũ: et salutẽ quã
ꝑ adã in paradiso ligni clause
rat temerata ꝓsumptio: ligni
rursuz fides apiat. Per. Cõp.
Iesu christi dñi nostri corpe ꝛ
sanguine saginati: ꝑ quẽ cru=
cis est sctificatũ vexillum qm̃s
dñe de⁹ noster: ut sicut adorare

meruim⁹: ita ꝑhēnitatis eius gr̄a salutari ꝑtiamur effectu. ℣. Eodē die Cornelij et cip̄a ni. Sacerdotes dei. cix. Or̄o.

B Eatoꝝ martyꝝ paritérqꝫ ꝑōtificū cornelij ⁊ cipriani nos dn̄e qs̄ festa tueant̄: ⁊ eorū cōmēdet or̄o venerāda Per. Ep̄la. Reddet de⁹ mer. cv. Grad. Sacerdotes ei⁹. cxi. All'a. ℣. Fulgebūt iu. cviij. Euā. Dicebat iesus turbis iudeo. ⁊ p̄n. cviij. Offer. Exultabūt san. cix. Secr. P lebis tue dn̄e munera benignus intēde: q̄ maiestati tue ꝑ sanctoꝝ martyrum tuoꝝ cornelij ⁊ cipriani solēnitatibus sunt ditata. Per. Cō. Justoꝝ aīe. cix. Cōp. Q s̄ dn̄e salutarib⁹ repleti mysterijs: vt quoꝝ solēnia celebramur eoꝝ or̄onib⁹ adiuuemur. Per. In octaua natiuitatis marie ꝑ totū vt ip̄o die. Eodē die Nicomedis Or̄o.

A Desto dn̄e ꝑp̄l'o tuo: vt bt̄i nicomedis martyris tui merita p̄clara suscipiens: ad impetrandā misc̄dia₃ tuā semꝑ ei⁹ patrocinijs adiuuemur. Per. Secre. S uscipe dn̄e munera ꝑpici⁹ oblata: q̄ maiestati tue beati nicomedis martyris tui cōmendet or̄o. Per. Cōplē. P urificent nos q̄s dn̄e sacramenta q̄ sumpsimus: ⁊ intercedēte bt̄o nicomede martyre tuo: a cūctis efficiāt vicijs absolutos. Per dn̄. Eufemie virgi. Loquebar de te.

D Eus q̄ bt̄e eu cxiij. Or̄o femie v̄gini martyriqꝫ tue ꝑ noīe tuo dimicādi fidē ⁊ ꝯstantiā tribuisti: ꝯcede p̄cib⁹ nr̄is vt sicut illa horrēda vicit tormenta penarū: ita ⁊ nos seuissimi hostis vitia te auxiliāte vincamus. Per. Ep̄la. Sapientia vincit maliciā. cxiiij. Grad. Specie tua. cxv. All'a. ℣. Diffusa est gr̄a. cxv. Euā. Sil'e est regnū ce. de. v̄. cxv. Offer. Filie regū. cxv. Secre. P resta qs̄ dn̄e deus noster: vt sicut in ꝯspectu tuo mors est p̄ciosa sanctorū: ita eoꝝ merita venerantiū accepta tibi reddat̄ oblatio. Per. Cō. Sil'e est regnū. cxvj. Cōplē. S anctificet nos deus qs̄ tui perceptio sacramēti: et intercessio bt̄e eufemie martyris tue tibi reddat acceptos. Per. Lamperti mar. In

I virtute tua. cxij. Oratio. Ntercessio qs̄ dn̄e beati lāperti martyris tui atqꝫ pontificis tuam nobis nō desinat placare iusticiā: et nostru₃ tibi deuotū efficere famulatū. Per Ep̄la. Nemo militans. cxiij. Grad. Beat⁹ vir. cxiij. All'a. ℣.

Corona aurea. xxiij. Euã. Noli-
te arbitrari. xxiiij. Offer. Po-
suisti dñe. xxiiij. Secr. Inexhau
ste largitatis deus: sereno vul
tu p̃sentia cõtẽplare: ⁊ benedic
munera q̃ in honore sancti lã-
perti martyris tui atq; pontifi
cis tibi offerunt̃ ꝯsecrãda. P
Cõ. Magna est gl'ia. xxiiij. Cõp.
Sacrosanctũ corpis ⁊ sangui
nis tui libamẽ dñe summa hu
miliatione sumentes: q̃ms im
mensam misericordiã tuã: vt
interueniente beato lamperto
martyre tuo atq; põtifice: per
hos nosipsum facias in te ma
nere recte viuẽdo: ⁊ in te nobis
manentẽ manifestas semp so-
latiũ exhibẽdo. Per. Lucij et
Geminiani Oro.
Presta dñe p̃cibus nostris cũ ex
ultatione ꝓuentũ: vt quorum
diẽ passionis annua deuotio-
ne recolimus: et fidei constan-
tiã consequamur. Per. Secr.
Vota populi tui dñe ꝓpiciat⁹
intende: et quorũ nos tribuis
solẽnia celebrare: fac gaudere
suffragijs. Per. Cõpl. Exau
di dñe p̃ces nostras: et sctõruz
tuorũ lucij ⁊ geminiani quoꝝ
festa solẽniter celebramus: ꝯti
nuis foueamur auxilijs. P.
Januarij et so. ei⁹ Oro.
Adesto nobis dñe marty
rum depcatione sanctorũ ia
nuarij sociorũq; eius: ⁊ quos
pati ꝑ tuo noĩe tribuisti: fac tu
is fidelibus suffragari. Per.

¶ In vigilia Mathei. Ego au
tẽ sicut oliua. xxxix. ꝑ totũ. Oro
Da q̃ms omnipotẽs deus:
vt bt̃i mathei apl'i tui et
euãgeliste quã p̃uenimus ve-
nerãda solẽnitas: ⁊ deuotionẽ
nobis augeat ⁊ salutem. Per.
Epl'a. Beatus homo qui inue
nit sapientiã. xcij. Scdm Lu-
cam. v.
In illo tpe: Vidit
iesus publicanuz noĩe le-
ui sedentẽ ad theloneum: ⁊ ait
illi. Seq̃re me. Et relictis omi
bus surgens secutus est eũ. Et
fecit ei cõuiuiũ magnũ leui in
domo sua. Et erat turba mul-
ta publicanoruz et aliorũ qui
cũ illis erant discumbẽtes. Et
murmurabant pharisei et scri
be dicentes ad discipulos eius
Quare cum publicanis ⁊ pec-
catoribus comeditis et bibi-
tis. Et respõdẽs iesus dixit ad
illos. Nõ egent qui sani sunt
medico: sed qui male habent.
Non em̃ veni vocare iustos:
sed peccatores ad penitentiã.
Secre.
Apostolici reuerentia
culminis offerentes sacra my-
steria quesum⁹ domine: vt bea
ti mathei euãgeliste suffragijs

cui⁹ natalicia p̄im⁹: hec plebs tua semp̄ ⁊ sua vota depromat ⁊ desyderata pcipiat. Per dn̄. Beati mathei apl̄i tui ⁊ Cōpl̄. euāgeliste dn̄e q̄s supplicatione placat⁹: ⁊ veniā nob̄ tribue: ⁊ remedia sempiterna p̄cede. Per dn̄. In die sctō Intr. Mihi aūt ni. cxcix. Orō. Beati mathei apl̄i tui et euāgeliste q̄s dn̄e p̄cib⁹ adiuuemur: vt qd̄ possibilitas nr̄a nō obtinet: eius nob̄ intercessione donet. Per. Epl̄a. Frēs Unicuiq; ve. da. est grā. xcv. Grad. Cōstitues eos. cx. All'a. ℣. Prim⁹ ad sion. cx. Seq̄n. Iocundare. cxlvj. Scd̄m matheū. ix.

In illo tp̄e: Cū trāsiret iesus vidit hoīez sedentē in theloneo matheū noīe. Et ait illi. Sequere me. Et surgēs secutus est eū. Et factū est discūbente eo ī domo: ecce multi publicani ⁊ peccatores venientes discumbebāt cū iesu ⁊ discipulis eius. Et videntes pharisei dicebāt discipulis eius. Quare cū publicanis et peccatorib⁹ mānducat magister vester? At iesus audiēs ait. Nō est opus valētib⁹ medicus: sed male habētib⁹. Eūtes aūt discite quid est: misericordiā volo ⁊ nō sacrificium. Nō eīm veni vocare iustos: sed pctōres. Offer. Constitues eos. cxj. Secre. Supplicationibus apl̄icis beati mathei apl̄i tui et euāgeliste q̄s dn̄e ecclesie tue cōmendet oblatio: cui⁹ magnificis p̄dicatiōibus erudit. Per. Cōio. Uos qui secuti. cxj. Cōplē. Perceptis dn̄e sacramētis btō matheo apl̄o tuo et euāgelista interueniēte dep̄camur: vt que p illius celebrata sunt gloria: nobis pficiant ad medelam. Per. Mauricij. Gaudeam⁹ oēs. cxxiij. Ps. Exultate iusti in dn̄o. cxxiij. Orō.

Annue q̄s omp̄s deus: Ut nos btōrū martyrum tuorū mauricij: exup̄erij: cādidi: victoris: innocētij: vitalis: sociorūq; eorū letificet btā solēnitas: vt quoꝝ suffragijs innitimur natalicijs gloriemur. Per. Epl̄a. Iustorū aīe. cxv. Grad. Uindica dn̄e. cxvij. All'a. ℣. Te martyꝝ cā. xij. Euan. Uidens iesus turbas ascen. cxvij. Offer. Aīa nr̄a. cxix. Secre. Respice dn̄e munera q̄ in sanctoꝝ martyrū tuorū cōmemoratione deferimus: ⁊ p̄sta: vt quorū honore grata sunt: eoꝝ nobis fiāt intercessiōe p̄petua. Per. Cōio. Posuerūt mortalia. cxix. Celestibus refecti sacra Cōp. mētis et gaudijs: supplices te

rogamus omp̄s deus: ut quoꝝ
gloriamur triumphis ꝓtega-
mur auxilijs. P. Tecle Oro.
D Omine deꝰ omp̄s rex et
dn̄s dominātiū: q̄ btē te
cle virgini ꝛ martyri tue diuer
sarū ferocitatē feraꝝ tua potē-
tia subiugasti: ꝯcede nobis ve
niā pctōꝝ: ut per intercessionē
ipsiꝰ liberemur ab hostibꝰ men
tis ꝛ corpis. Per. Emmerami
D Eus q̄ hodierna Oro.
die btm̄ emmeramū sa-
cerdotē tuū martyrij palma co
ronasti: ꝯcede q̄s: ut sicut ille
membroꝝ suoꝝ abscisiones ꝓ
amore tuo passus ciuibꝰ super-
nis meruit associari: ita ꝛ nos
ꝑ illiꝰ suffragia inter unigeni-
ti tui mēbra mereamur cōnu-
merari. Qui te. Secr. Sacrifi
ciū nr̄m tibi dn̄e q̄s beati em
merami martyris tui atq; pō-
tificis ꝑcatio sancta ꝯciliet: ut
cuiꝰ honore solenniter exhibeꝛ
meritis efficiaꝛ acceptū. Per.
S upplices te rogamꝰ Cōpl.
omp̄s deꝰ: ut quos celestibꝰ do
nis refecisti: intercedēte beato
emmeramo martyre tuo atq;
pōtifice: ꝑpetua ꝓtectiōe custo-
dias. Per. In ꝯceptiōe sancti
Johannis. Ne timeas zacharia.
D A q̄s omp̄s clxiiij. Oro
deus in sctē ecclesie utero
ꝯstitutos: eo nos spū ab iniq̄-
tate nostra iustificari: quo bea
tū iohānē intra viscera mater-
na docuisti. Per. eiusd. Epla.
Memoria iu. clxv. Grad. Fu-
it hō missus. clxiiij. Alla. V. Erat
iohānes. clxv. Seque. Inter na-
tos. ccxliij. Euāg. Dixit zacha
rias ad ange. clxv. Offer. Iu-
stus ut palma. cciij. Secre. Mu-
nera dn̄e oblata sctifica: et in-
tercedēte ꝓ nobis btō iohāne
baptista: nos ꝑ hec a pctōꝝ no
stroꝝ maculis emunda. Per.
Cōio. Tu puer. clxvj. Cōplen.
B eati iohannis baptiste nos
q̄s dn̄e ꝑclara comiteꝛ orō:
ut quē venturū esse ꝑdixit: po-
scat nobis fore placatū dn̄m.
D Iustine virginis Oro.
Eus q̄ btē iustine virgi-
ni ꝛ martyri tue tēptamēta ho
stis supare: et illibate virgini-
tatis signaculū cōseruare: tua
virtute tribuisti: ꝯcede ꝓpicius
nob̄ supplicātibꝰ: ut cuiꝰ glo-
riosum triumphū victorie ve-
neramur i terris: eiꝰ ꝑpetuo cō-
sortio iūgamur in celis. Per.
E Cclesiā Rudperti Oro.
tuā q̄s dn̄e pia misera-
tione custodi: ꝛ quē btissimus
ꝯfessor ꝛ sacerdos tuꝰ rudꝑtꝰ
a cunctis te ꝑsidiāte purgauit
heresibus: ipsiꝰ orōnibꝰ nō de-

sinas momētis oībus adiuua
ri. Per. Secre. Supplicatio-
nis nr̄e hostias omps deus vt
clemēter suscipias hūiliter exo
ramus: z familie tue q̄ se btissi
mi confessoris z sacerdotis tui
monitis eruditā exultat: cele-
stis regni ianuas apire digne
ris. Per. Cōpl. D n̄e deꝰ ops
q̄ corpe et sanguine christi filij
tui nos satiare dignatꝰ es p̄sta
ꝓpiciꝰ: vt bti ꝯfessoris tui atq̄z
pōtificis rudperti: cuiꝰ in tuo
noīe hodie solēnia celebramꝰ:
adiuti suffragijs eternis inter-
esse epulis mereamur. Per d.
Cosme z damiani mar. Sapiē
tiā sanctoꝝ. cxiiij. Orō.
Magnificet te dn̄e sctōꝝ
martyrū tuoꝝ cosme z damia
ni btā solēnitas: q̄ et illis glo-
riā sempiternā: z opē nob̄ inef
fabili ꝓuidētia ꝯtulisti. Per.
Epl'a. Qui timent dn̄m. cxvj.
Grad. Clamauert iu. cxvij. All'a.
℣. Judicabūt scti. cxvij. Euāge.
Descēdēs iesus de mōte. cxvij.
Offer. Gl'abunt. cxix. Sec. In
tuorū dn̄e p̄tiosa morte sctōꝝ
sacrificiū illud offerimus: de
quo martyrū sumpsit oē p̄n
cipiū. Per. Cō. Posuerūt mor
ta. cxix. Cōplē. Sit nob̄ dn̄e sa
cramenti tui certa salutatio: q̄
cū btōꝝ martyrū tuorū cosme
z damiani meritis imploratꝰ.
Per. Stanislai. In virtute tua
Populū tuū cxij. Orō.
Quēs dn̄e intercedēte btō
stanislao gl'ioso martyre tuo
atq̄z pōtifice vngue tue v̄tutis
ꝓtēter defende: z solē maiesta
tis tue irreuerberato mētis ra-
dio gloriāter intueri concede.
Per. Epl'a. Ois pōtifex. cxj.
Grad. Posuisti dn̄e. cxiij. All'a.
℣. Surrexit pa. bo. lxxxix. Euā.
Ego sū pastor. lxxxix. Offer.
Gl'ia z hono. cxiiij. Secr. Cōio. z
Cōpl. reqre i eiꝰ natali. ¶ We-
cesslai. Letabit iu. cij. Orō
Deus q̄ bti Wencesslai no
bilitatē in meliorē cōmutasti
dignitatē: z eū ꝑ martyrij pal-
mā ad celestē ꝑduxisti gloriā:
eius p̄cibus nos quēs ab omi
aduersitate libera: z eterne bea-
titudinis cōcede ꝑfrui gloria.
Per d. Epl'a. Justꝰ si mor. cij
Grad. Beatꝰ vir. cxiij. All'a. ℣.
Letabit iu. ciij. Seq̄n. Christe p̄-
clari tui militis. cxlvj. Euā. Si
q̄s vult ve. post me. ciij. Offer.
Posuisti dn̄e. cxiiij. Secre. Pre-
sentia munera quēs dn̄e ita se-
rena pietate intuere: vt sctispi-
ritꝰ ꝑfundant bn̄dictiōe: z i no
stris cordibꝰ eā dilectionē vali
dius infundāt: ꝑ quā sanctus
martyr Wēcesslaus oīa corporis

sui torméta deuicit. Per. Cō.
Qui vult ve. xxiiij. Cōpl. Sup=
plices te rogamus omp̄s deus
vt quos tuis reficis sacramen
tis: intercedēte btō Wenceslao
martyre tuo: tibi etiā placitis
moribus deseruire concedas.
Per. ¶ Michaelis archāgeli

B Enedicite dn̄o oēs Intr.
angeli eius: potētes virtu=
te qui facitis verbū eiꝰ: ad
audiendā vocē sermonū eiꝰ. Ps.
Bn̄dic aīa mea dn̄o: et oīa que in=
tra me sunt noī sancto eius. Orō.

D Eus ꝙ miro ordine an=
gelorū ministeria homi
nūqȝ dispēsas: ꝯcede ꝓpiciꝰ: vt
a quibus tibi ministrātibꝰ ī ce=
lo semꝑ assistit: ab his ī terra
vita nr̄a muniat. Per. Lctō
lib. Apocalypsis btī Johānis

I N diebus illis: aplī. xij.
Factū est preliuȝ magnū
in celo. Michael ⁊ angeli eius
preliabātur cū dracone: ⁊ dra
co pugnabat: et angeli eius: ⁊
nō valuerunt: neqȝ locus eo=
rum inuentus est amplius in
celo. Et proiectus est draco il=
le magnus serpens antiquus:
qui vocatur diabolus ⁊ satha=
nas: ꝙ seducit vniuersum or=
bem: ⁊ ꝓiectus est in terrā: ⁊ an
geli eius cū illo missi sunt. Et
audiui vocē magnā in celo di=
centē. Nūc facta est salus ⁊ vir
tus et regnū dei nostri: et pote
stas christi eius. Quia ꝓiectus
est accusator fratrū nostrorū:
qui accusabat illos ante cōspe=
ctū dei nostri die ac nocte. Et
ipsi vicerunt eū ꝓpter sangui=
nem agni: et ꝓpter verbū testi
monij sui. Et non dilexerunt
animas suas vsqȝ ad mortē.
Propterea letamini celi ⁊ qui
habitatis in eis. Grad. Bene=
dicite dn̄o omnes angeli eius: potē
tes virtute qui facitis verbū eius.
℣. Benedic anima mea dn̄o: ⁊ oīa
interiora mea nomen sanctū eius.
Alla. ℣. Concussum est mare: et
contremuit terra: vbi archangelus
michael descēdebat de celo. Scdm
Matheum. capit. xviij.

I N illo tēpore: Accesserunt
ad iesum discipuli eius dicen=
tes. Quis putas maior est in re
gno celorū. Et aduocans ie=
sus paruulū: statuit eū in me=
dio eorū: et dixit. Amen dico
vobis: nisi conuersi fueritis: ⁊
efficiamini sicut paruuli: non
intrabitis in regnū celorum.
Quicunqȝ ergo humiliauerit
se sicut paruulꝰ iste: hic est ma=
ior in regno celoꝝ. Et qui sus=
ceperit paruulū talē in nomi=
ne meo: me suscipit. Qui au=
tem scādalizauerit vnū de pu=

sillis istis q̃ in me credũt: expedit ei ut suspẽdat̃ mola asinaria i collo eius ꝛ dimergat̃ i pfundũ maris. Ve mũdo ab scãdalis. Necesse est em̃ ut veniãt scandala. Verũtamẽ ve hoi p quẽ scãdalũ venit. Si aũt manus tua vel pes tu⁹ scãdalizat te: abscinde eum ꝛ pijce abs te. Bonũ est tibi i vitã ingredi debilẽ vel claudũ: q̃z duas man⁹ vel duos pedes habẽtẽ mitti in ignẽ eternũ. Et si oculus tuus scãdalizat te: erue eum: ꝛ pijce abs te. Bonũ est tibi cum uno oculo in vitã intrare: q̃z duos oculos habentẽ mitti i gehẽnã ignis. Videte ne ↄtẽnatis unũ ex his pusill'. Dico em̃ vob: q̃a angeli eoꝝ i celis sp videt faciẽ patris mei q̃ in celis est. Offer.

Stetit angel⁹ dñi iuxta arã templi habes thuribulũ aureũ i manu sua ꝛ data sunt ei incẽsa multa: ꝛ ascendit fumus aromatũ in ↄspectu dei.

Hostias tibi dñe laudis Sec. offerimus: suppliciter depcantes ut easdẽ angelico iterueniente p nob suffragio: ꝛ placat⁹ accipias: et ad salutẽ nostrã pvenire concedas. Per. Cõio.

Benedicite oẽs angeli dñi dño: hymnũ dicite: ꝛ supexaltate eũ in secula.

Beati archãgeli tui mi Cõpl. chaelis intercessione suffulti: supplices te dñe depcamur: ut q̃ gustu corporeo pcepimus cõtingamus ꝛ mẽte. Per. Hieronymi ↄfess. In medio ecclesie. xj.

Deus q̃ nob p btm̃ Oro. hieronymũ ↄfessorẽ sacerdotẽq3 tuũ: scptura sacre veritatẽ: et mystica sacramẽta reuelare dignatus es: psta q̃s: ut cui⁹ natalicia colimus: eius sp erudiamur doctrinis: ꝛ meritis adiuuemur. Per d. Epla. Optaui et dat⁹ est. cx. Grad. Os iusti. cxj. All'a. V. Iste sctũs cxj. Euãg. Nemo accẽdit lu. cxij. Offer. Desyderiũ aie. cxiiij

Accepta tibi sit in ↄspe Secr. ctu tuo dñe nostra deuotio: et eius nob fiat supplicatione salutaris p cui⁹ solẽnitate defert̃ Per. Cõ. Fidel' ser. cxiij. Cõp.

Repleti alimonia celesti q̃s dñe: ut intercedente beato hieronymo cõfessore tuo: misericordie tue dona ↄsequi mereamur. Per. Remigij ꝛ so. eius

Sacerdotes dei. cxix. Oro

Exaudi q̃s dñe populũ tuũ: et sctõꝝ tuorũ ↄfessorũ remigij: germani: vedasti: nicenij: bauonis antistitũ solẽnia celebrãtẽ: et tpalis vite tribue pace gaudere: et eternũ repire subsidiũ. Per Epla. Plures facti sunt sa. cxx. Grad. Sacer-

dotes ei⁹. cxj. Alla. ℣. Fulgebūt iu. cxvij. Euā. Sint lū. ve. cxxij Offer. Exultabunt. cix. Secre.
Preces nr̄as q̄s dn̄e ꝛ tuoꝝ respice oblatiōes fideliū: ut tibi grate sint i tuoꝝ festiuitate sctōrū: ꝛ tue nob̄ ꝯferāt ꝓpitiatiōis auxiliū. Per. Cō. Justorū aie. cix. Cōpl. Refecti sacramēto repationis hūane: p̄sta q̄s dn̄e: ut p ea q̄ nobis munere celesti p̄bere dignat⁹ es: tribuas nos donis celestib⁹ inherere. Leodegarij. In ṽtute tua. cij. Oro.
Beata nos dn̄e q̄s sctī leodegarij martyris tui atq̄ pōtificis festiuitas sp̄ excipiat: q̄ et iocūditatē illi⁹ glorificatiōis infundat: ꝛ nos tibi reddat acceptos. P. Epl'a. Btūs vir q̄ in sapi. cij. Grad. Posuisti dn̄e. ciij. Alla. ℣. Letabit̄ iust⁹. ciij. Euā. Nisi granū frumē. ciij. Offer. Gloria ꝛ honore. cix. Secre. Presentia munera q̄s dn̄e: ita serena pietate intuere: ut sanctispiritus ꝓfundant̄ bn̄dictiōe: ut nr̄is cordib⁹ eā dilectionē validius infundāt: p quā sanct⁹ martyr tu⁹ leodegari⁹ oīa corporis sui tormēta deuicit. Per Cō. Qui vult ve. ciiij. Cōplen.
Supplices te rogamus omp̄s de⁹: ut quos tuis reficis sacramētis: intercedēte btō leodegario martyre tuo: tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire ꝯcedas. Per. Duoꝝ eualdorū. Oro.
Intercessionib⁹ q̄s dn̄e martyrū tuorū p̄sbyterorū eualdoruꝫ ecclesie tue p̄ces placatus admitte: ut destructis aduersitatib⁹ ꝛ erroribus uniuersis: secura tibi deseruiat libertate. Per. Simplicij ꝛ seruiliani mar. Oro.
Beatorū martyruꝫ tuorū simplicij et seruiliani assit nobis oratio: ut quos obsequio veneramur: pio iugiter experiamur auxilio. Per. Secre.
Populi tui quesumus dn̄e tibi grata sit hostia: que in natalicijs sanctorū martyrum tuorum simplicij et seruiliani immolat̄. Per. Cōplen. Mystitis dn̄e repleti votis ꝛ gaudijs presta q̄s: ut p intercessionē sanctorū martyrū tuorū simplicij ꝛ seruiliani: que corporaliter agimus: sp̄ualiter consequamur. Per dn̄m. Francisci cōfessoris. Os iusti me. cix. Oro.
Deus qui ecclesiā tuā beati francisci meritis fetu noue ꝓlis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere: ꝛ donorū celestiū sp̄ participatiōe gau-

dere. Per. Epl'a. Dilect⁹ deo.
cx. Grad. Dñe preuenisti. cxiij.
All'a. ℣. Iste sctũs. cxj. Euang.
Nemo accẽdit. cxxij. Offer. De
syderiũ aïe. cxiiij. Secre. Mune
ra tibi dñe dicata sanctifica: et
intercedẽte beato francisco: ab
omi nos labe culparũ purifica
Per. Cõio. Fidelis seru⁹. cxxiij
Ecclesiã tuam qm̃s Cõplen.
dñe gratia celestis amplificet:
quã beati francisci illuminare
voluisti gloriosis meritis ꝛ ex
emplis. Per do. Fidis Orõ.
Deus q̃ p̃sentẽ diẽ btẽ fi-
dis v̉ginis et martyris
tue facis esse solẽnẽ: p̃sta eccle-
sie tue: vt cui⁹ meritis gloriat̃:
eius p̃cibus adiuuet̃. Per do.
Marci. Sacerdotes eius. cxix.
Exaudi qm̃s dñe p̃- Orõ.
ces nr̃as: et intercedente
beato marco ꝯfessore tuo atq;
põtifice: supplicationes nr̃as
placat⁹ intẽde. P. Epl'a. De-
dit dñs ꝯfes. cxx. Grad. Ecce sa-
cerdos mag. cxxj. All'a. ℣. Iura-
uit dñs. cxxj. Euange. Hõ qui-
dã peregre. cxxj. Offer. Veritas
mea. cxxiij. Secreta. Benedi-
ctio tua dñe larga sup̱ nos de-
scendat: que et munera nostra
deprecãte sctõ marco ꝯfessore
tuo atq; pontifice tibi reddat
accepta: ꝛ nobis sacramẽtũ re-
demptiõis efficiat. Per. Cõio
Dñe q̇nq;. cxxiij. Cõpl'. Da q̃s
dñe fidelib⁹ ppl'is scti tui mar-
ci ꝯfessoris semp̱ veneratiõe le
tari: et ei⁹ ꝑpetua supplicatiõe
muniri. Per. Marcelli ꝛ apu
Sanctorũ tuoꝝ lei Orõ.
nos dñe marcelli et apu
lei: sergij et bachi dep̃camina
btã ꝓsequant̃: ꝛ tuo sp̱ faciant
amore feruentes. Per. Secr.
Maiestatẽ tuã nob̃ qm̃s dñe
hec hostia immolanda reddat
placatũ: tuoru; digna postu-
latione sanctorũ. Per. Cõpl'.
Sacramentis dñe muniamur
acceptis: et sanctorũ tuorum
marcelli et apulei: sergij et ba-
chi precibus: ꝯtra omes neq̇-
tias irruẽtes ꝓtegamur. Per
Dionysij et sociorũ eius. In-
tret i ꝯspectu. cxiiij. Orõ.
Deus q̇ hodierna die bea
tũ dionysiũ martyrẽ tuũ vir-
tute constantie in passione ro-
borasti: quiq; illi ad p̃dicãdũ
gentibus gloriã tuã rusticũ ꝛ
eleuteriũ sociare dignatus es
tribue quesumus ex eorũ nos
imitatione ꝓ amore tuo pro-
spera mũdi despicere: et nulla
eius aduersa formidare. Per
dñm. Epl'a. Sancti per fidem
cxvj. Grad. Gl'iosus de⁹. cxvij.
All'a. ℣. Iusti epu. cxvij. Euãg.

Descẽdẽs iesus de mõte. cxvij.
Offer. Mirabil' de'. cxix. Secre.
Oblata tibi dñe qs̄ munera
ppl'i tui p tuoꝝ honore sctõꝝ
dionysij: rustici ꝛ eleuterij susci
pe ꝓpici': ꝛ eoꝝ intercessiõe no-
bis eadẽ sctifica. P. Cõ. Et si
corã. cxix. Cõp. Sũptis dñe sa
cramẽtis qs̄: ut intercedenti
bus sctis martyribus tuis dio
nysio: rustico ꝛ eleuterio: ad re
dẽptiõis eterne ꝓficiam' aug-
mẽtũ. Per. Gereonis. Sapiẽ
tiam sanctoꝝ. cxiiij. Oro.
Tribue q̄s oĩps deus btõꝝ
martyrũ tuoꝝ gereonis socio-
rũq; eius sacrarũ precũ ubiq;
nos muniri suffragijs: ut iter-
ueniẽtibus p̄cib' famulat' nr̄i
tibi placere possint obseq̄a. P
Ep'la. Reddet deus merce. cxv.
Grad. Justoꝝ aie. cxvij. All'a. V.
Judicabũt scti. cxvij. Euãg. Vi-
dẽs ie. tur. cxvij. Offer. Exultabũ
tur. cxix. Secre. Munera q̃ pie
tati tue clemẽtissime pr̄ in san-
ctoꝝ martyrũ tuorũ gereonis
sociorũq; eius honore offeri-
mus: qs̄: ut eoꝝ opitulanti-
bus meritis fiãt clementie tue
acceptabilia: et nob̄ ꝓficiãt ad
indulgentiã. Per. Cõ. Justoꝝ
aie. cxix. Cõp. Deus q̃ nos ꝛ ce
lestibus sacramẽtis pascere: et
sctõꝝ martyrũ tuoꝝ gereonis
sociorũq; eius nõ desinis foue
re p̄sidijs: ut qd̄ illis ad gloriã
ꝯtulisti: ad nr̄e ꝓsit infirmita-
tis auxiliũ. P. In trãslatiõe
scti augustini p totũ i cãtu: cũ
ep'la ꝛ euã. sec. ꝛ cõpl'. sic̄ i eius
natali p̄ter Coll'.
Omnĩps sempiterne deus: q̃ nos
annua recursiõe trãslationis
sancti augustini cõfessoris tui
atq; põtificis letificas: ꝯcede p
picius: ut ab iminẽtibus pctõ-
rũ nr̄oꝝ periculis liberemur: et
eternis gaudijs pfrui merea-
mur. P. Maximiliani Oro.
Misericordiã tuã q̃s dñe
interueniẽte btõ maxi-
miliano cõfessore tuo nob̄ cle-
mẽter impẽde: ꝛ nobis pctõri-
bus ipsius ꝓpiciare suffragijs
Per. Calixti pa. Sacerdotes dei
Deus q̃ nos cõ cxix. Oro
spicis ex nr̄a ĩfirmitate
deficere: ad amorẽ tuũ nos mi-
sericorditer p sctõꝝ tuorũ exẽ-
pla restaura. Per. Ep'la. Do-
ctrinis varijs. cxx. Grad. Ecce
sacerdos. cxxi. All'a. V. Inueni da.
cxxi. Euã. Vigilate quia. cxxij.
Offer. Posuisti. cxiiij. Secreta.
Mystica nobis dñe ꝓsit obla
tio: q̃ nos ꝛ a reatibus nr̄is ex
pediat: ꝛ ppetua saluatiõe ꝯfir-
met. Per. Cõ. Fidelis ser. cxxiij
Cõpl'. Omnĩs oĩps deus: ut rea-

tũ nostrũ munera sacrata pu-
rificẽt: ⁊ recte viuẽdi nob̄ operẽ
tur effectum. Per. Heduigis.
G Audeamus. ccxiij. Orõ
D Eus grẽ dator ⁊ glorie
tue nob̄ ꝓpicius sinũ aperi pie-
tatis ⁊ ꝑsta: ut q̄ manentẽ ciui-
tatẽ hic nõ habemus: ad futu-
rã quã querimus: beate hedui
gis interueniẽte suffragio per-
duramur. Per. Epl'a. Mulie
rẽ fortẽ. ccxiiij. Grad. Adiuua
bit. ccxv. Alla. ℣. O felix hedui
gis gaudẽs in celis: solamẽ pauper
intercede ꝓ nobis ad dñm. Seqn.
Cõsurge iubilãs. ccxlvij. Euãg.
Sil'e est re. ce. the. ccxv. Offer.
Diffusa est grã. ccxv. Sec. Uul
tu dñe placito nos respice ea q̄
de tua manu recepimꝰ offeren
tes: ⁊ ut ip̄a munera tibi place
ant: qđ i nobis oculis tuis dis
plicet: btẽ heduigis p̄cibus tue
grã benignitatꝰ abstergat. P
Cõio. Diffusa est. ccxvj. Cõplẽ.
S ũpta qm̄s omp̄s deꝰ hostia
salutaris ab aduersis nos oĩ-
bus tueat̄ incursibꝰ: ⁊ post hu-
ius labores exilij btẽ heduigis
interueniẽtibꝰ meritis: ducat
tandẽ ad requiẽ opulẽtã. P.
Galli ꝯfess. Os iusti. ccix. Orõ
D Eus qui nos beati galli
cõfessoris tui annua so-
lennitate letificas: cõcede ꝓpi-
cius: ut cuiꝰ natalicia colimus
eius actiones imitemur. Per
Epl'a. Iustum deduxit. ccxj.
Grad. Dñe p̄uenisti. cciij. Alla.
℣. Iste sctũs. ccxj. Euã. Nemo
accẽdit lucer. ccxij. Offer. De-
syderiũ aĩe. cciij. Secre. Hostias
dñe quas nomini tuo ꝯsecran
das offerimꝰ: scti galli ꝯfesso-
ris tui ꝓsequat̄ orõ ꝑ quã nos
expiari tribuas ⁊ defendi. Per
Cõ. Btũs ser. ccxiij. Cõpl'. B ti
galli ꝯfessoris tui: i cuiꝰ hodie
festiuitate: ⁊ corpe ⁊ sanguine
tuo nos dñe refecisti: qm̄s in-
tercessione eius nos adiuua:
cuiꝰ solẽnitate ꝑcepimus tua
sancta letantes. Per dn. Luce
I Os iusti medi. ccix. Orõ.
I Nteruenia ꝓ nobis dñe
qm̄s sctũs tuus lucas euãgeli-
sta: qui crucis mortificationẽ
iugiter i suo corpore ꝓ tui no-
minis honore portauit. Per.
Lectio epl'e beati pauli apl'i ad
F Corinthios. j. capit. ix.
F Ratres. Qui altario de-
seruiũt: cũ altario participãt.
Ita ⁊ dñs ordinauit his q̄ euã
geliũ annũciãt de euangelio
viuere. Ego aũt nullo horum
vsus sum. Non scripsi aũt hec
vt ita fiant in me. Bonum est
eñi mihi magis mori q̄ȝ ut glo
riã meã quis euacuet. Nam si

euāgelizauero nō est mihi glo
ria: necessitas em̄ mihi incūbit
Ve em̄ mihi est si nō euāgeliza
uero. Si enim volēs hoc ago:
mercedem habeo. Si aūt inui-
tus dispēsatio mihi credita est
Que ergo merces mea vt euā-
geliū p̄dicans sine sumptu po-
nā euāgeliū: vt nō abutar po
testate mea i euāgelio. Nā cū
liber essez ex oib⁹ oīm me seruū
feci vt plures lucrifacerē. Et fa
ctus suz iudeis tanq̄z iude⁹ vt iu
deos lucrarer. His q̄ sub lege
sunt q̄si sub lege essem: cū ipse
nō essem sub lege: vt eos q̄ sub
lege erāt lucrifacerē. His q̄ si-
ne lege erāt tanq̄z sine lege es-
sem cū sine lege dei nō essem s;
i lege christi: vt lucrifacerē eos
q̄ sine lege erāt. Fact⁹ suz infir
mis infirmus: vt infirmos lu
crifacerē. Oibus oīa fact⁹ sum
vt oēs facerē saluos. Oīa autē
facio ꝓpter euāgeliū vt ꝑticeps
ei⁹ efficiar. In christo iesu dn̄o
nr̄o. Grad. Os iusti. cxj. Allā.
V. Prim⁹ ad si. di. cx. Scd̄m Lu
IN il. t. Designauit ie cā. x
sus et alios septuaginta-
duos: ꝛ misit illos binos an̄ fa
ciē suā i oēz ciuitatē ꝛ locū quo
erat ip̄e vēturus. Et dicebat ill'
Messis q̄dē multa: operarij aūt
pauci. Rogate ergo dn̄m mes-
sis: vt mittat oparios i messez
Ite: ecce ego mitto vos sic ag-
nos inter lupos. Nolite porta-
re sacculū neq; perā neq; calcia
mēta: ꝛ nemīnē ꝑ viā salutaue
ritis. In quācūq; domū intra
ueritis: primū dicite: pax huic
domui: ꝛ si ibi erit filius pacis:
requiescet sup illū pax vr̄a: sin au
tem ad vos reuertet̄. In eadē
aūt domo manete: edentes ꝛ bi
bētes que apud illos sunt. Di
gnus est em̄ opari⁹ mercede sua
Credo cr. Offer. Desyderiū aie.
cxiiij. Sec. Donis celestib⁹ da
nob̄ dn̄e libera mēte seruire: et
mūera q̄ deferim⁹ interueniēte
btō euāgelista tuo luca ꝛ mede
lā nob̄ operent̄ ꝛ gloriā. Per.
Prefa. de apl'is. Cō. Qui vult
ve. cxiiij. Cōpl'. Presta q̄s oīps
eterne de⁹: vt id qd̄ de tuo sctō
altari accepimus: p̄cibus beati
euangeliste tui luce sanctificet
aīas nr̄as: ꝑ qd̄ tuti esse possu-
mus. Per d. Januarij Orō.
MAgnificet te dn̄e sancto
rum tuorū ianuarij so
ciorūq; eius beata solennitas
qua et illis gloriaz sempiter-
nā: et opē nobis ineffabili ꝓ-
uidentia contulisti. Per do.
In tuorū dn̄e precio- Secre.
sa morte sanctoꝝ sacrificiū il-
lud offerimus: de quo martyꝝ

sumpsit om̄e principiū. Per.
Sit nob̄ dn̄e sacramēti Cōpl.
certa saluatio: et interuenienti
bus sctis martyrib⁹ tuis quoꝝ
festa celebram⁹ ꝯtinuis fouea-
mur auxilijs. Per. Undecim
miliū v̄ginū. Gaudeam⁹. ccxij
Ps̄. Exultate iu. i do. ccxiiij. Orō
Deus q̄ digne tibi sacra-
tis v̄ginib⁹ mirādi ago
nis robur indidisti quo ꝑ mar
tyrij palmā ad sup̄ne cōtēpla-
tiōis gl'iaꝫ ꝑtingerēt: da qs̄
eaꝝ nos intercessiōib⁹ adiuua
ri: q̄s hodierna die transcenso
mortis stadio i celestib⁹ fecisti
triūphare. P. Epl'a. De v̄gi-
nib⁹ p̄ce. ccxiiij. Grad. Aia nr̄a
ccuij. All'a. V. Te martyꝝ cā. xij.
Sequē. Virginal' turma. ccxlvij
Euā. Sil'e est re. ce. de. vir. ccxv
Offer. Aia nr̄a. ccix. Sec. Uoti
ua dn̄e mystici libaminis do-
na ꝑ sctāꝝ virginū tuaꝝ vene-
ratiōe maiestati tue oblata no
stra expurgēt facinora: et puri-
ficatos nos tanti mysterij exe-
quēdi reddāt acceptos. Per.
Cō. Aia nr̄a. ccix. Cōpl. Tātis
dn̄e repleti munerib⁹: p̄sta q̄s
vt intercedētibus sanctis tuis
virginibus ac martyrib⁹: salu
taria dona capiamus: et a tua
laude nunq̄ꝫ cessemus. Per.
Seueri cōfesso. Statuit ei. ccix.

Deus q̄ eterne glo Orō.
rie beatū seuerū ꝯfessorē
tuū atqꝫ pōtificē participē fie-
ri cōcessisti: cōcede ꝓpicius no-
bis ipso intercedēte aditū re-
gni celestis: cui⁹ ad bene viuē-
dū informamur exēplis. Per
Epl'a. Ecce sacerdos mag. ccx.
Grad. Iurauit do. ccxj All'a. V.
Iust⁹ germina. ccxj. Euā. Hō q̄-
dā peregre. ccxj. Offer. Ueritas
mea. ccxiij. Secre. Hec sacra do
mine qs̄ que ꝑ veneratione
beati seueri cōfessoris tui atqꝫ
pontificis deferimus: vincu-
la peccatorū nostrorum absol
uāt: et eius obtētu nos ab om̄i
bus tueātur aduersis. Per d.
Cōio. Dn̄e quinqꝫ talēta. ccxiij.
Dignū munus per- Cōplen.
petue salutis sumētes clemen
tiaꝫ tuam supplices implora-
mus: vt beato seuero confesso-
re tuo atqꝫ pontifice intercedē-
te: vite celestis premia conse-
qui mereamur. Per do. Seue
rini. Sacerdotes tui. ccix. Orō.
Deus qui beatum seueri-
num cōfessorē tuū atqꝫ
pontificem hodierna die sus-
cepisti atqꝫ remunerasti: con-
cede ꝓpicius: vt qui eius gau-
demus meritis: prouocemur
exemplis: et ei⁹ intercessiōe ve-
niā et vitā mereamur eternā.

Per. Ep̄la. Dedit dñs cõfess. cxx. Grad. Inueni da. cxxj. Alla ℣. Iurauit dñs. cxxj. Euã. Sint lũbi vr̃i p̄. cxxij. Offer. Inueni da. cxxiij. Secr. Sacrificiũ dñe laudis offerim⁹ p̄ sancti põtificis seuerini celebritate: ut p̄piciationẽ tuã quã nr̃is operibus non meremur: pijs suffragatorijs intercessionib⁹ asseq̄mur. Per. Cõio. Btũs seruus cxxiij. Cõpl. Tua sctã sumẽtes qs̃ dñe de⁹ noster: ut bti seuerini ↄfessoris tui atq3 pontificis: nos foueãt cõtinuata p̄sidia. Per. Crispini ⁊ crispiniani mar. Sapiẽtiã sanctoꝝ. cxxiiij.

Deus spes luminũ Orõ. synceꝛũ lumẽ mẽtiũ lux q3 p̄fecta beatoꝝ: da cordibus nr̃is et dignã tibi orõnẽ p̄soluere: ⁊ in sctõꝝ tuoꝝ crispini ⁊ crispiniani gl'iosa te victoria sp̄ collaudare. P. Ep̄la. Spectaculũ facti. cxv. Grad. Iustorũ aie. cxvij. Alla. ℣. Mirabil' deus. cxvij. Euã. Egrediente iesu de tẽ. cxviij. Offer. Gloriabunt cxix. Secr. Hostias nr̃as qs̃ dñe tibi dicatas placatus assume: et intercedẽtibus sctis tuis crispino ⁊ crispiniano: ad p̄petuũ nobis tribue puenire subsidiũ. Per. Cõ. Iustoꝝ aie. cxix Cõplẽ. Tãtis dñe repleti munerib⁹ p̄stã qs̃: ut interueniẽtib⁹ sctis tuis crispino ⁊ crispiniano salutaria dona capiamus: ⁊ a tua laude nunq̃ cessemus. Per do. Amãdi ↄfessoris. Os iusti. cxix. Orõ.

Omñs sempiterne de⁹: q̄ btm̃ amãdũ ↄfessorẽ tuũ i terris honorabili vita glorificasti ⁊ cũ electis tuis i cel' coronasti: ipsi⁹ qs̃ interueniẽtibus meritis btitudinẽ ↄsequamur vite p̄hẽnis. Per d. Ep̄la. Iustũ deduxit. cxxj. Grad. Dñe p̄uenisti. cxiij. Alla. ℣. Iustus ger. cxxj. Euan. Qui vos audit me au. cxxiij. Offer. Ueritas mea. cxj. Sec. Respice nos qs̃ dñe tua sancta tractãtes: et festiuitatẽ sancti amãdi confessoris tui celebrantes: ut qđ in ei⁹ honore maiestati tue offerim⁹: ⁊ tibi placeat ad laudẽ: et nobis proficiat ad salutẽ. Per. Cõ. Fidelis seruus. cxxiij. Cõpl. Sacramẽtis celestib⁹ refecti qs̃ dñe deus noster: ut intercedẽte btõ amãdo cõfessore tuo: p̄ eadẽ veniã cõsequamur delictorũ. Per. ¶ In vigilia Simonis ⁊ iude. Intret in ↄspectu

Concede qs̃ cxxiiij. Orõ. omñs de⁹: ut sicut ap̄lorũ tuoꝝ simonis ⁊ iude gl'iosa natalicia p̄uenim⁹: sic ad tua

beneficia promerēda maiestatē tuā pro nobis ipsi ꝑueniāt. Per. Ep̄la. Justi aūt in perpetuum. cv. Grad. Uindica dn̄e. cvij. Si fuerit die dn̄ico dicit Alla. ℣. Per manus aūt apo. cx. Euā. Ego sum vitis vera: et pater. cxcix. Offer. Exultabūt san. cix. Secre. Muneribus nostris dn̄e ap̄loꝝ simonis et iude festa ꝑcedimus: humiliter postulantes: ut q̄ ꝯscientie nostre ꝑpediunt obstaculis: illorū meritis grata reddantur. Per. Cōio. Justoꝝ aīe. cix. Cōpl̄. Sūpto dn̄e sacramēto suppliciter deprecamur: ut intercedentibus ap̄lis tuis quod tēporaliter gerimus: ad vitā capiamus eternā. Per. In die sancto. Mihi aūt. cxcix.

D Eus qui nos per Oro. beatos ap̄los tuos simonem et iudā ad agnitionē tui noīs venire fecisti: da nob eorum gloriā sempiternā et ꝓficiendo celebrare: et celebrādo ꝓficere. Per. Ep̄la. Scimus qm̄ diligentibus deū. cc. Grad. Nimis honora. cc. Alla. ℣. Nō vos me ele. cc. Scdm Johānē. xiiij.

I N illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui aūt diligit me: diligit a patre meo Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Dicit ei iudas: non ille scariothis. Dn̄e quid factū est q̄a manifestaturus es nobis teipm: et nō mundo? Respondit iesus et dixit ei. Si quis diligit me sermonem meū seruabit: et pater meus diliget eum: et ad eū veniemus: et mānsionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonē quem audistis: non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Offer. In omnē terram. ccj. Secre. Gloriā dn̄e sanctorū apostolorū tuorum simonis et iude perpetuā venerantes: quesumus: ut eam sacris mysteriis expiati dignius celebremus. Per. Cōio. Uos qui secuti estis me. ccj. Complē.

Perceptis dn̄e sacramētis suppliciter te rogamus: ut intercedentibus beatis apostolis tuis simone et iuda: que pro illorum veneranda gerimus passiōe: nobis proficiāt ad medelam. Per do. Quintini mar-

D Eus qui hodiernā tyris Oro. tum quintinū martyrē tuū istius mūdi vanitates inuicte fidei cōstātia superare fecisti: fac nos qs̄ eius suffra-

gijs illecebras deuitare mūdanas: et ad supernā patriā festinare. Per dn̄m. In vigilia oim sctoꝝ. Timete do. oēs. ccliiij

Omine deus nr̄ Oro. multiplica sup nos gratiā tuā: ꝛ quorū pueními gloriosa solēnia: tribue subsequi in sancta pfessiōe leticiā. Per do. Lctō libri Apocalypsis beati Johannis apl'i. cap. v.

In diebus illis: Ecce ego iohannes vidi in medio throni et quatuor animaliuz: et in medio seniorū agnū stantem tanq̄z occisuz: habentē cornua septē et oculos septē: qui sunt septē spūs dei missi i oēz terrā. Et venit: ꝛ accepit de dextera sedētis i throno libꝝ. Et cū aperuisset librū: quatuor animalia et vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas ꝛ phialas aureas plenas odoramentoꝝ: que sunt orōnes sanctoꝝ: ꝛ cātabant canticū nouū dicētes. Dignus es dn̄e accipere librū et aperire signacula ei⁹: qm̄ occisus es: ꝛ redemisti nos deo in sanguine tuo: ex omni tribu ꝛ lingua: ꝛ populo: ꝛ natiōe: ꝛ fecisti nos deo nostro regnuz: et sacerdotes. Et regnabim⁹ sup terrā. Et vidi ꝛ audiui vocē angeloꝝ multorū i circuitu throni: ꝛ aialiū ꝛ seniorū: ꝛ erat numerus eorū milia miliū dicentiuz voce magna. Dignus est agn⁹ q̄ occisus est accipere virtutē: ꝛ diuinitatē: ꝛ sapientiā: et fortitudinē: ꝛ honorē: ꝛ gloriā: ꝛ bn̄dictionē in secula seculorū: Amē. Grad. Exultabunt scti. ccvij. Si die dn̄ico All'a. ℣. Gaudete iusti. ccvij. Euan. Descendēs iesus de monte. ccvij. Offer. Letamini in. ccix. Secre.

Altare tuū dn̄e deus muneribus cumulamus oblatis: da qs̄: ut ad salutē nostrā oim sanctorum pcatione pficiant: quorū solēnia pcurrim⁹. Per Cō. Justoꝝ a. ccix. Cōp. Sacramētis dn̄e ꝛ gaudijs optata celebritate expletis: qs̄: ut eorū pcibus adiuuemur: quorū recordatiōib⁹ exhibent. Per do. In die sancto. Gaudeamus ccxiij. ℣. Exultate. ccliiij. Oro.

Omnīps sempiterne deus: q̄ nos oim sctōrū tuorū merita sub una tribuisti celebritate venerari: qs̄: ut desyderatā nobis tue pciationis abūdātiā multiplicatis intercessoribus largiaris. Per do. Lectio libri Apocalypsis beati Johānis apl'i. vij.

In diebus illis: Ecce ego iohan-

nes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis: habentem signum dei vivi: et clamavit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre et mari: neque arboribus: quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum. Et audivi numerum signatorum centum quadragintaquatuor milia signati: ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu levi: duodecim milia signati. Ex tribu isachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus: et tribubus: et linguis: et populis stantes ante thronum: et in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicentes.

Salus deo nostro qui sedet super thronum: et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni: et seniorum: et quatuor animalium et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et adoraverunt deum dicentes: amen. Benedictio et claritas: et sapientia: et gratiarum actio: honor: et virtus: et fortitudo deo nostro: in secula seculorum Amen. Grad. Timere do. cxvij. Alleluia. V. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Sequentia. Omnes sancti seraphim. ccxlvij. Evang. Videns iesus turbas ascen. in mon. cxvij. Credo dicitur. Offer. Mirabilis deus. ccix. Secreta. Munera tibi domine nostre devotionis offerimus: que et pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per. Prefa. generalis: scilicet si die dominico evenerit: tunc dicitur prefa. de sancta trinitate. Com. Gaudete iu. ccix. Compl. Da nobis quesumus domine sacramentorum celestium participatione refectis: omnium sanctorum tuorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per. Sciendum quod in crastino omnium sanctorum tenetur memoria animarum: scilicet Requiem. ccxxxvj. cum sola collecta. Fidelium deus. ccxxxviij. Eustachij. Multe tribulationes. clxvj Oro.

Deus qui beatum eustachium temptationibus probasti:

et pbatū coronasti: ipsi⁹ socio-
rūqꝫ eius meritis in oīb⁹ tribu
lationib⁹ ⁊ angustijs nr̄is tuū
nob̄ p̄sta auxiliū: et sempiter-
ne ꝯsolationis interminabile
gaudiū. Per. Epl'a. Scti p fi.
cxvj. Grad. Clamauerūt iu. cxvij
All'a. ℣. Judicabūt sancti. cxvij.
Euā. Nolite arbi. q̄a vene. pa
cē mit. cxiiij. Offer. Gloriabunt
cxix. Sec. Munera plebis tue
dn̄e qs̄ sctōꝝ martyrū tuorū
fiāt grata suffragijs: ut p quo
rū triumphis tuo noī offerun
tur: ipsorū p̄cibus digna effici
antur ⁊ meritis. Per. Cō. Po
suerunt mor. cxix. Cōpl'. Da no
bis qs̄ omp̄s deus in sctōrū
martyꝝ tuorū eustachij socio-
rumqꝫ eius te semper cōmemo
ratiōe laudare: quia refouere
curab quos in honore tuo pse
uerare cōcedis. Per. Leonar-
di ꝯfessoris. Os iusti. cxix. Oro

Maiestati tue q̄sum⁹ dn̄e
sancti leonardi cōfesso-
ris tui pia iugiter nos cōmen
det oratio: ut quem deuoto ve
neramur obseq̄o: ipsi⁹ suffra-
gio subleuemur optato. Per
do. Epl'a. Dilectus deo ⁊ hoī-
bus. cxx. Grad. Dn̄e preuenisti.
cxiij. All'a. ℣. Iste sanctus. cxxj.
Euāg. Nemo accēdit lucernā
cxxij. Offer. Desyderiū aīe. cxiiij

Cōio. Fidelis seru⁹ ⁊ pru. cxxiij.
Secre. et Cōpl'. require in die
sancti Hieronymi. ¶ Quatu-
or coronatorū. Intret in cōspe.
Presta qs̄ cxiiij. Oro.
omp̄s deus: ut q̄ glorio
sos martyres tuos: seuerū: se-
uerianū: carpoforū et victori-
num fortes in sua confessione
cognouimus: pios apud te in
nostra intercessione sentiam⁹
Per do. Eodē die Claudij: ni-

Deus cui⁹ costrati Oro.
charitatis ardore succē-
si gloriosi martyres claudius
nicostratus: simphorian⁹: ca-
storius atqꝫ simplicius psecu-
torū tormēta superauerūt: pre
sta qs̄: ut omnes qui eoꝝ me
rita martyrij veneramur: pro
tectionis ipsoruꝫ auxilio mu-
niamur. Per. Epl'a. Sācti p
fidē. cxvj. Grad. Uindica dn̄e.
cxvij. All'a. ℣. Justi epulen. cxvij.
Euan. Egrediēte iesu de tēplo
cxviij. Offer. Anima nostra. cxix.
Sup has dn̄e hostias Secre.
qs̄ bn̄dictio copiosa descen-
dat: que et sanctificationē no-
bis clementer opereť: ⁊ de mar
tyrū nos solennitate letificet.
Per. Secr. Munera tibi dn̄e
nr̄e deuotiōis offerimus: q̄ ⁊ p
tuoruꝫ grata sint honore san-
ctorū: ⁊ nob̄ salutaria te mise-

rāte reddanť. Per. Cō. Justo
rū aie. cix. Cōpl'. Celestib⁹ refe
cti sacramentis ꝛ gaudijs sup-
plices te dñe depcamur: ut quo
rū gl'iamur triumphis ptega-
mur auxilijs. P. Cōpl'. Pre-
sta nob qs dñe intercedētib⁹
sctis martyribus tuis claudio
nicostrato: castorio atqꝫ sim-
phoriano: ut q̄ ore ꝯtingimus
pura mente capiamus. Per.
Theodori. In virtute tua. ciiij.
Deus q̄ nos beati Orō.
theodori martyris tui
gl'iosa ꝯfessiōe circūdas et ptegis: psta nob eius imitatiōe p
ficere: ꝛ oratione fulciri. Per.
Epl'a. Cōfitebor tibi dñe rex.
ccxiij. Grad. Justus ut pal. ciiij
All'a. ℣. Posuisti do. ciiij. Euā.
Si qs ve. ad me. ciiij. Offert.
Gl'ia ꝛ ho. ciiij. Secr. Suscipe
dñe fideliū pces cū oblatiōib⁹
hostiarū: ut intercedēte beato
theodoro martyre tuo: per hec
pie placatōis officia ad celestē
gloriā trāseam⁹. P. Cō. Po-
suisti do. ciiij. Cōp. Presta nob
qs dñe interueniēte btō theo-
doro martyre tuo: ut q̄ ore con
tingimus pura mēte capiam⁹
Per d. Martini epi. Statuit ei
Deus qui cō- ccix. Orō.
spicis quia ex nulla no-
stra virtute subsistimus: ꝯcede
ppicius: ut intercessione beati
martini ꝯfessoris tui atqꝫ pon
tificis cōtra oīa aduersa mu
niamur. Per. Epl'a. Ecce sa-
cerdos ma. ccx. Grad. Jurauit
dñs. ccxj. All'a. ℣. Martin⁹ eps
migrauit a seculo: viuit i christo gē
ma sacerdotū. Seque. Sacerdo-
tē christi. ccxlvij. Euā. Hō qdā
peregre. ccxj. Offer. Ueritas m.
ccxiij. Secr. Sācti martini pō
tificis tui qs dñe pia nō de-
sit oratio: q̄ ꝛ munera nr̄a con
ciliet: ꝛ tuā nobis indulgenti-
am semp obtineat. Per. Cō.
Fidelis seru⁹. ccxiij. Cōpl'. Cōce
de qs omps deus: ut bti mar
tini ꝯfessoris tui atqꝫ pontifi-
cis frequētata solēnitas: ad p-
petuā populo tuo pficiat salu-
tem: ut quē sepius veneramur
in terris: sp habeam⁹ patronū
in celis. Per. Menne marty-
Presta qs oi- ris Orō.
ptēs deus: ut q̄ bti men
ne martyris tui natalicia coli
mus: intercessiōe ei⁹ i tui nois
amore roboremur. Per. Sec.
B ti mēne martyris tui dñe so
lēnia recēsentes qs: ut ei⁹ au
xilio tua bñficia capiamus: p
quo tibi hostias laudis offeri
mus. Per. Cōplē. B ūdictio
tua de⁹ impleat corda fideliū: ꝛ
tales pficiat q̄ ꝛ martyꝝ hono-

rificēt passiones: ⁊ remedia sa
lutis eterne eisdē patrocināti-
bus asseq̄mur. P. Briccij cō
fesso. Sacerdotes dei. cxix. Orō
Beatus bricci⁹ ɔfessor tu⁹
⁊ pōtifex dn̄e q̄s pia nos
intercessione tibi cōmendet: ut
ei⁹ tibi placito fulti suffragio:
quā nō meremur indulgētiā
cōseq̄mur. Per. Ep̄la. Justū
deduxit. cxi. Grad. Inueni da.
cxi. All'a. V. Justus germi. cxi.
Euā. Sint lū. ue. cxij. Offer.
Ueritas mea. cxiij. Sec. Obla
tiōes has q̄s maiestati tue dn̄e
deus nr̄ ɔsecrādas offerim⁹ be
nign⁹ assume: ⁊ intercedēte bea
to briccio ɔfessore tuo atq; pō
tifice: ad salutē nr̄am ꝑuenire
ɔcede. Per. Cōio. Dn̄e q̄n. ta.
cxiij. Cōpl'. Sacramētoꝝ cele
stiū participes effecti: clemētiā
tuā dn̄e dep̄camur: ut p inter-
cessionē sc̄ti briccij ɔfessoꝝ tui
atq; pōtificis cui⁹ solēnia cele
bram⁹: ad p̄sentis ⁊ eterne vite
solatia nob' p̄ficiāt. Per. Eth
mūdi. Orō.
Deus q̄ lar-
gissue bonitatis ɔsilio ec
clesiā tuā bt̄i ethmūdi ɔfesso-
ris tui atq; pōtificis p̄clare vi-
te meritis decorasti: ⁊ gl'iosum
miraculis letificasti: ɔcede ꝓpi
tius nobis famulis tuis: ut ex
ipsius i meli⁹ reformemur exē
plis: et ab oībus malis ei⁹ pa-
trocinio ꝓtegamur. P. Oth-
mari Orō
Sancti othma
ri cōfessoris tui dn̄e sup-
plicationibus tribue nos refo
ueri: ut cui⁹ venerabilē solēni-
tatē celebram⁹ obsequio: eius
intercessiōibus cōmēdemur ⁊
meritis. Per. Secre. Grata ti
bi munera dn̄e sint nr̄a: q̄ tuo
sunt instituta p̄cepto: et beati
othmari abbatis atq; cōfesso-
ris tui precatio sancta cōmen
det. Per dn̄m. Cōpl'. Plebs
tua dn̄e semp quesumus ad re
medij celestis dona cōcurrat:
et intercessione beati othmari
confessoris tui atq; abbatis: ꝑ
eadē sanctificata mūdet. Per
In octaua san. Martini oīa
ut ipso die preter Coll'.
Deus q̄ beato martino cō
fessori ⁊ sacerdoti tuo bt̄e ɔfes-
sionis virtutē tribuisti: presta
q̄s: ut dū eius merita vene-
ramur: imitari studia valea-
mus. Per do. Helizabet. Gau
deamus oēs. cxxiij. Orō.
Tuorū corda fideliū de-
us miserator illustra: et beate
helizabet p̄cibus gloriosis fac
nos p amore tuo ꝓspera mū-
di despicere: et celesti semp cō
solatione gaudere. Per dn̄m
Ep̄la. Mulierez fortē. cxxiiij.

Grad. Adiuuabit. ccxv. Alla. ℣. Sponsa viri zacharie helizabet hac i die nre laudes armonie repñsen ta dño. Seqn. Gaude si. ccxlviij Euãg. Sile est re. ce. the. ccxv. Offer. Diffusa est. ccxv. Secre. Munera nre deuotiõis dñe of ferim⁹: ut tibi grata ꝛ nob salu taria btẽ helizabet pia suppli- catiõe reddanẽ. P. Cõ. Diffu sa. ccxvj. Cõpl. Oĩs opš de⁹ quos salutaribus erudire di- gnatus es mysterijs: ꝛ btẽ heli zabet intercessio gl'iosa reficiat celestib⁹ sacramẽtis. Per. In die pñsentatiõis marie. Gaudea mus omnes. ccxiij. Oro. Deus q̃ sctã dei genitricẽ virginẽ mariã tẽpluz sctispũs post trienniũ in tẽplũ tuũ pñsen tari voluisti: pñsta qs: ut qui pñsentationis sue festa venera- mur: tẽplũ in quo habitare di gneris efficiamur. Per eund. eiusdẽ. Epla. Ego quasi vitis fructi. ccxxxiij. Grad. Propter veritatẽ. ccxv. Alla. ℣. Felix vir go que nõdũ edita matris aluo re- pleẽ gra: in templo dei deposita illu straẽ summa peritia. Sequẽtia. Angeloꝝ mandatricẽ summi dei genitricẽ extollam⁹ laudi bus. Mariã matrẽ gratie: quã or nat sol iusticie oĩgenis floribus. O qualis hec ṽgũcula que triẽnis ad limina tẽpli accelerauit. O quã ta celi agmina ad huius ministeria dũ deo dedicauit. Pectoris sui ab ditũ squaloris in antidotũ vouens virginitatem. Manum mittens ad fortia: hostẽ pstrauit framea te- nẽs humilitatẽ. Tu q sole sis ami cta vita pbat bñdicta: cũctis simul sanctior. Precamur deũ attrahe: qui quẽquã nõ vult sine te: ipsi cun ctis ptor. Nulla salus est i domo si nõ seruit tibi hõ medela peccatoꝝ Ergo rege vera lege: nos a malis semp tege pcuratrix bonoꝝ. Amẽ. Euã. Liber generati. clxxxiij. Credo dr. Offer. Aue ma. clvj. Hec munera o dñe btẽ Secre. marie semp virginis intercel- sione sctifica: quã in tẽplũ tuũ munus gratissimũ tibi offerri parentũ manib⁹ voluisti. P. Prefatio. Et te in pñsentatiõe Cõ. Diffusa. ccxvj. Cõpl. Sa- cratissima q̃ sumpsim⁹ dñe btẽ marie semp virginis intercel- siõe nos saluẽt: q̃ deuotiõe sui cordis pijssimi acceptabile ti- bi iugiter imolauit. Per. Co- lumbani. Os iusti. ccix. Oro. Adesto qs dñe supplica tiõib⁹ nris: nec nos ullis mẽtis ꝛ corporis patiaris subia cere periculis: quos bti colũba ni abbatis munit gl'iosa cõfes- sio. P Epla. Dilect⁹ deo. ccx.

Grad. Dñe preue. cxiij. Alla. V. Iste sctus. cxxj. Euãg. Qui vos audit me au. cxiij. Offer. Desyderiũ. cxiiij. Secr. Scti columbani intercessiõe et famulorum tuorũ dñe mun⁹ reddat acceptũ: et cũctis nobis pficiat ad salutẽ. Per. Cõio. Fidel' seruus. cxxiij. Cõp. Tua nos dñe sctã purificẽt: et intercedẽte btõ columbano abbate ab oib⁹ tueant adversis. P. Cecilie. Loquebar de

Deus q nos cxxiij. Oro. annua btẽ cecilie martyris tue solẽnitate letificas: da vt quã veneramur officio etiã pie ↄuersationis seqmur exemplo. Per. Epl'a. Dñe de⁹ me⁹ cxxiiij. Grad. Audi filia et. cxxv. Alla. V. Emulor eñi vos. cxxv. Euãge. Sile est reg. ce. de. vir. cxxv. Offer. Offerent regi. cxxv. Hec hostia dñe placatio- Secr. nis et laudis qs: vt interueniente btã cecilia martyre tua nos ppiciatiõe tua dignos sp efficiat. Per. Cõio. Cõfundantur super. cxxvj. Cõpl'. Hec nos dñe grã tua sp exerceat: vt diuinis instauret nr̃a corda mysterijs: et sctẽ cecilie martyris tue cõmemoratõe letificet. P

Clemẽt⁹ pape Intr. Dicit dñs: sermones mei quos dedi i os tuũ nõ deficiẽt de ore tuo: adest eñi nomẽ tuũ: et munera tua accepta erũt sup altare meũ. Ps. Dñe exaudi orõnem meã: et clamor meus ad te veniat.

Omñps sempiterne Oro. de⁹: q i oim sctõrum tuorũ es vtute mirabil': da nob i bti clemẽtis annua solẽnitate letari: q filij tui martyr et põtifex qđ mysterio gessit: testimonio cõprobauit: et qđ ore pdicauit ↄfirmauit exẽplo. Per. Epl'a. Ecce sacerdos ma. q i vita sua suffvl. cxx. Grad. Iurauit dñs. cxxj. Alla. V. Iustus vt pal. cxxj. Euã. Hõ qdã pere. cxxj. Offer. Ueritas mea. cxxiij. Secr. Sacrificiũ tibi dñe laudis offerim⁹ pro celebritate sancti clemẽtis vt ppiciationẽ tuã quã opib⁹ non meremur: pij suffragatoris intercessionibus assequamur. Per Cõio. Beat⁹ seruus cxxiij. Cõpl'. Da qs dñe deus nr̃: vt sicut tuorũ cõmemoratiõe sctõrum tpali gratulamur officio ita ppetuo letemur aspectu. P. Crisogoni. Iust⁹ nõ cõ.

Presta nobis cxij. Oro. qs omps deus: vt btm crisogonũ martyrẽ tuum quẽ virtute fidei sequi non possumus: nõ indigna saltẽ veneratione sectemur. Per dñ. Epl'a. Iust⁹ si mor. cxij. Grad. Glia

ꝫ hono. cciij. Alla. ℣. Letabit iu. cciij. Euã. Nisi granũ fru. cciij Offer. Desyderiũ. cciiij. Secre. Oblatis q̃s dñe placare mu neribus: ꝫ intercedẽte btõ crisogono martyre tuo a cunctis nos defende pꝰiculis. P. Cõio Posuisti d. cciiij. Cõp. Tui dñe participatione sacramẽti: et a nr̃is mundemur occultis: ꝫ ab hostiũ liberemur insidijs. P. Katherine. Gaudeamus. ccxiij. Deus q̃ dedisti legẽ Orõ moysi i summitate mõtis synai: ꝫ i eodẽ loco corpus btẽ katherine v̓ginis ꝫ martyris tue per sctõs angelos tuos mirabiliter collocasti: tribue q̃s vt eiꝰ meritis ꝫ p̃cibus ad mõtẽ v̓tutũ q̃ christꝰ est puenire valeamꝰ. Qui te. Epistola. Dñe deꝰ meꝰ ex. ccxiiij. Grad. Propter ve. ccxv. Alla. ℣. Qui creauit oĩa celũ terrãq̃ꝫ maria: vocauit ad celestia katherinã cũ gl'ia. Sequen. Sctissime vir. ccxlviij. Euã. Sile est re. ce. de. v̓. ccxv. Offer. Diffusa. ccxv. Sec. Mu nera dñe tua sacrificij p̃sentis: q̃ tibi offerimꝰ i honore sctẽ ka therine v̓ginis ꝫ martyris tue fiãt nob̃ eius meritis vita ppetua: ꝫ te donãte salus infinita. P. Cõio. Dilexisti. ccxvj. Cõp. Sũptis dñe nr̃e salutis subsidijs suppliciter dep̃camur vt si cut liquor q̃ de mẽbris sctẽ katherine v̓ginis ꝫ martyris tue manat: lãguidorũq̃ꝫ corpa sanat: sic eius orõ sctissima cunctas a nob̃ iniq̃tates depellat. Per. Lini. Sacerdotes tui. ccix Preces populi tui Orõ. dñe q̃s clemẽter exaudi vt bti lini martyris tui atq̃ꝫ põtificis meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per do. Epl'a. Justus cor suũ. ccij. Grad. Inueni da. ccxj. Alla. ℣. Corona aurea. cciij. Euãg. Hõ quidã peregre. ccxj. Offer. Veritas mea. ccxiij. Secr. Suscipe q̃s dñe munera dignãter ob lata: ꝫ scti lini suffragãtibꝰ meritis: ad nr̃e salutis auxiliũ p̱uenire ꝯcede. Per. Cõio. Posuisti dñe. cciiij. Cõpl. Satiasti dñe familiã tuã muneribꝰ sacris: eius q̃s sp̄ interuẽtioni bus nos refoue cuiꝰ solẽnia ce lebramus. Per d. Saturnini Sanctoꝝ martyrũ Orõ. tuorũ dñe saturnini: crisanti mauri et darie nob̃ assit orõ: et quos obsequio veneramur: pio iugiter expiamur au xilio. P. Sec. Popl'i tui dñe q̃s tibi grata sit hostia: q̃ in natalicijs sctõꝝ martyrũ tuorũ saturnini: crisanti: mauri ꝫ

darie offert: ut q̄ corporaliter ge rimus spūaliter ꝯsequmur. P. Adiuuēt nos q̄s dn̄e Cōp. hec mysteria sancta q̄ sumpsimus: et btōꝝ martyꝝ tuoꝝ saturnini: crisanti: mauri et darie intercessio veneranda: ad māsiones nos ꝑducat ethereas. P. ¶ De s. Elogio Intr. Statuit ei do. cix. Orō. Misericordiā tuam q̄s dn̄e nobis interueniēte beato elogio ꝯfessore tuo atq; pontifice: clementer impende: et nobis peccatorib⁹ ipsius ꝓpiciare suffragijs. Per dn̄. Epl'a. Ecce sacerdos. cx. Alla. V. Elogi dei pontifex coheres christi: angelorū socie: esto vere cōsolator: ⁊ apud deum intercessor. Sequētia.

Christo inclyta cātica nr̄a canunt melos die agmina. Laudes oībus dātia factis ꝑ hec sacra festalia. Maria ꝑmū sonat vox nostra ꝑ quā nobis sunt vite data premia Regina que est mater casta: terge nostra per filiū facinora. Angelorū concio: sacra ⁊ archāgeloꝝ curia inclyta. Nostra diluant iā peccata prestando superā celi gloriā. Tu ꝓpheta ꝑce lucerna atq; plus quā ꝓpheta. In lucida nos pone via: mundās nostra corpa. Apl'oruz princeps oīm ⁊ cuncta iuncta caterua. Iā corrobora vere quesumus in doctrina plebis pectora. Elogi gloriose rutilans in corona sanctorūq; martyꝝ turma valida. Fortia da corda: corpora eque firma vt hostis vincāt rite spicula. Elogi inclyte cōfessoꝝ oīs caterua. Suscipe in me pia ⁊ nostra clemēs precata. Regina virginū ꝑmaxima: tu mater es incorrupta virgo ⁊ grauida. Sacrata dn̄o es casta: nostras serua aīas mundaq; corpa. Monachoꝝ venerāda suffragia. Omniūq; sanctorū contubernia. Per precata assidua nostra gubernēt tēpora. Nos ducāt ad supera polorum vera gaudia. Subiūgāt pia gaudia anime redempta. Euan. de confess. Offer. Ueritas mea. cxxiij. Secre. Da nobis q̄s dn̄e ꝑ hec vota gratāter persoluere: q̄bus scti ꝯfessoris tui elogij cōmemorationē recolim⁹: et ꝑsta: vt in eius ꝑ laude tuā gloriā ꝑdicem⁹. Per. Cōio. Btūs ser. cxxiij. Cōpl'. Sūptū dn̄e celestis remedij sacramentū: ad ꝑpetuā nob̄ ꝑuenire gloriā btūs elogi⁹ ꝯfessor obtineat. P. ¶ Sebaldi ꝯfes. Os iusti cix. Orō. Omn̄ps sempiterne de⁹: q̄ viā beati sebaldi ꝯfessoris tui ꝑ hui⁹ seculi erumnas laudabilē trāsferre fecisti: q̄s: vt eius intercessiōe plebē clemētie tue suppli-

cantē in p̄senti solēnitate foue as: ⁊ post hui⁹ vite cursuz ad celestia regna p̄ducas. Per do. Ep̄la. Just⁹ cor su. cxij. Grad. Os iusti. cxxj. All'a. ℣. Sebalde chr̄i verna: duc nos ad gaudia eterna: vt nos ibi mixti choris ꝑpetuis viuamus horis: et letemur in perhenni gloria. Sequentia.

Concinamus pariter ⁊ deum laudibus sebaldū alacriter votis p̄uocemus. Hic de francis genitus propinquos postergat: quāuis natus inclytus ne in nephas vergat. Merita vincentiaz heremū elegit: vincat vt maliciam se deo subegit. Paucos contubernio heremo assumit: viuit soli dn̄o: abs quo nil p̄sumit. Visitat miraculis hunc deus frequenter: notum fecit patulis sanctis pertinēter. Famē patientibus fert refectionē: sitim sustinētibus miram potionē. Aquam vertit in vinum diu duraturum: in panem opus diuinū prestat opportunū. Mortuus ducit rudib⁹ iumētis: nurenberg perducit diuinis fomentis. Stant in loco humili: nec abinde cedunt: donec loci populi locum sacrum edunt. Transferri licepat nil per hec secutum: a scotis redierat corpus reuolutū. Ad locum diuinitus primū vehebatur: factum istud celitus cunctis propalat. Illudētis facies in plaga mutat: mulieris species passa cōmutat. O sebalde ꝑpera tuos hic tueri: ⁊ deuotos munera vultu dei veri. Tibi laudes agimus triplex in ꝑsonis cuius esse dicimus mere actionis. Euā. Nemo accendit lu. cxxij. Offer. Desyderiū. cxiiij. Secre.

Propiciare q̄s dn̄e nob famulis tuis p sc̄ti cōfessoris tui sebaldi merita gl'iosa: vt eius intercessione ab omnib⁹ semp protegamur aduersis. Per d. Cōi. Posuisti. cxiiij. Cōpl'. Exaudi dn̄e preces nr̄as: vt sc̄ti sebaldi cōfessoris tui cui⁹ hodie festa celebramus: meritis ⁊ p̄cibus eternitatis gloriā ꝯsequamur. Per. ¶ De sc̄tō Joseph Introit⁹. Justus vt palma. cxij.

Omnipotēs mitissime deus: qui beatum ioseph iustum filiū dauid: beate marie virgini matri tue sponsum p̄uidisti: tuūq₃ nutritiuz inter tot homines elegisti: da q̄s: vt eius p̄cibus et meritis ecclesia tua tranquilla pace letetur: et ad perpetue visionis tue consolationē perducatur. Qui viuis. Ep̄la. Justū deduxit cxxj. Grad. Justus vt palma cxiij. Tractus. Beatus vir. cxxj.

Gaude ioseph fili Sequētia dauid: per florē virgulā tibi deus despōsauit mariaz virguncu-

lam: in qua sibi preparauit carnis nostre copulã. Gaude tibi despõsatã p angelum monitus nõ relinquens grauidatã: videns hãc diuinitus credis deo ꝯsecratã dono sctí spũs. Gaude ꝙ de galilea bethleẽ progrederis, pcessurus sic de ea pregnãte te curã geris: donec mr̃ virginea christũ natum reperis. Gaude natum adorasti angelis canẽtibus fusa luce obseruasti facta ꝛ pastoribus: a tribusqꝫ cõspectasti tria dona regibꝰ. Gaude tẽplo p̃sentasti circũcisum pueꝝ cũ matre cõsyderasti mira crura tenerũ: symeonisqꝫ notasti gladiũ aspeꝝ. Gaude fugã te mire ad egyptũ celere iubet angelus vt ire cedis regis ꝑpere herodis post hoc redire ĩ nazareth, pspere. Gaude quia quẽ quesisti duo dieꝝ filium hunc in templo inuenisti tui cordis gaudium: de quo prius doluisti sic amisso nimiũ. Eia quãto te dotauit deus priuilegio: te custodẽ deputauit marie cũ filio: teqꝫ summe exaltauit in celoꝝ solio. Nobis ergo pr̃ bone quesumꝰ suppliciter sp nũc ꝛ in agone succurre fideliter: vt tecũ celi corone iũgamur feliciter. Iesu nato saluatori ex maria ṽgine laus ꝛ eius genitori sit cũ sacro flamine: qui nos dulci nutritori iũgat in cacumine. Amen. ¶ De sancta katherina de senis Introitus Gaudeamus omnes. xxxj. Oro.

DEus qui btẽ katherine virginitatis ꝛ patientie spẽciali p̃uilegio decorate: malignantiũ spirituũ certamina vincere: et ĩ amore tui nois incõcusse pmanere tribuisti: ꝯcede qs̃: vt eiꝰ imitatiõe calcata mũdi malitia: ꝛ oĩm hostiũ supatis insidijs: ad tuã secure gloriã trãseamꝰ. Ps. Alla. V. Syderibus cũctis fulgẽtior est katherina: ꝛ decꝰ eternũ est hec quoqꝫ virginibus. Sequẽ. et canit̃ in. Salue sctã star Aue p̃clara. Katherina de senis: filia a costi sic ꝯgrue dicta. Adhuc vix qñ quẽuis in te ostẽdis tui nominis rẽflectẽs genu: fundẽs p̃cẽ ad christũ necnõ eius ad matrẽ. Annos septem geris dũ te astringis celibatu christo: optans hic sibi ꝛ matri affectu puriorẽ cõiũgi. Te duodenẽ in viri thoꝝ respuẽtẽ afflixere indigne multis iniurijs noti et ppinq̃. Sed qui te pie dignatus est eligere: sponse sue post bella dat pacẽ illustrans virtutũ et donis. Caro mactatur spũs impinguat̃ abstinentijs: excessibus mentis: disciplinis diris vigilijs sacris. Vestis inculta durioraqꝫ strata: quies modica: refectio parca: hec tua studia quibus insudasti. Hinc ordinẽ penitẽtie soroꝝ subis celerrime: a te plurimũ dudũ optatum: bis decem annos agens

quantũ illic apprehẽderis fidẽ vincit: excedit humanã viuẽdo normulã. Sic corde fremes tuũ ad sponsũ: vt cogites nihil preter eũ spõte negligẽs carnis debita: ac si existas tota in spm̃ ꝯuersa: crebrescũt hinc rapt⁹: diuinaqꝫ fiũt nota tibi sic mysteria. Sed ita gaudes spũ bonis vt nõ eximaris a flagellis q̃bus exercẽris tã mẽte q̃z carne ꝑ aduersoꝝ casus varios a mũdo ⁊ ab hoste. Sũt arma tua q̃bus triũphas: hũilitas cordis: robur mẽtis: spes scte mercedis: cũ corona his fulta: nullos paues hostiũ insultus o athleta. Tuis nos virgo sacrata ṽtutibus illustra. Que christi iesu stigmata etiã es sortita. Tu patrẽ ⁊ matrẽ saluas tuqꝫ desperatissimos deo cõcilias. Et nr̃is ora ꝓ culpis iã iũcta spõsi intimi castis amplexibus. Vt mereamur tecũ perhẽniter exultare felices in celis: qui tuas laudes pie in terris resonare gessimus alleluia. Euange. de virginib⁹. Offer. Diffusa. cxv. Secre. Munera qm̃s dñe q̃ tibi in honore btẽ katherine virginis offerimus benigno suscipe vultu: et nos eius meritis et intercessiõe ad tuã facito ꝓpicius ꝓuenire leticiã. Per. Cõio Diffusa. cxvj. Sũptis dñe diuine gratie sacramẽtis: qm̃s vt intercedẽte btã katherina virgine tibi acceptissima hostiles superemus tẽptatiões: ⁊ ad eterne redẽptionis augmẽta ꝑficiẽtes tuis oculis placeamus. Per.

De quatuordecim adiutoribus Intr.

Multe tribulationes iustoꝝ: ⁊ de his oĩbus liberauit eos dñs: dñs custodit oĩa ossa eoꝝ: vnũ ex his nõ ꝯteret. Ps. Bñdicã dñm in oĩ tp̄e: semꝑ laus ei⁹ ĩ ore meo. Oro. Omñ̃s mitissime deus: q̃ electos sanctos tuos: georgiũ: blasium: erasmũ pãthaleonẽ: vitũ: christophorum: dionysiũ: ciriacũ: achatium: eustachiũ: egidiũ: magnũ katherinã: margarethã ⁊ barbaraꝫ: specialibus priuilegijs pre cũctis alijs decorasti: presta quesumus: vt oẽs qui in necessitatibus eorũ implorãt auxiliũ: scd̃m tue ꝓmissionis gratiã: petitionis sue salutarem consequant̃ effectũ. Per. Grad. Clamauerunt iusti. cxvij. Alla. ℣. Justi epulẽtur et ex. cxvij Sequeñ. O beata beatoꝝ. cxlix Euan. Respondẽs iesus. Cõfiteor tibi pater celi ⁊ terre. xix Offer. Mirabil' deus in san. cxix. Secre. Suscipe dñe clementissime pater has p̃ces ⁊ hostias tibi ad laudem ⁊ honorem ⁊ gloriã sanctoꝝ tuoꝝ georgij

blasij:pāthaleonis:erasmi:vi
ti:christophori:achacij:ciriaci
egidij:magni:dionysij: eusta-
chij: katherine : margarethe :
atqꝫ barbare hūiliter offerimꝰ
te rogamꝰ ut ꝓpter glîosa meri
ta ⁊ pias intercessiōes:vite no
stre cursum ubiqꝫ in pace diri-
gas: ⁊ hostes visibiles ⁊ inuisi
biles a nobis ꝓcul repellas: et
nos indignos famulos tuos
inter aduersa ⁊ ꝓspera tuis lau
dibꝰ aptos fac ⁊ deuotos. Per
Cōio. Et si corā hoi. ccix. Cōpl.
Sacramēta quesumus dn̄e q̄
sumpsimus :intercedentibus
sctis tuis georgio:blasio:eras-
mo:pāthaleone:vito:christo-
phoro:dionysio:ciriaco:acha
cio:eustachio:egidio: magno
katherina margaretha et bar-
bara ꝓsint nobis ad veniā: et
quoꝝ petitionē clemēter exau-
disti i necessitatibꝰ refoue mise
ratꝰ auxilio: ⁊ ab om̄i aduersi-
tate potēter custodi. Per. De
sancto Joachim pr̄e marie vir
ginis Intr̄. In v̄tute tua le.iu.
Deus eterne sa- cij. Orō.
piētie ⁊ pietatis auctor:
qui tua inscrutabili ꝓuidētia
unigenitū filiū tuū dn̄m no-
strū iesum christū: p beatissimi
patriarche ioachim filiā bea-
taꝫ mariā semp virginē incar
nari preordinasti:ut posterita
tē ade de mortis vinculis mi-
sericorditer liberares:tribue q̄-
sumus familie tue festa ipsius
deuote celebranti syncere reli-
gionis effectū:ut mūdi transi
toria declinātes:feliciter cōse-
quamur vitā eternā. Per eū-
dem. Ep̄la. Justum deduxit
dn̄s p vias rectas. ccxj. Grad.
Btūs vir q̄ timet do. ccxj. Euāg.
Loquente iesu ad turbas:ecce
mater eius ⁊ frēs. clxxj. Offer.
In virtute tua. cciiij. Sec. Omi
potens sempiterne deus: apud
quē semp est preclara vita san
ctorum: ⁊ in cuius cōspectu per-
manet mors eoꝝ preciosa:cle-
mentiā tuā suppliciter implo-
ramꝰ: ut preces nostras quas
in honore sctī patriarche ioa-
chim maiestati tue offerimꝰ: ꝓ
picius respicias:et presta: ut q̄
illius deuotis mētibus memo
riaꝫ veneremur in terris:eius
quoqꝫ in celis te miserāte me-
reamur habere cōsortiū. Per.
Cō. Magna est glo. cciiij. Cōp.
Deus q̄ beatū ioachim p̄riar-
chā p̄electe genitricis tue glîo
se virginis marie i patrē elige
re voluisti:da nobis in electo-
rū tuoꝝ cōsortio per eiusdē ele
cti tui gratiaꝫ et gloriā te eter-
naliter collaudare. Qui.

¶ Incipit cōmune sctōrū. Et pmo ī vigilia vni⁹ aplī Intr.

Ego aūt sicut oliua fructificaui ī domo domini: speraui in miscdia dei mei ꝛ expectabo nomen tuū qm̄ bonū est añ ꝯspectū sctōꝝ tuoꝝ. Ps. Quid gl̄iaris ī malicia: q̄ potēs es ī iniq̄tate. Orō. Concede nob̄ qm̄s omp̄s de⁹ venturā beati aplī tui. N. solēnitatē congruo honore preuenire: et veniētē digna celebrare deuotione. Per. Lectio libri Sapiētie. xj.

Benedictio dn̄i sup caput iusti. Ideo dedit illi dn̄s hereditatē et diuisit ei partē in tribubus duodecim: ꝛ inuenit gratiā in conspectu omnis carnis. Magnificauit eū in timore inimicoꝝ: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illū in conspectu regū: et ostendit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sanctū fecit illū: ꝛ elegit eū ex om̄i carne. Dedit illi cor ad p̄cepta: et legez vite et discipline: et excelsuz fecit illū. Statuit ei testamentū sempiternū et circūcinxit eū zona iusticie: et induit eū dn̄s corona gl̄ie. Grad. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit in domo dn̄i. ℣. Ad annuncianduz mane misericordiā tuā: et veritatē tuā per noctē. Scdm Johannē. xv.

In illo tpe. Dixit ie. di. su. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me ꝛ ego in eo: hic fert fructū multū quia sine me nihil potestis facere. Si q̄s ī me nō māserit: mittetur foras sicut palmes ꝛ arescet: ꝛ colligēt eū: ꝛ in ignē mittent ꝛ ardet. Si māseritis ī me ꝛ verba mea ī vobis māserint quodcūq; volueritis petetis: ꝛ fiet vobis. In hoc clarificat⁹ est pater meus: vt fructū plurimū afferatis: ꝛ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: ꝛ ego dilexi vos. Manete ī dilectiōe mea. Si p̄cepta mea seruaueritis: manebitis ī dilectione mea: sicut et ego patris mei p̄cepta seruaui: et maneo in ei⁹ dilectione. Hec locut⁹ suz vobis: vt gaudiū meū ī vobis sit: ꝛ gaudium vestꝝ impleat.

In illo tpe. D. ie. d. s. Scdz Johānē. xv. Ego suz vitis vera: ꝛ pater meus agricola est. Oēm palmitē in me nō ferentē fructū: tollet eū: ꝛ oēm qui fert fructū: purgabit eū: vt fructū pl⁹ afferat. Iā vos mūdi estis: ꝓpter sermonē quē locutus suz vobis. Manete ī me

⁊ ego in vobis. Sicut palmes nõ põt ferre fructũ a semetipso nisi mãserit i vite: sic nec vos: nisi i me mãseritis. Ego suꝫ vitis: vos palmites. Qui manet in me et ego i eo: hic fert fructũ multũ: quia sine me nihil potestis facere. Si q̃s in me nõ mãserit: mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligẽt eũ: ⁊ in ignẽ mittẽt ⁊ ardet. Si mãseritis i me ⁊ v̾ba mea i vob̃ mãserint: q̃dcũqꝫ volueritis petetis ⁊ fiet vobis. Offer. Gloria ⁊ honore coronasti eũ: ⁊ cõstituisti eũ super opa manuũ tuaꝝ dñe. Secre.

Accepta tibi sit dñe nr̃e deuotionis oblatio: ⁊ ad apl̃icã puriores nos faciat puenire festiuitatẽ. P. Cõ. Magna est gl̃ia eius i salutari tuo: gloriã ⁊ magnũ decor ẽ impones sup eũ dñe. Cõp.

Presta nobis eterne felicitatis largitor: nos eius vbiqꝫ ptegi orõne: cui᷒ natalicia p hec sancta q̃ sumpsim᷒ votiuo puenimus obsequio. Per. ¶ Intr.

Mihi aũt nimis honorati sunt amici tui deus: nimis ꝯfortatus est principatus eoꝝ. Ps. Dñe, pbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessio-

Exaudi dñe Orõ. nr̃e meã. pplm tuũ cũ scti apl̃i tui N. patrocinio supplicantẽ: vt tuo sp auxilio secura tibi possit deuotiõe seruire. P. De pluribus aplis Orõ.

Deus q̃ nos annua aploꝝ tuoꝝ N. ⁊. N. solẽnitate letificas: p̃sta q̃s: vt quorũ gaudem᷒ meritis: instruamur exẽplis. Per.

Frẽs: Ad Ephesios. c. j.

Bñdict᷒ de᷒ et pr̃ dñi nr̃i iesu christi q̃ bñdixit nos in oĩ bñdictiõe spũali in celestibus in christo: sic elegit nos in ipso añ mũdi constitutionẽ: vt essemus sancti ⁊ imaculati in conspectu eius in charitate. Qui p̃destinauit nos in adoptionẽ filioꝝ p iesum christũ in ipsuꝫ scḋm ꝓpositũ volũtatis sue: in laudem glorie et gratie sue: in qua gratificauit nos i dilecto filio suo: in quo habem᷒ redẽptionẽ p sanguinẽ eius remissionem pctõrũ: scḋm diuitias gratie eius: q̃ supabũdauit in nobis. Per iesuꝫ christũ dñm nostꝝ. Ad Ephesios. v.

Frẽs: Jã nõ estis hospites ⁊ aduene: sꝫ estis ciues sctõrũ ⁊ domestici dei: supedificati supra fundamentũ apl̃orũ ⁊ prophetarũ ipso summo angulari lapide christo iesu. In quo oĩs edificatio cõstructa crescit i templũ sanctũ in dño. In quo et vos coedificamini

in habitaculum dei in spũsan cto. Ad Romanos. viij.

Fratres: Scimus qm̃ diligẽtibus deũ oĩa cooperantur i bonũ: his qui scđm ꝓpositum vocati sunt sancti. Nam quos p̃sciuit ⁊ p̃destinauit cõformes fieri imaginis filij sui vt sit ipe p̃mogenit⁹ in multis fratribus. Quos aũt p̃destinauit: hos ⁊ vocauit: et quos vocauit: hos ⁊ iustificauit. Quos aũt iustificauit: illos ⁊ glorificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus ꝓ nobis: q̃s contra nos? Qui etiã ꝓprio filio nõ pepercit: sed ꝓ nobis oĩb⁹ tradidit illũ. Quõ nõ etiã cuz illo oĩa nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cõdemnet? Christus iesus qui mortuus est: immo q̃ et resurrexit: qui est ad dexterã dei qui etiaz interpellat ꝓ nobis. Quis ergo nos sepabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculũ: an gladius? Sicut scriptũ est. Quia ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiõis. Sed in his omnibus superamus ꝓpter eũ q̃ dilexit nos. Certus suz eñ: quia neqz mors: neqz vita: neqz angeli: neqz p̃ncipatus: neqz virtutes: neqz instãtia: neqz futura: neqz fortitudo: neqz altitudo: neqz ꝓfunduz: neqz creatura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu domino nostro. Grad.

Constitues eos principes sup omnẽ terraz: memores erunt noĩs tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: ꝓpterea populi confitebũtur tibi. Grad. In omnẽ terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorũ. ℣. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuũ ei⁹ annũciat firmamentum. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos: et super arenã multiplicabunt. Allía ℣. Non vos me elegistis: sed ego vos elegi: et posui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus vester maneat. Allía. ℣. In omnẽ terram exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorum. Allía. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est p̃ncipat⁹ eoꝝ. Allía. ℣. Per manus aũt aplõꝝ fiebant signa et prodigia multa in plebe. Epistola de euãgelistis. Lectio Ezechielis ꝓphete. ca. j.

Similitudo vult⁹ q̃tuor aĩalium: facies hoĩs: et facies

